c) Ueber die folgenden Streitigkeiten Ludwigs mit den Päpsten s. *Jo. Georg Herwart ab Hohenburg* (bair. Geheimerrath) Ludovicus IV. Imp. defensus, Bzovius injuriarum postulatus. Monachii. III Partes. 1618—19. 4. *Chr. Gewold* (bair. Hofrath) defensio Ludov. IV. Imp. ratione electionis contra Bzovium. Ingolst. 1618. 4. Joh. Ben. v. Olenschlager's erläuterte Staatsgesch. des Röm. Kaiserthums in der ersten Hälfte des 14ten Jahrh. samt einem Urkundenbuche. Frankf. a. M. 1755. 4. S. 80 ff. H. Zschokke's baierische Geschichten Bd. 2 (Aarau 1815) S. 108 ff. Conr. Mannert Kaiser Ludwig IV, eine gekrönte Preisschrift. Landshut 1812. Jos. Schlett Biographie von Kaiser Ludwig dem Baier. Sulzbach 1822.

d) Bulle v. 31 März 1317 (b. *Raynald* ad h. a. no. 27 u. in d. *Extravag. Jo.* XXII. *Tit.* 5.) In nostram — deductum est — notitiam, quod, licet de jure sit liquidum, et *ab olim fuerit inconcusse servatum*, quod vacante Imperio, — cum in illo ad saecularem judicem nequeat haberi recursus, ad Summum Pontificem, cui in persona b. Petri terreni simul et caelestis Imperii jura Deus ipse commisit, Imperii praedicti jurisdictio, regimen et dispositio devolvantur, et ea, tempore durante ipsius vacationis Imperii per se vel alium seu alios exercuisse noscitur in Imperio memorato; nonnulli tamen in Italiae partibus, — vicariatus seu alterius cujuscumque nomen officii, quod Imperatore vivente ex ipsius commissione gerebant, — post decessum ipsius absque nostra — licentia retinere sibi — praesumpserunt. — Quia igitur error, cui non resistitur, approbari videtur; — nos volentes nostris et ecclesiae sponsae nostrae juribus et honoribus in hac parte prospicere, — nec non periculis animarum hujusmodi retinentium — nomina — salubriter occurrere cupi-

Gegner gefangen genommen hatte (Schlacht b. Ampfing od. b. Mühldorf d. 28 Sept. 1322) e), rügte Johannes es ſtreng, daß ſich derſelbe vor erfolgter päpſtlicher Beſtätigung als römiſcher König benehme f), und als dagegen Ludwig

entes; praesentium auctoritate monemus sub excommunicationis poena omnes et singulos, — quatenus de cetero a denominatione hujusmodi, — necnon usu, potestate et exercitio supradictis prorsus abstineant. — Alioquin in omnes et singulos — excommunicationis in singulares personas, et in terras et loca ipsorum — interdicti sententias — publice promulgamus etc. Ueber den Kampf gegen Matthäus Visconte, kaiſerl. Vicarius in Mailand, der zwar dieſen Titel ablegte, aber als Capitaneus dieſelbe Macht beybehielt, ſ. *Villani* IX, c. 85 ss. Als Robert Kg. v. Sicilien ihm nicht gewachſen war, wurde Philipp von Valois zum zweyten Vicarius ernannt (Raynald 1320 no. 10), Matthäus aber für einen Ketzer erklärt, cum illi ecclesiae auctoritas sacrorumque religio ludibrio esset (ib. no. 13). Während dieſer Unruhen vertheidigte der große Daute Alighieri († 1321) in ſ. *Monarchia* (ed. in *Schardii* de jurisdict. imperiali variorum auctorum scripta Basil. 1566. fol.) die kaiſerl. Rechte gegen die päpſtl. Anmaßungen (vgl. *Bartolus* unten not. i). — Verſuche des Papſtes, auch in Deutſchland als Reichsverweſer einzugreifen ſ. b. Olenſchlager S. 102.

e) vgl. Zſchokke a. a. O. S. 148.

f) Bulle v. 8ten Oct. 1323 (*Processus primus contra Lud.*) b. *Raynald* adh. a. no. 30, vollſtändiger b. *Herwart* P. I. p. 194 u. in *Martene et Durand* thes. nov. anecdot. T. II. p. 644: Ludovicus a nobis, ad quem suae electionis — ac personae ipsius examinatio, approbatio, ac admissio, repulsio quoque et reprobatio noscitur pertinere, electione praedicta nequaquam admissa, nec ejus approbata persona, — Romanorum Regni nomen sibi et titulum Regium usurpavit; quamvis priusquam alterutrius eorum per sedem Apostolicam fuisset approbata vel reprobata persona, neutri electorum ipsorum assumere licuit nomen et titulum praelibatum: cum nec interim Romanorum Reges existant, sed in Reges electi. — Idem etiam Ludovicus —

ad administrationem jurium Regni et Imperii praedictorum, in gravem Dei offensam et contemptum, ac manifestam injuriam Romanae Ecclesiae matris suae, ad quam ejusdem vacationis tempore Imperii regimen, sicut et inpraesentiarum vacat, pertinere dignoscitur, necnon et plurimorum scandalum et rei turbationem ac laesionem publicae, ac suae animae detrimentum presilire, seque illi immiscere irreverenter ac indebite praesumpsit hactenus et praesumit. — Ejusdem insuper Ecclesiae Romanae hostibus, sicut Galeacio de Vicecomitibus (Galeazzo Visconte Sohn u. Nachfolger des Matthäus) et ejus fratribus, quamvis sint de crimine haeresis — condemnati, — se exhibere fautorem et defensorem — non est veritus nec veretur. Nos itaque — praefatum Ludovicum — praesentium tenore monemus, eidem sub virtute sanctae obedientiae, ac excommunicationis poena, quam ipsum, nisi cum effectu hujusmodi monitioni nostrae paruerit, incurrere volumus ipso facto, auctoritate Apostolica nihilominus injungentes, ut infra trium mensium spatium, a data praesentium computandum, — ab administratione, fautoria et defensione praedictis prorsus abstineat ac desistat; — quodque gesta per eum post praesumptum ab eo titulum memoratum circa praemissa, quatenus processere de facto (cum de jure non teneant, velut ab ipso, cui jus faciendi non competebat nec competit), attentata, curet infra praedictum terminum, quantum patietur possibilitas, realiter revocare. Dann Befehl an alle Angehörige des Reichs sub poenis excommunicationis in personas, et interdicti in terras eorum, necnon privationis privilegiorum quorumcunque Apostolicorum et Imperialium, ac feudorum, quae ab Ecclesia vel Imperio obtinent, Ludwigen weder Gehorſam noch Unterſtützung zu leiſten. Endlich: Ut autem hujusmodi processus noster ad ipsius Ludovici — notitiam deducatur, chartas sive membranas processum continentes eundem in Ecclesia Avenionensi appendi vel affigi ostiis seu superliminaribus ejusdem Ecclesiae faciemus, quae processum ipsum suo quasi sonoro praeconio et patulo indicio publicabunt; ut idem Ludovicus et alii, quos processus ipse contingit, nullam possint excusationem praetendere, quod ad eos non pervenerit. — cum non sit verisimile, quod ipsos remanere incognitum. —

ſeine Würde von der Wahl der Churfürſten ableitete z).

quod tam patenter omnibus publicatur. Man bemerke dieſe neue Publicationsweiſe.

z) Proteſtation Ludwigs vor Notar u. Zeugen in Nürnberg d. 16 Dec. 1323 (b. *Herwart* I, *p.* 248, in Olenſchlagers Urkundenb. S. 84). — Nos circumcincti ſtola justitiae, et amicti pallio veritatis, in hac parte facti et juris conscii, clare respondemus, — quod hactenus a tempore, cujus non est memoria, circa electos Romanorum Reges et Principes sic est de jure et consuetudine observatum, — quod Romanus Rex eo solum, quod electus est a Principibus Electoribus — omnibus vel majori numero eorundem, et coronatus corona Regia in solitis locis et consuetis, Rex est, — ac jura Regni libere administrat. — Nec concedimus, ita simpliciter, ut proponitur, ad Sedem Apostolicam examinationem, admissionem et approbationem electionis et personae nostrae, [aut] repulsionem et reprobationem pertinere, sicut asserit. Sed si, quod non credimus, pertineret, hoc unum demum sibi locum vendicare forte posset, si per querelam, vel per viam supplicationis, appellationis vel provocationis, vel alio modo ad ipsam Sedem fuisset devolutum ipsum negotium vel deductum; quae locum non obtinent in praesenti: vel si forte, petitis per nos infulis Imperialibus vel denominatione nostra, ex causis legitimis jure scriptis, quas ad nos locum non credimus habuisse, personam nostram contigisset exigente justitia refutari. Denominatio quippe personae vel electionis admissio habitae subsequenter nobis non jus, nomen vel titulum tribuissent, quae jam ex ipsa electione sortiti sumus, sed ea potius detexissent, approbassent et latius commendassent. — Quod vero adjunxit, nos Galeazio de Vicecomitibus et ejus fratribus de haeresi condemnatis — defensionem exhibuisse, penitus nihil scimus. Nam si dicti Galeazius et fratres sui sunt de haeresi condemnati, nobis non innotuit. — Imo quem favorem aut defensionem eis — exhibuimus, et quomodo sint vel fuerint rebelles Ecclesiae, non videmus; aperte conjicimus, et per effectum operis cognoscimus, nonnullos rebelles nominari Ecclesiae, qui per fidem devotionis suae molientibus contra statum et jura Imperii renituntur. —

ſprach der Feindſelige die Excommunication über ihn aus (24 März 1324) h).

Sed — nos astringimus et offerimus — legitime probaturos, quod ipse est dissimulator, defensor et fautor haereticae pravitatis ejus, quae totam s. Ecclesiam inficit et conturbat, et a confessione retrahit poenitentes. — Nam cum ad ipsius summi Pontificis audientiam gravibus et frequentibus Archiepiscoporum, Episcoporum — querimoniis sit deductum — contra — Fratres Minores —, quod ipsi sint secretae confessionis proditores, et peteretur ab eo, ut hoc — emendaret; ipse tanquam tergiversando, dissimulando et celando morbum hujusmodi — curare — non curavit, dictis fratribus in hac parte s. Romanae Ecclesiae et fidei catholicae inimicis constituens se fautorem. Ceterum — ipse contra divinae dispositionis ordinationem, per quam in firmamento Ecclesiae militantis duo magna luminaria Deus fecit, Pontificalem videlicet auctoritatem et Imperatoriam Majestatem, illud ut praeesset diei, spiritualia disponendo, alterum ut praeesset nocti, temporalia judicando, manifeste nititur luminaris alterius, potestatis scilicet radios saecularis suffocare: unde in confusionem et errorem sancta reponetur Ecclesia, causabuntur haereses, ingerentur lites, suscitabuntur scandala, et Ecclesia Romana, carens praeposito advocato, resistere non poterit insurgentibus ex adverso. Nos igitur, — sentiens, nos et jura Imperii et nostra, sanctam professionem catholicam, sanctam Romanam Ecclesiam ex praedictis processibus — graviter et enormiter — aggravatos esse; — a processibus dicti Pontificis manifeste iniquis — sanctam Sedem Apostolicam — appellamus. — Cum vero propter praemissos articulos — opus sit convocatione concilii generalis, instanter et cum omni devotione ipsum, quam primum commode poterit, ad locum communem et aptum petimus congregari.

h) Der *Processus secundus* v. 9 Jan. 1324 (in *Martene et Durand thes. anecd. T.* II. *p.* 647) enthält nur eine Beſtätigung des Erſten, u. eine Verlängerung der Friſt auf 2 Monate. *Processus tertius* v. 21 März 1324 (v. *Martene l. c.* p. 652 Menſchlager a. a. O. S. 96): Nos adhuc volentes cum eodem

So begann das unerſättliche Papſtthum wiederum den Kampf gegen das Kaiſerthum, um durch neu erdachte Rechte der deutſchen Krone ihren letzten Glanz zu rauben, und einen der beſten deutſchen Kaiſer zu vernichten. Die öffentliche Meinung, ſonſt die gefährlichſte Verbündete des Papſtthums, war indeß, beſonders anfangs, mehr gegen als für den ungerechten Angreifer. Die Juriſten waren natürliche Verbündete des Kaiſers i), ſelbſt nicht alle Canoniſten vermogten

---

electo uti potius mansuetudine quam rigore — per infra scriptum modum duximus ordinandum, videlicet quod ad publicationem sententiae excommunicationis, — in qua idem electus propter suam in praedictis inobedientiam et contemtum incidisse dignoscitur, procedentes, ab aliarum poenarum publicatione, in quas similiter incidit, supersedeamus ad praesens. Dann wird Ludwigen sub poena privationis omnis juris, si quod sibi ex sua electione — quoquomodo competit, aufgegeben, binnen drey Monaten zu gehorchen: ac insuper infra dictum terminum per se vel procuratorem — compareat coram nobis, super dictis excessibus — definitivam sententiam et beneplacitum, quantum officium nostrum patitur, auditurus, ac alias facturus et recepturus quod justitia suadebit. Gegen ſeine Anhänger werden die im erſten Proceße vorkommenden Drohungen wiederholt. Et licet contra civitates, communitates, universitates, et singulares personas alias, quae in praedictis vel circa ea forsitan deliquerint, — ad debitam impositionem poenarum propter hoc fuisset merito procedendum, tamen de apostolicae sedis gratia adhuc providimus expectandum. Die welche aber von jetzt an fortfähren, Ludwigen Gehorſam od. Unterſtützung zu leiſten, ſollten ipso facto in Excommunication oder Interdict verfallen, von denen nur der Papſt löſen könne.

i) Die Lehre von der Univerſalmonarchie des Kaiſers (ſ. Abth. 2. §. 54 not. c) war jetzt ſo ausgebildet, daß Heinrich VII. ſelbſt in einem 1312 in Piſa erlaſſenen Geſetze (*Extravagantes, quas nonnulli* XI *Collationem appellant Tit.* I hinter dem *Cod. Justin.*) ſich ſo ausdrückt: divina praecepta, quibus jubetur, quod omnis anima Romanorum Principi sit subjecta. Der große Juriſt *Bar-*

tolus de Saxoferrato (in Bologna † 1356) beweiſet in ſ. *Comm. super secund. Partem ff. novi* (in Dig. lib. XLIX Tit. 15 *de capeiv. et de postlim.* l. 24) weitläuftig dieſe Univerſalmonarchie, u. ſchließt: si quis diceret, dominum Imperatorem non esse dominum et monarcham totius orbis, esset haereticus: quia diceret contra determinationem ecclesiae (vgl. Abth. 2 §. 59 not. ff) et contra textum s. Evangelii, dum dicit: *Exivit edictum a Caesare Augusto, ut describeretur universus orbis*, ut habes Luc. II vel. III cap. et ita etiam recognovit Christus Imperatorem ut Dominum. Aber vgl. *ad Dig. lib.* XLVIII. *Tit.* 17 *de requir. reis l.* 1 §. 2 *Praesides*: Dantes — in uno libro, quem fecit, qui vocatur monarchia — disputavit tres quaestiones, quarum una fuit, an imperium dependeat ab ecclesia, et tenuit, quod non: sed post mortem suam quasi propter hoc fuit damnatus de haeresi: Nam ecclesia tenet, quod imperium dependeat ab ecclesia pulcherrimis rationibus, quas omitto, tenendo istud, quod imperium dependeat ab ecclesia. Characteriſtiſch iſt das folgende über die Frage ob Heinrich VII. Roberten habe citiren können, und über die Bulle *Pastoralis* (§. 96 not. r): Cynus (Lehrer des Bartolus † 1341) disputavit istam quaestionem Senis, et dicit, quod ista citatio potest fieri. — Sed ad illam decretalem dicit ipse: *non potest dari responsum in pace, sed pertranseat cum aliis erroribus Canonistarum*. Ita dicit ipse. Ego consuevi tenere illam decretalem, *tanquam existens in terris* ecclesiae, dicens eam esse veram de jure. Nam etc. So läßt der päpſtliche Juriſt die Univerſalmonarchie des Kaiſers von dem Papſte abhangen, wie Bonifacius VIII (Abth. 2 § 59 not. ff). — Beachtungswerth iſt *Albericus de Rosate* (aus Bergamo † 1354). In ſ. *Lectura super Cod.* macht er zwar *ad Cod. lib.* I *T.* 1 *l.* 1 *no.* 7 ſehr vernünftige Einwendungen gegen die behauptete Univerſalmonarchie des Kaiſers, erklärt dann aber *ad l.* 7 §. *Glorioissimo* no 6: Quidquid ergo dicatur, credo potestates esse distinctas, ut unus praesit in spiritualibus sc. Papa, alter in temporalibus. Am weitläuftigſten verbreitet er ſich über das Verhältniß der päpſtl. u. kaiſerl. Macht *ad Cod. lib.* VII. *Tit.* 39 *De quadrienii praescriptione l.* 3. *Bene a Zenone*. Hier merkwürdige Erinnerungen aus alter Zeit, z. B. omnes clerici et ecclesiae antiquitus subeiant Imperatori.

— Eodem modo posset dici de electione Papae, nam olim eligebatur per Imperatorem. — Et ista forte privilegia perdidit imperium de facto potius quam de jure, propter longam vacationem ejusdem et potentiam et prudentiam summorum pontificum et aliorum praesidentium Romanae Ecclesiae. Endlich: Nunc illam duram et subtilem quaestionem aggredior, utrum Imperator ex sola electione concordi vel a majori parte facta dicatur verus Imperator, et omnimodam administrationem et potestatem habeat circa privilegia concedenda et omnia alia, an vero indigeat confirmatione, unctione, examinatione, coronatione Papae. Nachdem er weitläuftig die Gründe dafür u. dagegen entwickelt hat, fährt er fort: Quid ergo in tanta jurium Doctorum et glossarum varietate tenebimus? Dominus *Oldradus* (*de Ponte*, Advocatus Consistorialis, u. von Johannes XXII viel gebraucht † 1320) sequebatur opinionem, quod administrare non posset. — In eadem opinione fuit *Ostiensis* (Henricus Card. Ostiensis, Canoniſt um 1260) u. a. Canoniſten. Contrariam opinionem tenuit *Jacobus de Arena* (im Anf. des 14ten Jahrh. prof. juris in Padua), qui hanc quaestionem publice disputavit, et cujus disputationem inseruit hic *Cynus* (Juriſt in Bologna u. Perugia † 1341), qui eandem opinionem clare hic sequitur. Eandem opinionem sequitur *Guilelmus Naso*, — qui dicit quod eligendo confirmatur, sicut Dominus Papa, — quia sacerdotium et imperium parum discrepant. — Et tenet, quod privilegia per eum concessa valeant etiam si cassaretur ejus electio. Hanc etiam opinionem sequitur *Innocentius* (IV, der Comm. in Decretales Pontificum geſchrieben hatte) d. c. *Venerabilem* (*Decr. Greg.* I, 6, 34) in glossa art. *quod sicut potest*, ubi haec verba ponit: Credimus tamen, quod, si Imperator coronam in loco debito recipere non possit, nihilominus auctoritate ministrandi ab archiepiscopo Coloniensi posset recipere, vel sua auctoritate, quam habet ex electione. Haec ibi. Et hanc opinionem veriorem puto per jura et rationes ad hoc adductas, et maxime auctoritate dicti Domini Innocentii et aliorum hoc tenentium. Alias sequeretur maxima absurditas, quod cum Imperium et Imperatores fuerint ante Papam, — et multi etiam tempore Papae fuerunt non confirmati nec coronati ab eo, immo eligebant

den kühn ſich erweiternden päpſtlichen Anſprüchen zu folgen k). Das Rechtsgefühl des deutſchen Volkes l) entſchied ſich um ſo leichter für Ludwig, da es immer klarer wurde, daß der Papſt auch in dieſer Sache von franzöſiſchem Einfluß geleitet werde: noch mehr wirkte aber auf die Volksſtimmung der Name der Ketzerey, welchen die vom Papſte verfolgten und beym Kaiſer Schutz ſuchenden ſtrengen Minoriten auf jenen war-

---

Papam, ut praedictum est, videretur, quod gesta per eos non valuissent, et sic leges civiles et multa subverterentur. Hanc etiam opinionem sequitur quidam magister *Joannes Parisiensis* (Abth. 1 §. 59 not. kk) et *Dantes de Florentia* (oben not. d). — De hoc fuit magna concertatio tempore Joannis XXII. et successoris sui Benedicti XII. inter eos et Dominum Ludovicum de Bavaria, electum in Imperatorem. *Et me existente tunc in Romana curia, audivi magnos praelatos et etiam laicos utrosque jurisperitos in hanc opinionem inclinare tamquam veriorem.* — Praesidentes Romanae ecclesiae eorum astuta et sagaci prudentia secundum temporum varietatem sua variaverunt statuta, modo Imperium sublimando modo paulatim deprimendo de tempore in tempus: sed considerato initio cujuslibet puto potestates fuisse distinctas, et si quaelibet fuisset contenta suis limitibus, et una alteram coadjuvasset, sicut facere tenentur, puto, quod pax esset in universo orbe. —

k) *Hermannus Januensis*, um 1348, in der Fortſetzung von *Martini Minoritae Flores temp.* (in Eccardi corpus hist. medii aevi T. I. p. 1638): Papa anno 1323 Ludovicum excommunicavit etc. — Isti processus a quibusdam stricte servabantur; a multis vero quasi invalidi nihil curabantur, quia Bononiae et Parisius, ut dicitur, examinati a Doctoribus Theologiae et utriusque juris judicabantur penitus nil valere. cf. *Albericus a Rosate* not. i.

l) Wie rein daſſelbe für Ludwig ſprach, zeigt ſich darin, daß es ſelbſt in Form von Offenbarungen hervortrat. So erſchien der Margaretha Ebner, Nonne im Marienkloſter bey Dillingen, das Jeſuskind, u. ſagte: »ich will ihn nimmer verlaſſen, denn »er hat Lieb zu mir, das entbent ihm.« ſ. Jo. Heumanni opuscula p. 340.

ſen m). Die für den Kaiſer jetzt auftretenden Schriftſteller, der kaiſerl. Leibarzt Marſilius von Padua († nach 1342) und Johannes v. Jandun († nach 1338) n), welche,

m) nämlich wegen ſeiner 1323 erlaſſenen Entſcheidung, haereticum esse, pertinaciter affirmare, Christum ejusque Apostolos in speciali non habuisse aliqua, nec in communi etiam. ſ. unten in d. Geſch. der Franciscaner.

n) Nach *Albert. Mussatus* in Lud. Bav. (Murat. X, p. 773) waren Ludwigs Rathgeber, quorum consiliis potissimum fruebatur, *Marsilius de Raymundinis*, civis Paduanus plebejus, philosophiae gnarus et ore disertus (nach der gewöhnlichen Annahme † 1328, er wird aber noch in *Ludov. ep. ad Bened.* XII. b. *Raynald* ann. 1336 no. 36 unter den Lebenden genannt u. es iſt kein Grund da, die 1342 erſchienene Schrift *de jurisdict. imp. in causis matrim.* ſ. unten §. 98 not. s ihm abzuſprechen), et *Ubertinus de Casali* Januensis Monachus, vir similiter astutus et ingeniosus (ſ. Abth. 2 §. 70 not. n). Außer dieſen waren es noch *Johannes de Janduno* (fälſchl. de Gandavo, od. v. Gent genannt, ſ. Oudin. comm. de Scriptt. eccl. ant. T. III, p. 883) und Ulrich Hangenor (Mag. Ulricus de Augusta) Geheimſchreiber des Kaiſers. — In dieſe Zeit fällt die von Marſilius und Johannes gemeinſchaftlich ausgearbeitete Hauptſchrift: *Defensor pacis* (in Goldast Monarchia T. II. p. 154); des Marſilius *de translatione Imperii tract.* (ibid. p. 147) und des Johannes *tract. de potestate Ecclesiastica* (Ms. bibl. Colbert. ſ. Oudin. l. c. p. 884). — Der *Defensor pacis*, in 3 *Dictiones s. Partes* getheilt, handelt im erſten Theile v. d. Urſprunge u. d. Zweck des Staates, im zweyten v. d. Verhältniße der weltlichen u. prieſterl. Macht, u. giebt im dritten 41 Conclusiones aus dem Vorherigen. cf. *Concl.* I: Solam divinam s. canonicam scripturam, et ad ipsam per necessitatem sequentem quamcumque ipsius interpretationem, ex communi concilio fidelium factam, veram esse et ad aeternam beatitudinem consequendam necesse credere, si alicui debite proponatur. II. Legis divinae dubias definire sententias — solum generale concilium fidelium — debere, nullumque aliud partiale collegium aut personam singularem, cujuscunque con-

weit über die leeren Formeln der Juriſten hinausgehend, unerhört kühne Behauptungen ausſprachen, machten das

---

ditionis existat, jam dictae determinationis auctoritatem habere. III. Ad observanda praecepta divinae legis poena vel supplicio temporali — nemo Evangelica scriptura compelli praecipitur. IV. Solius novae legis divinae praecepta, vel ad ipsa per necessitatem sequentia, et quae secundum rectam rationem fieri aut omitti convenit, propter aeternam salutem necesse servari, antiquae vero legis nequaquam omnia. V. In divinis novae legis praeceptis aut prohibitis neminem mortalem dispensare posse: permissa vero prohibere, obligando ad culpam aut poenam pro statu praesentis saeculi vel venturi, solum posse generale concilium, aut fidelem legislatorem humanum. VI. Legislatorem humanum solam civium universitatem esse, aut valentiorem illius partem. VII. Decretales vel Decreta Romanorum aut aliorum quorumlibet pontificum, communiter aut divisim, absque concessione legislatoris humani constituta, neminem obligare poena vel supplicio temporali. VIII. In humanis legibus solum legislatorem vel illius auctoritate alterum dispensare posse. X. Cujuslibet principatus aut alterius officii per electionem instituendi, praecipue vim coactivam habentis, electionem a solius legislatoris expressa voluntate pendere. XV. Super omnem singularem personam mortalem, cujuscunque conditionis existat, atque collegium laicorum ac clericorum, auctoritate legislatoris solummodo principem jurisdictionem tam realem quam personalem coactivam habere. XVI. Excommunicare quenquam, aut divinorum officia interdicere absque fidelis legislatoris auctoritate nulli Episcopo vel sacerdoti aut ipsorum collegio licere. XVII. Omnes Episcopos aequalis auctoritatis esse immediate per Christum, neque secundum legem divinam convinci posse in spiritualibus aut temporalibus praeesse invicem vel subesse. XVIII. Auctoritate divina, legislatoris humani fidelis interveniente consensu seu concessione, sic alios Episcopos communiter aut divisim excommunicare posse Romanum Episcopum, et in ipsum auctoritatem aliam exercere, quemadmodum e converso. XIX. Conjugia — divina lege, nova praesertim, prohibita per mortalem neminem

Volk mehr miſstrauiſch gegen die kaiſerliche Sache als derſelben geneigt: ihr Verdienſt war es, den Gelehrten ihrer und

---

dispensari posse; humana vero lege prohibita ad solius legislatoris vel per ipsum principantis auctoritatem pertinere. XXI. Ad Ecclesiasticos ordines promovendos, ipsorumque sufficientiam judicare judicio coactivo, ad solum legislatorem fidelem spectare, ac sine ipsius auctoritate quenquam promovere ad hoc cuiquam sacerdoti vel Episcopo non licere. XXII. Numerum Ecclesiarum sive templorum, ac in ipsis ministrare debentium sacerdotum, diaconorum, et reliquorum officialium ad solum principantem secundum leges fidelium pertinet mensurare. XXVII. Ecclesiasticis temporalibus, expleta sacerdotum et aliorum Evangelii ministrorum, et his quae ad cultum divinum pertinent ac impotentum pauperum necessitate, licite ac secundum legem divinam pro communibus seu publicis utilitatibus aut defensionibus uti posse legislatorem humanum totaliter et in parte. XXXIII. Generale concilium aut partiale sacerdotum et Episcoporum ac reliquorum fidelium per coactivam potestatem congregare, ad fidelem legislatorem aut ejus auctoritate principantem in communitatibus fidelium tantummodo pertinere, nec in aliter congregato determinata vim aut robur habere. Ein allgemeines Concil ſoll allein nach *Concl.* XXXII. Kirchl. Metropolen errichten u. aufheben, u. nach *Concl.* XXXV. Heilige canoniſiren, ſo auch *Concl.* XXXVI: Episcopis aut Presbyteris aliisque templorum ministris si uxores interdicere convenit, reliqua quoque circa Ecclesiasticum ritum per generale solum fidelium concilium id statui et ordinari; et illud solum collegium, aut personam in hoc cum praedictis dispensare posse, cui data fuerit ejus auctoritas per concilium supra dictum. *Concl.* XXXVII. A judicio coactivo, Episcopo vel sacerdoti concesso, semper ad legislatorem contendentem liceat appellare, vel ad ejus auctoritate principantem. *Concl.* XL. Legislatorem fidelem, aut ejus auctoritate principantem in subjecta sibi provincia compellere posse tam Episcopos quam reliquos evangelicos ministros, quibus de sufficientia victus et tegumenti provisum est, ad divina officia celebranda et sacramenta ecclesiastica ministranda.

der folgenden Zeiten fruchtbaren Stoff zum Nachdenken mie-

Merkwürdig ſind die hiſtor. Erläuterungen über den Urſprung der Hierarchie, cf. *P.* II. *c.* 15 *p.* 239: Haec nomina *Presbyter* et *Episcopus* in primitiva ecclesia fuerunt synonyma, quamvis a diversis proprietatibus eidem imposita fuerint. Nam *Presbyter* ab aetate nomen impositum est, quasi senior; *Episcopus* vero a dignitate seu cura super alios, quasi superintendens. Beweiſe aus Hieronymus. Phil. 1, 1 u. ſ. w. ſ. Bd. 1 §. 29 not. a. — Post haec autem Apostolorum tempora numero sacerdotum notabiliter aucto ad scandalum et schisma evitandum elegerunt sacerdotes unum ex ipsis, qui alios dirigeret et ordinaret, quantum ad ecclesiasticum officium et servitium exercendum et oblata distribuendum, ac reliqua disponendum convenientiori modo, ne istud quolibet pro libito faciente oeconomia et servitium templorum turbaretur propter affectionum diversitates. Hic siquidem electus — ex posteriorum consuetudine retinuit sibi soli nomen *Episcopi*, quasi superintendentis. — Verum jam dicta electio seu institutio per hominem — nihil amplioris meriti essentialis seu sacerdotalis auctoritatis — tribuit, sed solum ordinationis oeconomicae in domo Dei seu templo potestatem quandam, alios sacerdotes — ordinandi et regulandi, quomodo Priori datur potestas in monachos. — Et ideo secundum veritatem et intentionem Hieronymi non aliud est Episcopus quam archipresbyter. *Cap.* 16 beweiſet, Apostolorum neminem ad alios habuisse praeeminentiam aus Luc. 22, 19. Jo. 20, 21. 22. Gal. 2, 6—9. Nullam ergo potestatem, eoque minus coactivam jurisdictionem habuit Petrus a Deo immediate super apostolos reliquos, neque instituendi eos in officio sacerdotali, neque segregandi eos seu mittendi ad officium praedicationis, nisi quod hoc sane concedi potest, ipsum fuisse priorem aliis aetate vel officio fortasse secundum tempus, aut Apostolorum electione, qui eum propterea reverebantur merito, quamvis hanc electionem ex scriptura nemo convincere possit. Signum autem, verum esse quod diximus, est, quoniam b. Petrum nullam sibi assumpsisse singulariter auctoritatem supra reliquos apostolos invenimus ex scriptura, sed magis cum ipsis aequalitatem servasse. Zum Be-

bergelegt zu haben. Nützlicher als ſie wurden dem Kaiſer

---

weiſe *Act.* XV. — Sicut Petrus Antiochiae legitur electus in Episcopum per fidelium multitudinem, aliorum Apostolorum confirmatione non indigens, sic et Apostolorum reliqui praefuerunt in aliis provinciis absque Petri scientia, institutione, vel consecratione aliqua: fuerant enim per Christum consecrati sufficienter. Propter quod similiter opinandum, horum Apostolorum successores non indiguisse aliqua confirmatione successorum Petri: quinimo multi successores aliorum Apostolorum fuerunt electi et instituti Episcopi rite, ipsorumque provincias sancte rexerunt absque alia institutione vel confirmatione de ipsis facta per successores Petri. Et extitit hoc sic legitime observatum usque quasi ad tempora Constantini Imp. — Quod si tamen b. Petrus a quibusdam sanctorum princeps Apostolorum scribatur, dictum est large ac improprie sumendo vocabulum principis. — Cujus rei exemplum conveniens sumi potest ex principantibus saeculi, qui nec praesunt sibi invicem aliqua potestate, ut Comites ejusdem regni; — cum tamen quandoque inter alios unus aut plures caeteris honoratiores habeantur. — Quod si tamen Apostoli b. Petrum tanquam sibi Episcopum elegissent; — non tamen ex hoc sequeretur, quod ipsius successores in Romana sede vel alia, si alibi fuit Episcopus, hanc prioritatem habeant super aliorum successores, nisi a reliquorum successoribus eligerentur ad hoc: majoris enim virtutis fuerunt aliqui successores aliorum quibusdam successoribus Petri. — Rursum cur magis conveniret hoc successoribus ejus in sede Romana, quam in Antiochena vel Hierosolymitana vel alia, si Episcopus in pluribus extitisset? Amplius quilibet Episcopus quantum ad intrinsecam dignitatem — indifferenter, successor est cujuslibet Apostoli, et ejusdem meriti sive perfectionis quantum ad dignitatem praedictam sive characterem, quoniam omnes hunc habent eundem ab uno efficiente — Christo, non ab eo qui manus imposuit. — Amplius propter manuum impositionem Romanus Episcopus non est aut dici debet singulariter b. Petri successor, quoniam Romanum Episcopum esse convenit, cui non imposuit manus b. Petrus, nec mediate nec immediate: nec rursum propter sedem sive loci

vielleicht die ihnen entgegentretenden Vertheidiger des Pap-

determinationem, primum quidem, quia nullus Apostolorum lege divina determinatus fuit omnino ad populum aliquem vel locum, nam Matthaei ultimo dictum est omnibus: *Euntes ergo docete omnes gentes*: amplius quoniam b. Petrus prius legitur Antiochiae fuisse quam Romae etc. — Jam dictis autem audiri desuetis mirabilius est, quia desuetum amplius et inopinabile fortassis videbitur, si non falsum: quod ex certo scripturae testimonio convinci potest, Romanos Episcopos magis esse successores, quantum ad provinciam et gentem, Apostoli Pauli quam Petri. — Cum per scripturam constet evidenter, Paulum Romae fuisse biennio, et ibidem omnes suscepisse gentiles converti volentes, — constat ipsum fuisse Romanum Episcopum specialiter. — De beato vero Petro — dico per scripturam sacram convinci non posse, ipsum Romanum Episcopum, et quod amplius est, ipsum unquam Romae fuisse. — Sed per scripturam sacram indubitanter tenendum, b. Paulum fuisse Romanum Episcopum, et si quis alter cum ipso Romae fuerit, tamen Paulum singulariter et principaliter — fuisse Rom. Episcopum, b. vero Petrum Antiochiae, ut apparet ad Gal. II: Romae vero non contradico, sed verisimiliter teneo, ipsum in hoc non praevenisse Paulum, sed potius e converso. — *Cap.* 18 p. 251. *Unde Romanus Episcopus et Ecclesia — super caeteros sibi quendam primatum assumpsit.* — Nemo Episcoporum per omne tempus illud (bis Conſtantin) in alios Episcopos coactivam jurisdictionem exercuit. Quamvis tamen aliarum provinciarum Episcopi plures, in quibus dubitabant, tam de scriptura sacra, quam de ritu ecclesiastico, non audentes se publice congregare, consuluerunt Episcopum et Ecclesiam fidelium existentem Romae, propter majorem ibidem forte fidelium multitudinem et magis peritiorem, eo quod studia scientiarum omnium tunc multum Romae vigebant. — Unde etiam provinciarum aliarum fideles, sufficientia personarum carentes, ad ipsorum ecclesias gubernandas ab episcopo et Ecclesia Romana fidelium postulabant personas sibi ad episcopatum praeficiendas, eo quod Ecclesia fidelium Romae personis talibus, ut jam diximus, amplius abundabat. Episcopi vero

ſes, der Auguſtinermönch Auguſtinus Triumphus aus

et Ecclesia Romanorum sic requisiti — charitative atque fraterne subveniebant in his; — ordinationes, quas super ecclesiasticum ritum sibi fecerant, aliis communicando provinciis, et quandoque etiam in aliis provinciis contentionem aut schisma fidelium inter se audientes charitative monendo. Haec autem aliarum provinciarum ecclesiae grate suscipiebant. — Hoc etiam modo vel consimili quasi suscepit a Graecis Romanus populus gratuite non coacte leges quasdam vocatas decem tabularum. Ex jam dicta vero quasi consuetudinaria prioritate, aliarum Ecclesiarum consensu spontaneo, Romanorum Episcopi — auctoritatem quandam decreta — constituendi super universalem Ecclesiam — sumpserunt usque ad tempora Constantini. — Constantinus vero — primus fuit Imperator, qui fidem Christi, ministerio b. Sylvestri tunc Papae Romani patenter adeptus est, et — Ecclesiae Romanae ac ipsius Episcopo tribuisse videtur auctoritates et potestates super alios Episcopos et Ecclesias omnes. — *Cap.* 22 *p.* 268: Post tempora vero Constantini I. et praecipue imperiali sede vacante hanc sibi deberi prioritatem quandoque lege divina, quandoque vero concessione principum suis epistolis expresserunt Rom. Episcopi quidam. — Hanc etiam extendentes auctoritatem in omnes Episcopos et ecclesias, populos et singulares personas, ad sententiam excommunicationis et interdicti divinorum officiorum — in supradictos fideles ferendum. — Sic etiam suis epistolis expresserunt, sibi convenire temporalium omnium ecclesiasticorum dispensationem. — Quibus etiam moderniores excessibus non contenti suis expresserunt Epistolis sive Decretis, auctoritatem sive jurisdictionem coactivam supremam super omnes mundi principatus — sibi lege divina deberi; — propter quod etiam ad suam auctoritatem pertinere dicunt, omnia mundi regna et principatus conferre ac auferre licite posse regibus — ipsorum mandata transgredientibus, quamvis impia sint secundum veritatem et illicita saepe. Hoc autem inter caeteros Romanos Episcopos — octavus Bonifacius in tantum expressit et asserit, ut hanc Romanis Episcopis deberi potestatem decreverit ab omnibus credendum et confitendum esse de

necessitate salutis aeternae (Abth. 2 §. 59 not. aa). Cujus sententiam assecuti sunt successores ejus Clemens V. et — Joannes, — quamvis hoc solum explicite videantur dicere de solo imperio Romanorum. Quod quia id asserunt innisi titulo supradicto, plenitudinis videlicet sibi datae potestatis a Christo, indubium est, potestatem hanc sive auctoritatem, si qua talis ex hoc sibi conveniat, omnia mundi regna et principatus ex aequo respicere. *Cap.* 26 *p.* 281 über den Ursprung der päpstl. Anmaßungen über das Kaiserthum: Voluerunt Romanorum principum quidam citra tempora Constantini electionem de se factam amicabiliter signare Romanis Pontificibus, ut — per Pontificum intercessionem ampliorem benedictionem et gratiam ad suum gubernandum imperium obtinerent: eodemque aut consimili quasi modo — Romanorum quidam Imperatores diadema regium imponi sibi fecerunt per Romanos Pontifices: quam siquidem impositionem Pontifici Romano plus auctoritatis tribuere super Rom. Principem, quam Remensi archiepiscopo super regem Francorum, quis dicet? Non enim conferunt hujusmodi solemnitates auctoritatem, sed habitam vel collatam significant. Ex hac quidem igitur reverentia sic sponte per Romanos principes exhibita, quaerentes saepius quae sua non sunt, Episcopi Romani induxerunt consuetudinem et abusum verius, propter principum simplicitatem, non modo dicam ignaviam, laudationem electae personae ac benedictionem, quam super illam mittebant, vocaliter aut in scriptis vocare confirmationem electionis praedictae. Nec attendentibus olim Romanis Principibus, quae sub hac appellationis figura praejudicialis latebat intentio, sic ipsam successive subinduxerunt latenter, nunc vero patenter, Romani Pontifices, ut nullus quantumcunque convenienter electus in Romanorum Regem Rex vocari debeat, neque Regis Romanorum auctoritatem habeat aut exerceat, nisi per Romanum Episcopum fuerit approbatus. — Non esset hoc aliud quam Romanum solvere principatum, et principis creationem perpetuo prohibere. — Quid ergo aliud sibi tribuit auctoritatis principum electio, quam nominationem, ex quo ipsorum determinatio ab unius solius alterius voluntate dependet? Tantam nempe septem tonsores aut lippi possent Romano Regi auctoritatem tribuere.

Ancona († 1328) o), und der Franciscaner Alvarus

o) *Summa de potestate ecclesiastica ad Joh. P.* XXII. (ed. Aug. Vind. 1473. Romae 1582. die vor mir liegende iſt Colon. 1475. fol.) in III Partes und 112 Quaestiones getheilt. *Qu.* 1 *art.* 1: Sola potestas Papae est immediate a Deo. — Habet omnem potestatem saecularem judicare et deponere, si non bona est. — Et si inveniatur, quandoque aliquos Imperatores dedisse aliqua temporalia summis Pontificibus, sicut Constantinus dedit Sylvestro: hoc non est intelligendum, quod suum est, sed restituerunt, quod injuste et tyrannice ablatum est (cf. *Qu.* 43 *Art.* 3). — Omnis potestas Imperatorum et Regum est subdelegata respectu potestatis Papae. *Qu.* 18 *art.* 1: Major est jurisdictio Papae quam cujuslibet angeli. — Papae totius mundi jurisdictio et cura commissa est, — quod super coelum et terram jurisdictionem accepit. *Qu.* 22 *art.* 3: Magis tenentur laici subditi obedire Papae, quam Imperatori vel Regi. — Tota machina mundialis non est nisi unus principatus: — princeps autem totius principatus mundi est ipse Christus, cujus Papa vicarius existit juxta illud *Dan.* VII. — Si aliud mandat Papa, et aliud Imperator, obediendum est Papae et non Imperatori. *Qu.* 23 *art.* 1: Pagani jure sunt sub Papae obedientia. — Vicarius Christi est Papa, unde nullus potest se subtrahere ab ejus obedientia de jure, sicut nullus potest de jure se subtrahere ab obedientia Dei. *Qu.* 35 *art.* 1: Papa per se ipsum Imperatorem potest eligere. — Imperator est minister Papae eo ipso quod est minister Dei. — Est autem principaliter agentis, eligere ministros et instrumenta ad suum finem. — Unde puto, quod Papa, qui universos fideles in praesenti ecclesia ad pacem habet ordinare, et ad supernaturalem finem consequendum dirigere et destinare, justa et rationabili causa existente per se ipsum possit Imperatorem eligere: ut propter eligentium negligentiam et discordiam, aut propter electi bonitatem et condecentiam, vel propter populi Christiani pacis providentiam, seu propter coërcendum haereticorum, paganorum et schismaticorum potentiam et audaciam. Posse enim Papae fulcitum debet esse veritate, justitia et aequitate: non enim potest adversus veritatem sed pro veritate, ut

dicit Apostolus II ad Cor. ult. — *Art.* 3. Sicut a sede Apostolica potestas eligendi Imperatorem Electoribus est concessa, ita a praedicta sede potest eis auferri. *Art.* 6. Papa potest Imperatorem facere per haereditariam successionem sicut per electionem. — *Qu.* XXXVII *Art.* 3: Auctoritate Papae Imperium a Romanis est ad Graecos translatum. — Constantinus hujusmodi translationem fecit auctoritate summi Pontificis, qui tanquam vicarius Dei filii coelestis Imperatoris jurisdictionem habet universalem super omnia regna et imperia. — Propter imperium ad Graecos post tempus Constantini translatum, ecclesia ibi potestate et dignitate multum vigebat. Et ideo quatuor concilia fuerunt ibi celebrata, quibus Imperatores sic se subjecerunt, quatenus per summum Pontificem approbarentur. *Art.* 4. Auctoritate Papae Imperium est translatum a Graecis ad Germanos. *Art.* 5. Auctoritate Papae Imperium potest a Germanis transferri ad alios. — XXIII Qu. 4 c. *Displicet* auctoritate Augustini dicitur, quod Ecclesia per incrementa temporum semper majori potestate utitur. Si ergo Ecclesia quandoque fecit hujusmodi translationem, multo fortius nunc potest facere. — Conditio Imperatoris a tempore Constantini multipliciter variata est. Nam tempore dicti Constantini Imp. eligebantur. — Qui modus servatus est usque ad tempora Michaelis Imp. et Caroli M. Postea institutio Imperii processit per successionem ad tertiam generationem puta usque ad tertium Ottonem, qui fuit nepos primi, et filius filii. De istis enim non invenitur facta electio, sed sola provisio per summum Pontificem. — Gregorius V. convocatis Principibus Almaniae ordinavit electores Imperatoris officiales ipsius imperialis curiae. Qualitercunque tamen institutio Imperii sit variata: nulli tamen dubium esse debet, quin summus Pontifex — Imperatorem possit eligere, quemcunque et undecunque sibi placet in auxilium et defensionem Ecclesiae. *Qu.* XXXVIII *Art.* 1: Per Papam Imperator electus debet confirmari. — Ad illum pertinet immediate Imperatoris confirmatio, ad quem pertinet Imperii immediata jurisdictio. Postquam enim Constantinus cessit Imperio occidentali nulla sibi reservatione facta — plenum jus totius Imperii est acquisitum summis Pontificibus, non solum superioris dominationis, verum etiam im-

mediatae administrationis, ut ex ipsis tota dependeat imperialis jurisdictio, quantum ad electionem et quantum ad confirmationem: ita ut ex tunc nullus de jure poterit se intromittere de regimine occidentalis Imperii absque expressa auctoritate et mandato sedis Apostolicae, nisi usurpative et tyrannice, sicut fecit Julianus Apostata et multi alii. *Art.* 4: Papae Imperator electus debet fidem jurare. — Imperator assumitur in defensorem et protectorem Ecclesiae, potissime in partibus Italiae et in occidentalibus regionibus, in quibus Ecclesia non solum temporalium habet universalem jurisdictionem, sicut in toto orbe noscitur habere, verum etiam habet mediante ministro, quem elegit, immediatam administrationem. Talis ergo minister in tribus tenetur Ecclesiae fidelitatem servare: primo in ipsius Ecclesiae exaltatione, ut per rebelles et infideles Ecclesia non deprimatur, sed potius illis expugnatis juxta posse suum supra candelabrum ponatur; secundo in Ecclesiae pastoris et rectoris defensione —; tertio in temporalium per Constantinum concessorum Ecclesiae conservatione, ut in talibus non praetendat aliquam immediatam jurisdictionem, sed solum immediatam administrationem. Et ista tria ponuntur in juramento fidelitatis, quod ipse Imperator summo Pontifici praestare tenetur. *Qu.* XXXIX. *Art.* 1: Imperator per solam electionem non potest administrare, nisi beneficium confirmationis recipiat. *Qu.* XL. *Art* 1; Papa potest Imperatorem deponere, *Art.* 4. Imperatoris subditos a juramento fidelitatis absolvere. *Qu.* XLI *Art.* 1. Ad Papam spectat Imperatoris electionem examinare. *Qu.* XLIV *Art.* 1: Absque Papae auctoritate Imperator non potest leges condere. — Omnis justa lex (quae secundum Augustinum si justa non est, non est lex) dependet a lege divina. — Illo ergo jure lex imperialis dependet ab auctoritate Papae, quo jure dependet a lege divina, cujus ipse Papa est vicarius et minister, potissime cum secundum Dionysium lex divinitatis hoc habeat, ut ejus influentia non transeat ad inferiora nisi per media. Medius autem inter Deum et populum Christianum est ipse Papa, unde nulla lex Populo Christiano est danda, nisi ipsius Papae auctoritate: sicut nec aliqua lex fuit data populo Israelitico nisi mediante Moyse. *Art.* 4. Papa potest sua auctoritate leges Im-

periales corrigere. *Qu.* XLV *Art.* 2: Papae subjiciuntur omnes Reges, quantum ad temporalium recognitionem. — Dicentes, Papam, Vicarium Christi, in toto orbe dominium habere solum super spiritualia, non autem super temporalia, similes sunt consiliariis Regis Syriae, qui dixerunt III. Reg. 20: *Dii montium sunt dii eorum* etc. Sic hodie mali consiliarii adulatione pestifera seducunt Reges et Principes terrae, dicentes: dii montium, puta spiritualium donorum, sunt summi Pontifices, sed non sunt dii convallium, quia temporalium bonorum nullum habent dominium: ideo in campestribus et in potentia bonorum temporalium pugnemus contra eos et obtinebimus. Sed quid dicit eis divina sententia, audiamus: quia dixerunt, inquit, Syri, deus montium est dominus, non deus vallium, dabo omnem multitudinem hanc in manu vestra, et scietis, quia ego sum Dominus. *Qu.* XLVI *Art.* 2 Papa potest omnes Reges cum subest causa deponere. *Art.* 3. Papa potest in quolibet regno regem instituere. — Sicut Deus est factor omnium regnorum et provisor, sic Papa vice Dei est omnium regnorum provisor. Unde cum causa rationalibilis subest, in quolibet regno potest Regem instituere, sive sit causa ipsius Regis nequitia, ut dictum est supra de Rege Francorum, sive ipsius populi fraudulenta malitia, ut si in Regis mortem conspirarent, vel eum ejicerent, — vel quocunque alio modo causa justa et rationabilis subest, ad Papam spectaret, illi regno de Rege providere. *Qu.* LXI *Art.* 3. Papa non potest aliquos eximere a se ipso in temporalibus. — Apostolus II ad Tim. 2 dicit: *Deus fidelis est, et seipsum negare non potest.* Negaret autem seipsum, si eximeret aliquos a suo dominio temporali vel spirituali, quia tunc negaret, se esse dominum omnium tam temporalium quam spiritualium. Cum igitur Papa verus vicarius Dei sit, si aliquos eximeret a seipso in jurisdictione temporalium vel spiritualium, negaret, quod non esset verus Dei vicarius, et talis negatio in errorem Manichaeorum ipsum induceret, ponentium, ab alio principio spiritualia et ab alio temporalia esse producta. Unde non est dubium, quod si pro tali veritate testificanda Papa pateretur, verus Christi martyr esset censendus. Auf den Einwand: consuetudo servanda est, et longo tempore approbata pro lege tenenda est, ut jurisconsultus dicit. Sed ab antiqua consuetudine

Pelagius († nach 1340) p), welche durch jener Kühnheit erhitzt das neu gebildete päpſtliche Staatsrecht in ſeiner abgeſchmackteſten Folgerichtigkeit keck und übermüthig entwickelten.

---

fuit observatum in ecclesia Gallicana, quod Praelati Franciae non recognoscunt temporalia a Papa sed a Rege, et ipse similiter Rex a nullo temporalia recognoscit, erwidert er: consuetudo veritati et rationi contraria, quanto diuturnior tanto perniciosior et periculosior, nec consuetudo sed abusio dicenda est. Non enim dixit Christus, ut dicit Gregorius: Ego sum consuetudo, sed: *ego sum veritas.* — Si vero potentia regalis vel imperialis allegatur, videatur, ut dicit Aug. quod factum sit de Nabuchodonosor, quomodo a regno depositus est et inter bestias connumeratus est, donec recognosceret, Deum coeli esse dominum universorum. *Qu.* LXXIII *Art.* 3: Papa alicui potest concedere decimas Laicorum. — Jus naturale propria facit communia in necessitate, jus vero divinum ex caritate, et jus civile ex reipublicae utilitate. Planum est autem, quod Papa est omnis juris interpres et ordinator, tamquam architector in tota ecclesiastica hierarchia vice Christi, unde quolibet jure potest, cum subest causa rationabilis, decimas laicorum non solum subditorum, verum etiam Regum, Principum et Dominorum recipere et concedere pro ecclesiae utilitate, ac eos, si noluerint dare, compellere.

p) Sein Werk *de planctu ecclesiae libb.* II (ed. Ulmae. 1474. Venet. 1560 fol.) 1330 in Avignon ausgearbeitet, u. 1340 von dem Verf. damals Biſch. v. Silves in Portugal, revidirt, ſtimmt in den Grundſätzen ganz mit dem des Auguſt. Triumphus überein. cf. *lib.* I, *c.* 13: quod jurisdictionem habet universalem in toto mundo Papa nedum in spiritualibus, sed temporalibus, licet executionem gladii temporalis et jurisdictionem per filium suum legitimum Imperatorem, quum fuerit, tanquam per advocatum et defensorem ecclesiae, et per alios reges et mundi principes; et in patrimonio s. Petri et in regno Siciliae, quod est regnum Ecclesiae et patrimonium, — et in aliis terris Ecclesiae eam per suos rectores debeat exercere. — Quum animae corporibus

Unter diesen Verhältnißen brachte weder die päpstliche Excommunication, welcher Ludwig sogleich eine Appellation an ein allgemeines Concilium q) entgegengesetzte, noch das alsdann über Ludwigs getreue Unterthanen ausgesprochene

---

sunt pretiosiores, et spiritualia temporalibus digniora; — cui ergo commissae sunt animae et spiritualia, multo potius res sunt et corpora committenda. — Temporalia accessoria sunt ad spiritum, Matth. 16: *haec omnia* scil. temporalia *adiicientur vobis*: sed accessoria naturam habent principale sequendi. Danach werden nun gegen Kaiser Ludwig, hier nur Bavarus schismaticus genannt, die päpstl. Anmaßungen vertheidigt. Dann: *Cap.* 33: Quod Papa non tenetur se purgare de aliqua infamia, a quibuscunque exorta, bonis vel malis, si non vult. *Cap.* 34: Quod in hac vita, etiamsi injuriam vel injustitiam facit Papa alicui, non habet judicem super se, nec tenetur eligere judices vel arbitros. *Cap.* 36: Quod antea fuit ecclesia, quam Imperium. Endlich rückt er *Cap.* 60 die Bulle *Unam sanctam* ein: Ad complementum autem papalis potestatis plenariae, et gladii utriusque pertinentis ad eum, licet diversimode, pono Extravagantem Domini Papae Bonifacii VIII, quae istam determinat quaestionem cujus talis tenor est etc. *Cap.* 68 gegen die neuen Schismatici, insbes. gegen den haeresiarcha novellus Marsilius Padovanus.

dicit, quod hoc esset irrationabile, ubi maleficium esset notorium vel manifestum, et tale vel tantum, propter quod perpetua poena ei deberet imponi, si pro poena pecuniaria tale crimen transiret. Sed nullum est inconveniens, si pro causa justa dicti officiales poenam corporalem in pecuniariam convertant: quia hoc etiam volunt jura tam canonica quam civilia.

h) Nach Beendigung der Unterſuchung, baten die Prälaten den König (*l. c. p.* 1381), ut pro Dei honore in statu, in quo sui boni praedecessores tenuerunt ecclesiam, ipse eam teneat et defendat, nec ei faciat aliquam novitatem: et placeat ei proclamationes et inhibitiones factas, scil. quod nullus laicus trahat alium laicum coram judice ecclesiastico, revocare: quia hoc esset omnia ecclesiarum jura tollere. Et licet in aliquibus locis pro toleranda eorum malitia in talibus proclamationibus seu inhibitionibus verba, quae sequuntur, apponant, videlicet quod laicus non trahat alium laicum coram ecclesia *super casibus pertinentibus ad judices saeculares;* — hoc est propter jura ecclesiae usurpanda, quia multa pertinent ad forum laicorum, quae nihilominus pertinent ad ecclesiasticum. Et sic jus et consuetudo tollerentur, per quae in electione laici est, quod possit alios laicos in foro ecclesiae convenire. Item quia tales proclamationes seu inhibitiones factae, licet etiam essent bene generales, dant occasionem omnimode jurisdictionem ecclesiasticam perturbandi, unde *reges Franciae semper prohibuerunt tales proclamationes seu inhibitiones fieri, et factas penitus faciebant revocari et ad nihilum reduci.* In Gegenwart des Königs u. im Namen deſſelben erklärte ihnen *Petrus de Cugneriis*, quia intentio Domini Regis erat servare jura ecclesiae et Praelatorum, ſuchte aber dabey wieder zu erweiſen, quod causarum civilium non poterat ad ecclesiam cognitio pertinere: indeß in einer zweyten Audienz erkannte der König dieſe letzten Aeußerungen nicht an, quod non erant factae de suo mandato, nec aliquid sciebat, nec eas ratas habebat, und begnügte ſich mit dem Verſprechen der Prälaten, die eingeriſſenen Misbräuche abzuſtellen. Die letzte durch Petrus de Cugneriis gegebene Ant-

gleich darauf ihre Gerichtsbarkeit durch Concilienbeschlüße noch feſter zu ſtellen i). Dagegen entwickelte ſich in dem Parlamente, als es ſich jetzt in eine ſtehende Corporation

---

wort war, quod placebat Regi, si praelati emendarent ea, quae essent emendanda et corrigenda: et quod Dominus Rex expectaret usque ad festum nativitatis Domini proximum venturum, infra quem terminum nihil innovaret. Et si infra dictum terminum praelati non emendassent emendanda, — dominus Rex apponeret tale remedium, quod esset gratum Deo et populo. Der Zuſatz b. *Goldast* p. 1383, daß der König nach vergebl. Warten endlich severam legem gegeben habe, qua — se ac suos in libertatem asserit, gehört Flacius (*Cat. test. verit.* p. 391) an, iſt aber hiſtoriſch falſch. Zu weiterer Befeſtigung der geiſtl. Anſprüche ſchrieb darauf *Petrus Bertrandus* den ſcholaſtiſchen *tract. de origine et usu jurisdictionum, s. de spirituali et temporali potestate* (in *Bibl. PP. Lugd. T.* XXVI *p.* 127).

i) *Conc. Bituricense ann.* 1336 *c.* 12 (*Mansi* XXV, *p.* 1062) ſchildert zuerſt die Beeinträchtigungen der geiſtl. Gerichtsbarkeit. Nämlich nonnulli temporale dominium obtinentes, vel saecularis judiciariae potestatis gerentes officium — aliquotiens palam, — aliquotiens seorsum ad partem, proclamaverunt et inhibuerunt, — ne aliquis subjectorum suorum alter alterum ad forum ecclesiasticum — trahere praesumat, — ne ipsi subditi — super recipiendis contractibus ad — notarios curiae ecclesiasticae recurrerent; — literas excommunicatorias — quandoque laceraut, — literas, et quod detestabilius est, portitores ipsos interdum capiunt, verberant, et compellunt comedere litteras et sigilla; — sacerdotes, — et personas ecclesiasticas, atque ipsorum uxores, parentes et amicos — ceperunt, arrestaverunt; — licet moneantur, nolunt restituere etc. Alle ſolche turbatores jurisdictionis ecclesiasticae ſollen in Excommunication und Interdict fallen: quos omnes — nominatim et expresse — per curatos totius provinciae omnibus diebus dominicis in Missa excommunicatos denuntiari sub poena excommunicationis praecipimus alta voce. *Cap.* 13: Dieſe Excommunicirten ſolle nur der Biſchof perſönlich aut per ejus officialem vel commissarium super hoc

verwandelte k), ein mächtiger Widerſtand gegen dieſelbe, der insbeſondere ſeit Carln V hervortritt. Von jetzt an wurde die geiſtliche Gerichtsbarkeit nicht nur in ihre Schranken zurückgewieſen l), ſondern das Parlament behauptete auch eine

---

specialem abſolviren können, u. zwar nur, wenn ſie völlige Genugthuung geleiſtet. Vgl. *Conc. apud Castrum Gonterii ann.* 1336 *c.* 1 u. 2. *Conc. Noviomense ann.* 1344 *c.* 1 u. 2 (*Mansi* XXVI, *p.* 1) u. ſ. w. Beſonders ſtreng wurde es den Clerikern verboten, vor weltl. Gerichten Recht zu ſuchen. *Conc. Bituric. ann.* 1336 *c.* 11.

k) *Pasquier recherches de la France liv.* II *chap.* 3.

l) Ein kgl. Edict v. 8 März 1371 an den Baillif v. Sens (in d. *Preuves des libertez de l'Egl. Gallic. chap.* VII *no.* 27) verordnet nach Aufzählung der Anmaßungen der geiſtl. Gerichtsbarkeit: Quocirca nos jura et libertates jurisdictionis nostrae temporalis — servari volentes illaesa, Vobis, prout per dictam nostram Curiam, habita super his deliberatione diligenti, extitit ordinatum, tenore praesentium committimus et mandamus, quatenus praefatis Archiepiscopis et Episcopis, ac eorum — officialibus etc. — ex parte nostra, ac sub magnis poenis a nobis applicandis, injungatis, — ne de casibus et actionibus realibus ac aliis superius declaratis — de caetero amplius cognoscere — praesumant, sed facta et agitata in contrarium — revocent penitus et annullent. Quod si facere noluerint, aut plus debito distulerint, ipsos ad hoc per captionem et detentionem eorum temporalitatis, ac omnibus aliis viis et modis licitis, quibus melius videbitur et poteritis, viriliter et debite compellatis: — et insuper ne usurpationes et surprisiae supradictae — illaesae remaneant, vos de et super usurpationibus et surprisiis antedictis, eorumque circumstantiis et dependentibus universis diligenter et secrete informetis, et quos de his per dictam informationem culpabiles reperietis, ipsos ad dies Seneschalliarum vel Baillivarum suarum nostri futuri proximi Parlamenti adiornetis (vorladen) etc. Ueber dieſe Beſtimmungen wachte von jetzt an das Parlament. So verurtheilte es 1385 den Biſchof v. Chalons wegen Uebertretung derſelben zu einer Geldſtrafe (*ibid. no.* 29).

gewiſſe Oberaufſicht über dieſelbe m), und zog die Entſcheidung über manche Gegenſtände an ſich, die damals allgemein für geiſtlich gehalten wurden n).

---

m) Als der Biſch. v. Mans Jemanden, mit dem er vor den kgl. Gerichtshöfen einen Proceß hatte, pendente lite excommunicirt, u. denſelben dann das kirchl. Begräbniß verſagt hatte, wurde er 1396 per arrestum vom Parlamente gezwungen, denſelben wieder aufgraben zu laſſen, u. ſeine Excommunication zurückzunehmen. *Preuves des lib. chap.* VI *no.* 2. Ebenſo der Erzb. v. Rheims *ibid. no.* 4. — Als geiſtl. Gerichte mit der Beſchuldigung, quod ipsi feminas aliasque quam suas desponsatas carnaliter cognoverant, vielen beſchwerlich fielen, ipsos ad solvendum emendas propter hoc compellendo; ſo that ſchon Philipp v. Valois 1336 durch den Befehl Einhalt, ipsum Episcopum ad desistendum de praemissis per ipsius temporalitatis captionem compellere: eben ſo Carl V 1388 (*Preuves chap.* XXXV no. 10 u. 11).

n) Das Parlament behauptete das Recht de omnibus causis ecclesiasticis possessoriis zu erkennen (*Preuves chap.* XXVI *no.* 1), und ſelbſt Martin V gab daſſelbe ausdrücklich zu (*ibid. no.* 2). — *Preuves chap.* XXXV *no.* 21: der Erzb. v. Bourges hatte auf einer Diöceſanſynode 1369 die Verordnung gegeben: Quoniam ut intelleximus domini saeculares propter crimina a Clericis commissa bona capiunt clericorum, ut sic indirecte de crimine Clericos puniant, et eosdem Clericos faciunt compellare, ut eis emendam exsolvant ratione seu occasione criminum commissorum, quod est directe contra Ecclesiasticam libertatem, cum illi de crimine criminaliter seu civiliter distringi seu puniri nequeant per judicem saecularem: igitur praedicta fieri prohibemus, statuentes quod si quis dominus saecularis, vel alius procedendo de caetero, Clericos ratione criminum ab eis commissorum per captionem bonorum mobilium vel immobilium suorum vexaverint, seu ad emendam compellaverint, eo ipso sententiam excommunicationis incurrat, et quaelibet civitas statim quod hoc siverit habeat cessare penitus a divinis, donec bona capta vel ad manum saecularem posita libere sint dimissa, et ametum impedimentum quodlibet ab eisdem: et nihilominus

§. 107.

Innere Verhältniße der Diöceſanhierarchie.

Die früheren Eingriffe der Päpſte in die biſchöflichen Rechte wurden noch dadurch vermehrt, daß ſie jetzt die Beſetzung der geiſtlichen Stellen ganz an ſich zogen a), und beſonders während des Schisma die Exemtionen im höchſten Grade übertrieben b). So war alſo die kirchliche

illos, qui contra praemissa fecerint, ut excommunicatos habeatis evitare. Dagegen ſchritt der Herzog von Berry als Lieutenant des Königs ſogleich ein, und machte darüber bekannt, quod dictus Rev. Pater postmodum sufficienter informatus et certioratus, dictas suas constitutiones et statuta dictae jurisdictioni temporali et dictae Bituricensis patriae usibus et consuetudinibus existere contrarias; — in nostri praesentia sponte revocaverit et totaliter adnullaverit, et insuper nobis promiserit dictam adnullationem et revocationem in sua proxima, futura Bituricensi Synodo in personis dictorum Curatorum dictae suae dioecesis fieri, facere publicare etc. Darauf habe er ihm in der Ueberzeugung, dictum Reverendum praedictas constitutiones — non dolo, fraude seu malitia aliqualiter edidisse, — omnem poenam, emendam et offensam erlaſſen. Der König genehmigte dieſes Verfahren ſogleich.

a) ſ. oben §. 101 not. e ff.

b) *Nicol. de Clamengis de ruina Eccl. c.* 31 (*v. d. Hardt Conc. Const. T.* I, *P.* III, *p.* 31): Et hos ergo Canonicos aliquis vocabit, qui, sic ab omni canone, h. e. ab omni regula abalienati sunt, qui, ut licenter et impune omnia, quae ferret animus, flagitia admittere possint, ab omni se castigatione et disciplina suorum praelatorum maxima ubique redemptione exemerunt? Fraudant itaque se mutuo, fraudant subditos. — Quas omnes fraudes et rapinas cum fecerint, non est, qui eos puniat. Ad Papam enim, quem solum judicem plerique eorum se habere jactant, quis circumvento pauperi accessus est? —

Bedeutung der Biſchöfe gering c): ſie entſchädigten ſich dafür durch weltliche Ehre und irdiſchen Genuß d). Den von

---

Martini V *bulla* v. J. 1418, durch welche die während des Schisma ertheilten Exemtionen aufgehoben werden (*ibid.* T. IV. p. 1535): a tempore obitus felicis recordationis Gregorii P. XI, praedecessoris nostri, nonnulli Romani Pontifices, et pro Romanis Pontificibus se gerentes — nonnullas *ecclesias*, *monasteria*, *capitula*, *conventus*, *prioratus*, *beneficia*, *loca et personas* — de novo a dictorum Ordinariorum jurisdictionibus exemerunt, in grave ipsorum Ordinariorum praejudicium.

c) *Jo. Gerson de modis uniendi ac reform. Ecclesiam in Concil. Univers.* geſchr. 1414 (in *v. d. Hardt Conc. Const. T.* I. *P.* IV. *p.* 90. *Gersonii Opp. T.* II, *p.* 174): Quam quidem coactivam potestatem multi summi Pontifices per successiones temporum et contra Deum et justitiam sibi applicarunt, privando inferiores Episcopos potestatibus et auctoritatibus eis a Deo et Ecclesia concessis: qui in primitiva Ecclesia aequalis potestatis cum Papa erant, quando non fuerunt Papales beneficiorum reservationes, non casuum Episcopalium inhibitiones, non indulgentiarum venditiones, non Cardinalium commendae, et distinctiones beneficiorum, Prioratuum et Monasteriorum. Tandem per tempora successive crescente Clericorum avaritia et Papae simonia, cupiditate et ambitione, potestas et auctoritas Episcoporum et Praelatorum inferiorum quasi videtur exhausta et totaliter diruta; ita ut jam in Ecclesia non videantur esse nisi *simulacra depicta*, et quasi frustra: jam enim Papa Romanus reservavit omnia beneficia ecclesiastica, jam advocavit omnes causas ad Curiam suam, jam voluit Poenitentiariam habere ibidem, jam legitimationes Clericorum, jam ordinationes sacras, quorumcunque sine differentia vult fieri in ejus Curia: et illi, qui in terra propria non possint ordinari, in eadem Curia ordinantur de facili.

d) *Nicol. de Clamengis c.* 25: multi ex eis, qui pastorali apice potiuntur, perque annosa tempora potiti sunt, nunquam civitates suas intraverunt, suas Ecclesias viderunt, sua loca vel dioeceses visitaverunt, nunquam pecorum suorum vultus agnove-

oben her auf ſie fallenden Druck wußten ſie meiſt nach unten hin abzuwälzen, und ſo ſeufzte der niedere Clerus unter unerträglichen Laſten e).

runt, vocem audierunt, vulnera senserunt, nisi ea forte vulnera, quae ipsi suis uberibus spoliis per alienos mercenarios eis intulerunt. Alienos dixi, quia et ipsimet mercenarii sunt, qui non gregis sui custodiam, salutem, profectum quaerunt, sed solum temporalis mercedis retributionem. — *Cap.* 26: At enim, dicet forsan aliquis, jure eis ignoscendum est, si raro suas dioeceses adeant, — quoniam pro consilio a principibus accersiti magna regni negotia tractant. — *Cap.* 28: Sed quid eorum tanto tempore a suis sedibus absentiam accusamus? cum per suam, si illic adessent, praesentiam verisimilius obesse, quam prodesse possent. Quidnam enim ore illi prosunt, qui toto elabente anno suam bis aut ter intrant Ecclesiam, qui totos in aucupio et venatu, in ludis et palaestra dies agunt, qui in conviviis accuratissimis, in plausibus et choreis, cum puellis etiam, effoeminati insomnes transigunt noctes, qui suo turpi exemplo gregem per devia quaeque abductum in praecipitium trahunt, qui imberbes adhuc adolescentuli, vix tum ferulam egressi, ad pastorale convolant magisterium, et tantundem de illo, quantum de nautico sciunt officio? Difficile itaque satis est statuere, qui eorum magis incommodent suo gregi: hi, qui deserto eo lupisque exposito cum scurris et parasitis in aula versantur, an hi potius, qui coram positi, eum per rapinam vexant, per incuriam negligunt, per errorem ductum praecipitant. Die deutſchen Biſchöfe wurden durch ihre beſondern Verhältniße häufig in Fehden, namentlich in Streitigkeiten mit ihren freiheitsliebenden Reſidenzſtädten verwickelt, ſ. Schmidts Geſch. d. Deutſchen Th. 4 S. 600 ff.

e) *Nicolaus Oresmius* (od. Orem, ein Pariſer Theolog, Decan in Rouen) in einer coram Papa Urbano et Cardinalibus 1363 gehaltenen Predigt (ed. *Flacius cat. test. verit. no.* CCCVI. *Brown appendix ad fasc. rerum expetend. et fugiendarum p.* 489): Non puto, posse in historiis reperiri, quod unquam fuerit aliqua gentium politia bene instituta, in qua esset tanta

§. 108.

Sittlicher Zuſtand des Clerus.

Der ſittliche Zuſtand des Clerus konnte ſich in dieſer Zeit, vermöge der Art wie die geiſtlichen Stellen gewöhnlich vergeben wurden, nach dem Beiſpiele, welches der päpſtliche Hof gab a) und bey der Weiſe, wie die geiſtliche Gerichtsbarkeit gehandhabt wurde b), nur noch verſchlimmern. In den Capiteln, deren Stellen jetzt meiſtens Pfründen für Adliche geworden waren c), wie bey den Curatgeiſtlichen

---

doctrina, quam nunc sit in politia sacerdotum, *ut ii quidem essent majores quam Principes saeculi, caeteri dejectiores vulgo.* — In corpore — idem videamus: si nutrimentum fluat ad unum membrum, ita ut enormiter ingrossetur, et alia nimium macerentur, non potest diu vivere: sic in corpore reipublicae ecclesiasticae, si superiores augmentatione substantiae ita graves in statu sunt, quod vix possunt ab inferioribus sustineri, hoc est signum et causa propinquae ruinae etc.

a) ſ. oben §. 101 not. d.

b) Vgl. Abth. 2 §. 63 not q. Jetzt kamen neue Misbräuche hinzu: *Nicol. de Clamengis de ruina eccl. c.* 20 (*v. d. Hardt Conc. Const. T.* I, *P.* III, *p.* 24): Corradendis omni ex parte pecuniis nostris Praelati summopere invigilant. — Si quis apud eos clericus pro furto, pro homicidio, pro raptu, aut sacrilegio, aut alio quovis enormi crimine in carcerem conjectus sit, tristisque panis et aquae edulio adjectus: tam diu poenae subjacebit, et tanquam reus sua commissa luet, donec pro modo sui census aut suorum quaesitam a se pecuniam persolverit. Ubi vero id egerit, liber et velut innocens abire sinetur. Omnis noxa, omnis error, omnia maleficia, etiamsi capitalia sint, per pecuniam laxantur ac delentur. Vgl. die *Gravamina* §. 106 *not. f. no.* XXXIV, u. die Beantwortung *Petri Bertrandi ibid. not. g.*

c) *Nic. de Clamengis de ruina Eccl. c.* 29: Quid de Capitulis

herrſchte tiefe Unwiſſenheit und eine Grauſen erregende Un-

et Canonicis longum trahere sermonem necesse est, cum uno statim verbo dicere liceat, similes Episcoporum pro suo modo Canonicos esse, indoctos, simoniacos, cupidos, ambitiosos, aemulos, obtrectatores, suae vitae negligentes, alienae curiosos scrutatores ac reprehensores, adhuc autem ebriosos, incontinentissimos, utpote qui passim et inverecunde prolem ex meretrice susceptam et scorta vice conjugum domi tenent; vaniloquos, praeterea garrulos, tempus in fabulis et nugis terentes, quia nihil utile noverunt aut serium, in quo occupentur. Et propterea in re sua, seu per fas seu nefas agenda, in cura ventris et gulae, in carnis voluptatibus hauriendis suae vitae felicitatem, ut porci Epicurei, constituunt. *Cap.* 30: Quam vero pacem inter se habeant, aut quam fraternitatem, declarant sectae et seditiones, omnibus modo in Ecclesiis per infernales furias excitatae, ut jam illa infernalis hydra schismatica — omnia fere collegia suo vipereo semine infecerit. Ueber die in die Capitel eingeſchlichenen Misbräuche ſ. *Conc. Const. reformatorii Decretales Lib.* III *Tit.* III *c.* 1 (*v. d. Hardt Conc. Const.* I, *P.* XII, *p.* 695): In ecclesiis quibusdam, praesertim cathedralibus, et etiam quibusdam regularibus de ordine S. Benedicti, pessime servatur et inolevit consuetudo, vel potius corruptela, sic quod in eis non admittuntur nisi de nobilium aut militarium genere procreati (ſ. Abth. 2 §. 61 *not. b*), qui velut ex militia geniti moribus laicalibus et militaribus imbuti literarum studia non frequentant neque curant, et sic ignari remanent et idiotae: ex quibus tunc communiter per electionem talem qualem ad Ecclesias cathedrales hujusmodi militiae dediti in praelatos promoventur, interdum vix latinum fari scientes, et actus militares tam in vestibus, quam in bellorum conflictibus, et armorum insultibus, quia exercitati sunt in illis, magis praetendentes, quam quod actibus Pontificalibus — se ingererent. *Cap.* 2 damnabilis usus in quibusdam Ecclesiis inolevit, quod videlicet, quoad tractatus capitulares secretos et alios, admittuntur interdum canonici parvi, ex maturitate annorum inhabiles. *Cap.* 3: In quibusdam Ecclesiis statutum reperitur, ut,

ſittlichkeit d). Der fortdauernde Kampf der Synoden gegen

licet numerus canonicorum praebendatorum sit satis magnus, ipsorum tamen capitularium ad satis parvum numerum sit restrictus, in finem, ut creditur, quod dicti pauci capitulares ex capitularibus proventibus uberius valeant impinguari. Welche Unwiſſenheit unter ihnen herrſchte, zeigt das Beiſpiel des Capitels zu Zürich, das in einer Urkunde v. 1335, in welcher es dem Biſchof von Coſtnitz die Wahl eines Leutprieſters anzeigte, durch den Notarius erklären laſſen mußte, quia singuli de Capitulo scribere nescimus, ſ. Beyträge zur Geſch. d. deutſchen Sprache u. Nationalliteratur, London (in d. Schweiz) 1778 Th. 1. S. 178.

d) *Nic. de Clamengis de ruina Eccl. c.* 7: Summi Pontifices, ut aurei rivuli — suam uberius curiam irrigarent, omnibus dioecesanis et patronis praesentandi facultatem conferendique libertatem — ademerunt, interdicentes illis sub poena anathematis, ne ausu temerario (sic enim illorum loquitur tritum jam frequentiori usu rescriptum) in quovis beneficio sibi subjecto aliquem instituere praesumerent, quamdiu quis occurreret ex illis, quos sua auctoritate beneficia illa exspectare concesserant, qui illud adipisci vellet. Quantus vero, Deus optime, expectantium numerus ex illo tempore, et qualium undique affluxit, atque ibi praesto fuit! Non tantum a studiis aut schola, sed ab aratro etiam et servilibus artibus ad parochias regendas ceteraque beneficia passim proficiscebantur, qui paulo plus latinae linguae quam arabicae intelligerent, imo qui et nihil legere, et quod referre pudor, alpha vix nossent a betha discernere. Ac morum in illis compositio hanc forte ignorantiam excusabat? Imo si parum docti, negligentius — morati: utpote qui absque literis in otio educati, nihil nisi impudicitias, ludos, comessationes, jurgia, vaniloquia consectentur Inde omnibus in locis tot sacerdotes improbi et miseri atque ignari, qui ruinae et scandalo sua turpi conversatione subditis sunt. *Cap.* 24: De literis vero et doctrina quid loqui attinet? Cum omnes fere presbyteros sine aliquo captu aut rerum aut vocabulorum, morose syllabatimque vix legere videamus. Quem ergo fructum, quam exauditionem

ex suis orationibus sive sibi, sive et aliis impetrabunt, quibus barbarum est, quod orant? Quomodo per suas preces Dominum, alienis propitiabunt, quem sibi ipsi sua ignorantia et suae foeditate vitae per suum ministerium infensum faciunt? Si quis hodie desidiosus est, si quis a labore abhorrens, si quis in otio luxuriari volens, ad Sacerdotium convolat. Quo simul ac perventum est, fornices et cauponulas sedùli frequentant, potando, comessando, pransitando, coenitando, tesseris et pila ludendo, tempora tota consumunt. Crapulati vero et inebriati pugnant, clamant, tumultuantur, nomen Dei et Sanctorum suorum pollutissimis labiis execrantur. Sicque tandem compositi ex meretricum suarum complexibus ad divinum altare veniunt. Wie ſehr es den Geiſtlichen an zweckmäßiger Bildung und dem Volke an Religionsunterricht fehlte ſ. *Nic. de Clamengis de studio theologico* in *d'Achery Spicileg. T.* I *p.* 473, wo unter anderem p. 478 auch geklagt wird: conterunt infiniti ovium Rectores totam in studiis (Univerſitäten) aetatem. — Nec tam procul dubio discere cupiunt, quam sub titulo et umbra studii multiplicandis ecclesiasticis beneficiis atque promotionibus sine ulla unquam satietate inhiare. Ueber die ſchreckliche moraliſche Verſunkenheit des Clerus ſind die Schriften eines *Wiclef, Nicol. de Clamengis, Matthaeus de Cracovia, Jo. Huss, Jo. Gerson, Theod. a Niem*, und die auf dem Conſtanzer Concil von vielen Rednern gehaltenen Sermones zu vergleichen, die in *v. d. Hardt. Conc. Const.*, in deſſelben *historia literaria Reformationis P.* III, u. in *Walchii monimentis medii aevi fasc.* II. III. IV. herausgegeben ſind. z. B. *Bernhardi Baptisati* (Benedictiner aus Gascogne) *invectiva in corruptum clerum* (*v. d. Hardt Conc. Const. T.* I *P.* XVIII *p.* 880): In Praelatis inclusa est malitia et iniquitas, negligentia, ignorantia et vanitas, superbia, avaritia et pompositas: et qui solebant esse ovium pastores, jam effecti sunt lupi, ovium comestores. — Et habeatis pro firmo, quod revelatum est hic cuidam in generali concilio, quod, nisi de caetero tollatur et extirpetur simonia ab Ecclesia Dei, rapacitas et tyrannia, in brevi erit tanta persecutio clericorum, et tam terribilis, qualis non fuit ab initio. — Quare hoc? Quia jam supradicti viri Ecclesiastici continuo palam et publice concipi-

die Prieſterunzucht blieb völlig erfolglos e). Die Layen waren froh, nur ihre Weiber und Töchter vor den geiſtlichen Verführern ſicher zu ſtellen, und begünſtigten daher, ja forderten zuweilen, feſte Verbindungen ihrer Prieſter mit Concubinen f). So beſtand in vielen Ländern unter den

---

unt lasciviam, pariunt ignominiam, nutriunt avaritiam, colligunt superbiam, divisiones et guerras ipsi generant, in cautelis et deceptionibus ambulant, —. *in tantum quod jam totus fere clerus diabolo est subjectus.* — *Jo. Gerson de simonia cap.* 4 (*ibid. T.* I *P.* IV *p.* 10): Sicut et alia vitia regnare videmus passim apud homines, et multo plus apud clericos. — Recessit enim a clero omnis lex, omnis veritas, omnis verecundia, ita ut haec audeant, quae etiam latrones et similes horrent. u. ſ. w.

e) Vgl. die Einführung der erzwungenen Eheloſigkeit bey den chriſtl. Geiſtlichen u. ihre Folgen, von D. J. A. Theiner u. A. Theiner (Altenburg 1828. 2 Bde. 8.) Bd. 2 Abth. 2 S. 591 ff. Hierher gehört auch Sermo Mag. Gerardi Magni († 1384) de focariis, zuerſt herausgegeben von *Th. A. Clarisse* in Archief voor kerkelijke Geschiedenis, inzonderheid van Nederland, verzameld door Kist en Roijards Deel 1. Leyden 1829. p. 364 ss.

f) *Conc. Palentinum ann.* 1322 *c.* 7 (*Mansi* XXV, *p.* 703): Quia nonnulli laicorum clericos compellunt, in sacris praecipue ordinibus constitutos, ut aliquas mulieres concubinas recipiant, et cum eis in contubernio publicè vivant contra decorem ordinis clericalis: — nos — excommunicationis sententiae ipso facto decernimus subjacere quemlibet, — necnon universitatem seu communitatem quamlibet sententiae interdicti, quae personam quamvis ecclesiasticam duxerit compellendam ad recipiendum in concubinam mulierem quamcunque. *Nicol. de Clamengis de praesulibus simoniacis*, in *Opp. ed. J. M. Lydius. Lugd. Bat.* 1613. 4. p. 165: Taceo de fornicationibus et adulteriis, a quibus qui alieni sunt, probro caeteris ac ludibrio esse solent, spadonesque aut sodomitae appellantur. Denique laici usque adeo persuasum habent, nullos caelibes esse, ut in plerisque

Prieſtern, welche für eine eheliche Verbindung zu heilig ſeyn ſollten, der Concubinat ganz öffentlich g). Die Geldſtrafen,

parochiis non aliter velint presbyterum tolerare, nisi concubinam habeat, quo vel sic suis sit consultum uxoribus, quae ne sic quidem usquequaque sunt extra periculum. So *Aeneae Sylvii* (um 1440) *Europa* s. Cosmographiae lib. secundus c. 35 (in *Freheri Scriptt. Germ. T.* II) von den Friesen: Phrisones sacerdotes, ne aliena cubilia polluant, sine conjuge non facile admittunt. Vix enim continere hominem posse, et super naturam arbitrantur.

g) *Alvarus Pelagius de planctu ecclesiae lib.* II *c.* 27: utinam nunquam continentiam promisissent, maxime Hispani et Regnicolae, in quibus provinciis in pauco majori numero sunt filii laicorum, quam Clericorum. — Saepe cum parochianis mulieribus, quas ad confessionem admittunt, scelestissime fornicantur. — Multi Presbyteri et alii constituti in sacris, maxime in Hispania, in Austria (*Asturia?*) et Gallicia et alibi, et publice, et aliquoties per publicum instrumentum promittunt et jurant quibusdam, maxime nobilibus mulieribus, nunquam eas dimittere; et dant eis arras de bonis ecclesiae, et possessiones ecclesiae: publice eas ducunt cum consanguineis et amicis et solenni convivio, ac si essent uxores legitimae. — *Theodor. a Niem Nemoris Unionis Tract.* VI *c.* 35: In eisdem etiam partibus Hiberniae et Norwegiae juxta consuetudines patriae licet Episcopis et Presbyteris tenere publice concubinas, et eisdem visitantibus bis in anno subditos sibi presbyteros, ac Ecclesiasticorum Parochialiumque Rectores, suam dilectam ducere secum ad domos et hospitia eorundem subditorum presbyterorum. — Et si forte aliquis ipsorum visitatorum casu vel fortuna non habeat focariam, ut praevaricator paternarum traditionum, Episcopo visitanti proinde procurationes duplices ministrabit. Ac etiam presbyterorum amasiae seu uxores in eisdem partibus, statu et gradu, in ecclesiis ac in mensis, eundo, sedendo et stando caeteris dominabus, etiam militaribus, praeponuntur. Et pene idem modus, scilicet quoad luxuriam, circa presbyteros Gasconiae, Hispaniae ac Portugaliae, necnon contiguarum

mit welchen von vielen Synoden dieſe Ausſchweifungen belegt waren h), verwandelten ſich bald in eine der Habſucht der Biſchöfe willkommene Abgabe i). Dennoch wurde jeder

regionum versus Africam in omnibus observatur. Unde quodammodo plures naturales ex foedo complexu nati, quam filii legitimi in omnibus illis partibus in Ecclesiasticis titulis concedendis praeferuntur, et plures legitimis apertissime promoventur. Die Synoden beſchränkten ſich daher auch faſt nur auf Verordnungen gegen *concubinarii publici*, vgl. Theiner a. a. O. Die Clerici conjugati die in dieſer Zeit häufig vorkommen (z. B. §. 100 not. f. i.) ſind clerici minorum ordinum, welche wenn ſie verheirathet waren, zwar kein Beneficium beſitzen konnten (ſ. Abth. 2 §. 65 not. c), aber doch, unter der Bedingung daß ſie geiſtl. Kleider und Tonſur trugen, die privilegia clericalia fortwährend genoſſen, ſ. *Thomassini vetus et nova Ecclesiae disc ipl. P.* 1 *Lib.* II *c.* 66.

h) So verordnet das *Conc. Posoniense* (in Presburg) ann. 1309 c. 5 daß die concubinarii publici quartam partem redituum beneficiorum suorum als Strafgeld bezahlen ſollen, mit dem Zuſatze: confidimus enim, quod spirituali poena, excommunicationis videlicet, quae quamvis sine comparatione periculosior, minus tamen peccatis exigentibus formidatur, in temporalem mutata vindictam, subditorum mutabuntur et mores. Insbeſondere wurden von den italiäniſchen Concilien dergl. Geldſtrafen feſtgeſetzt. So von dem *Conc. Pergam. ann.* 1311 *rubr.* 6 für einen Prälaten 10, für einen andern Cleriker 5 librae Papienses. *Ravenn. ann.* 1317 *rubr.* 4. *Benevent. ann.* 1331 c. 55. *Constitt. Eccl. Ferrar. ann.* 1332 *c.* 31 (24 librae) u. ſ. w.

i) Früher wird über Beſtechungen in dieſer Hinſicht geklagt vgl. Abth. 2 §. 65 not. f. So auch *Conc. Moguntin. ann.* 1310 (*Mansi* XXV, *p.* 313): Cohabitationis vitium — quorundam negligentia praelatorum, immo quod detestabilius est, aliquorum malitia, qui quaestum aestimant pietatem, sentitur iterum pullulare. — Si qui — ob quaestum turpem hujusmodi ad se delatum in subditis suis favere vel dissimulare praesumpserint (es ſind die Archidiaconi u. Decane gemeynt), illi per suos prae-

Verſuch der weltlichen Macht, dieſem Aergerniße zu ſteuern, von der Kirche als Eingriff in ihre Rechte zurückgewieſen k).

latos ab honoribus dejiciantur. — Die ſpätern feſtſtehenden Abgaben waren aber aus den Geldſtrafen entſtanden, wie dieß mit mehreren Sendſtrafen ſchon früher geſchehen war (Abth. 2 §. 83 not. c). *Nic. de Clamengis de ruina eccl.* c. 22: Jam illud, obsecro, quale est, quod plerisque in dioecesibus rectores parochiarum ex certo et conducto cum suis praelatis pretio passim et publice concubinas tenent? — *Theobaldi publ. Conquestio in Conc. Const.* (in *v. d. Hardt Conc. Const.* T. 1 P. XIX p. 909): Ipsi (sacerdotes) — non solum tabernas, sed etiam lupanaria intrare, puellas maritatas atque moniales corrumpere, concubinas in domibus publice tenere, et cum eis procreare, atque alias superinducere, statimque post celebrare non abhorrent. Episcopi autem quoniam eodem vitio laborant, talia corripere non praesumunt. *Imo aliquid annuatim ab eis recipiunt*, et omnes in tali miseria stare permittunt. Unter dieſen Umſtänden galt Prieſterunzucht wenigſtens nur für ein geringes Vergehen. Daher *Gerson de visitatione Praelatorum* (*Opp. ed. du Pin* II, *p.* 564): denuncietur recipientibus sacros Ordines, quod faciunt votum castitatis solemne, ne putent se liberos ad fornicandum, sicut fatui quidam putant.

k) Zu ſolchem Verſuche fühlte ſich ſogar der Kaiſer Carl IV trotz ſeiner tiefen Ehrfurcht gegen den Clerus gedrungen: aber vgl. *Innocentii P.* IV *Ep. ad Carolum* (b. *Raynald ann.* 1359 *no.* 11): Habet fide digna insinuatio facta nobis, quod tua serenitas, attendens quosdam clericos et ecclesiasticas personas — effrenata quadam vivendi licentia contra ecclesiasticae religionis decentiam, et clericalis habitus honestatem secularibus sese actibus immiscentes, ad coërcendos illorum errores et transgressiones temerarias refrenandas imperialis solicitudinis operam adhibere fervore devotionis intendit, jamque super his nonnullis praelatis — certas literas destinavit, comminationes sequestrationis ecclesiasticorum proventuum faciendae per saeculares principes continentes, ne clerici ipsi, qui tanquam Dei ministri esse debent caeteris modestiae et gravitatis exemplar, in suam

Drittes Capitel.

Geschichte des Mönchthums.

§. 109.

Zustand der ältern begüterten Orden.

Dieselben Ursachen, welche den tiefern Verfall des Säcularclerus hervorbrachten, beförderten auch in den begüterten Orden, in denen die Neigung zu Wohlleben und Unabhängigkeit schon älter war, allgemeine Verwilderung [a]). So

---

et aliorum perniciem incorrecti ulterius per vitiorum lubricum grădiantur. Siquidem, charissime fili, zelum tuum, quem habes ad domum Domini multipliciter commendamus etc. — verum cum tu defensor egregius et zelator praecipuus ecclesiasticae libertatis existas, decet excellentiam tuam accurata diligentia providere, ne per id, quod ortum ex puritate devotionis accepit, debitos transeundo terminos, nostro et Apostolicae sedis honori, ac praelatae libertati ecclesiasticae — possit in aliquo derogari. Ideoque magnitudinem tuam rogamus et hortamur attente, quatenus ab hujusmodi comminationibus sequestrationis ecclesiasticorum proventuum faciendae, quod absit, per saeculares principes, de caetero abstinens, et si quid per comminationes ipsas attentatum forsan extiterit, quod non credimus; cum id proculdubio foret illicitum, — in statum pristinum reformare procurans, praelatos — debita charitate sollicites et inducas, ut contra eosdem transgressores sui officii debitum exequantur etc.

a) Namentlich verfiel die Zucht auch durch das Commendenwesen, *Gerson de modis uniendi ac reform. Ecclesiam in Conc.* (*Opp. ed. du Pin* II, *p.* 174): Jam Monasteria Ordinum quorumcunque — dantur in Commendas dictis Cardinalibus, qui vix habent in quolibet decimam partem Monachorum ibidem olim existentium, aut paucos aut nullos omnino. Unde videbis, ali-

finden wir in denſelben gegenwärtig wenige Spuren von wiſſenſchaftlichen Beſchäftigungen b), dagegen deſto mehr

quos nepotes aut consanguineos laicos Cardinalium in ipsa Romana Curia otiose vacare, et nisi luxuriis et delliciis inhaerere: — et pauperes religiosi, de quorum fructibus talis pompa fit, — grandi semper rerum penuria laborant.

b) Der Wiſſenſchaft der Zeit, der ſcholaſtiſchen Theologie u. Philoſophie, lieferten dieſe Orden auch nicht einen ausgezeichneten Mann. Wie es mit den Kloſterbibliotheken herging, möge aus dem Schickſale einer der berühmteſten, der von Monte Cassino, erſchloſſen werden, ſ. *Benvenuti Imolensis comm. in Dantis paradisum cant.* XXII *v.* 74 (geſchr. 1386 in *Muratori Antiquitt. Ital. medii aevi T.* I *p.* 1296): Venerabilis praeceptor meus Boccacius de Certaldo (der berühmte Novelliſt † 1375) dicebat, quod dum esset in Apulia, — accessit ad nobile monasterium Montis Casini. — Et avidus videndi librariam, quam audiverat ibi esse nobilissimam, petivit ab uno Monacho humiliter, — quod deberet ex gratia sibi aperire bibliothecam. At ille rigide respondit, ostendens sibi altam scalam: *ascende, quia aperta est.* Ille, laetus ascendens, invenit locum tanti thesauri sine ostio vel clavi: ingressusque vidit herbam natam per fenestras, et libros omnes cum bancis coopertos pulvere alto. Et mirabundus coepit aperire et volvere nunc istum librum, nunc illum, invenitque ibi multa et varia volumina antiquorum et peregrinorum librorum. Ex quorum aliquibus erant detracti aliqui Quinterni, ex aliis recisi margines chartarum, et sic multipliciter deformati. Tandem miseratus, labores et studia tot inclytorum ingeniorum devenisse ad manus perditissimorum hominum, dolens et illacrymans recessit. Et occurrens in claustro petivit a Monacho obvio, quare libri illi pretiosissimi essent ita turpiter detruncati. Qui respondit, quod aliqui Monachi volentes lucrari duos vel quinque solidos, radebant unum Quaternum, et faciebant psalteriolos, quos vendebant pueris, et ita de marginibus faciebant brevia (magiſche Schutzbriefe gegen Krankheiten u. dgl.), quae vendebant mulieribus. Nunc ergo, o vir studiose, frange tibi caput pro faciendo libros.

Ausschweifungen c), welche besonders während des Schisma alle Gränzen überschritten d), und denen sich auch die Nonnenklöster auf die ärgerlichste Weise hingaben e).

---

c) Clemens V mußte auf dem Concilio zu Vienne (*Clementin. Lib.* III *Tit.* 10 *c.* 1) den nigris monachis vielerley anstößige Kleidungen u. Jagd: der Erzbischof Ernst v. Prag in *Syn. Pragensi ann.* 1355 c. 38 excessum in vestibus, cibis et potibus, equitaturis et lectisterniis, — seu taxillorum, alearum, et scachorum ludis, ac chorearum lasciviis, ferner den Besitz persönlichen Eigenthums verbieten u. s. w.

d) *Nic. de Clamengis de ruina Eccl. c.* 32 (in *v. d. Hardt Conc. Const.* I, III, *p.* 33): De monachis autem et monasteriis late patet ad loquendum materia, nisi jam me dudum taederet in tot tantarumque abominationum enumeratione demorari. — Quid autem commendabile de ipsis dicere possumus, qui — quanto magis inter caeteros Ecclesiae filios ex vôtis suae religionis perfecti esse debebant, quanto magis abstracti a cura saecularium — in sola caelestium contemplatione suspensi, et quanto magis continentes, magis obedientes, minus vagabundi, et a claustrorum septis rarius egredientes in publicum: tanto ab his omnibus rebus licet eos videre magis alienos, magis videlicet tenaces, magis avaros, magis saeculari rei — immixtos, magis insuper lubricos, indisciplinatos, dissolutos, inquietos, magis per loca publica et inhonesta (si modo frena laxantur) discursantes: ita ut nihil illis aeque odiosum sit, quemadmodum cella et claustrum, lectio et oratio, regula et religio. Quocirca monachi quidem sunt exteriori habitu, sed vita, sed operibus, sed internae conscientiae spurcitia a perfectione, quam habitus ille demonstrat, longissime disjuneti. Fallit autem illos nimium sua opinio. Nam quanto sua professione rejecta terrenis magis adipiscendis inhiant, tanto pauciora habent, tantoque dotes et reditus ipsorum magis semper in nihilum fluunt. Ecce omnium coenobiorum uberrimos olim fructus ita hodie attenuatos cernimus, ut unde centum homines vivere solebant, vix decem nunc aegerrime vivant.

e) *Nic. de Clamengis l. c. c.* 36: De monialibus autem plura

dicere, etsi plura, quae dici possent, suppetebant, verecundia prohibet; ne non de coetu virginum Deo dicatarum, sed magis de lupanaribus, de dolis et procacia meretricum, de stupris et incestuosis operibus pudendum sermonem prolixe trahamus. Nam quid, obsecro, aliud sunt hoc tempore puellarum monasteria, nisi quaedam, non dico Dei sanctuaria, sed Veneris execranda prostibula, sed lascivorum et impudicorum juvenum ad libidines explendas receptacula; ut idem hodie sit puellam velare, quod ad publice scortandum exponere. Vgl. Gregorius XII. Schreiben v. J. 1408 an einen Abt in Friesland über den Zuſtand der dortigen Benedictinerklöſter (in *Theod. de Niem Nemus Unionis Tract.* VI. c. 34): nuper ad nostrum pervenit auditum, quod in partibus Frisiae XXII monasteria Ordinis s. Benedicti, Bremensis, Monasteriensis et Trajectensis dioeceseos consistunt, in quibus olim — tantummodo moniales dicti ordinis degebant, sed successu temporis contigit, quod in eisdem etiam mares ejusdem professionis in magno numero qualitercunque cum monialibus — degerent, prout degunt ad praesens. — In quibus [monasteriis] pene omnis religio et observantia dicti ordinis, ac Dei timor abscessit, libido et corruptio carnis inter ipsos mares et moniales, necnon alia multa mala, excessus et vitia, quae pudor est effari, per singula succreverunt. — Fornicantur etiam quam plures hujusmodi monialium cum eisdem suis praelatis, monachis et conversis, et in iisdem monasteriis plures parturiunt filios et filias. — Filios autem in monachos, et filias taliter conceptas quandoque in moniales dictorum monasteriorum recipi faciunt et procurant: et quod miserandum est, nonnullae ex hujusmodi monialibus maternae pietatis oblitae, ac mala malis accumulando, aliquos foetus eorum mortificant, et infantes in lucem editos trucidant. — Insuper quasi singulae moniales hujusmodi singulis monachis et conversis — ad instar ancillarum seu uxorum — sternunt lectos, lavant etiam eis capita et pannos, — necnon decoquunt ipsis cibaria delicata, ac die noctuque cum ipsis monachis et conversis in comessationibus et ebrietatibus creberrime conversantur etc. *Theobaldi sermo in Conc. Const.* (in *v. d. Hardt Conc. Const.* I, XIX p. 999): Loca sanctimonialium — quasi publica loca,

§. 110.

Wirksamkeit der Bettelorden.

Mehr als jene reichen Orden bewahrten dagegen die Bettelmönche die äußere Ehrbarkeit, welche ihnen zur Erhaltung ihrer vielseitigen Wirksamkeit nothwendig war: und die Wissenschaften, welche in jener Zeit vorzüglich geltend machten, scholastische Philophie und Theologie, wurden nirgends eifriger als in den Bettelorden getrieben a). So breiteten

---

plus quam theatra ad omnes vanitates, etiam a magnis, non sine maximo scandalo frequentantur. Et si qui forte alti status propter verecundiam temporalem intrare non audeant, sua mumuscula, fercula et literas eis mittunt, easque cum maximo scandalo ad se invitant. Quae autem ex his sequuntur, turpe est dicere, sed multo turpius est facere.

a) *Nicol. de Clamengis de ruina Eccl. c.* 33 (*v. d. Hardt Conc. Const.* I, III, *p.* 33): Venio nunc ad Mendicantes, qui ex professione arctissimae paupertatis veros se Christi discipulos verosque imitatores esse jactant atque gloriantur: — qui eruditi praeterea in divinis literis, quibus pene soli hodie insudant, pabulum verbi Dei, quo populi reficiantur, assidua praedicatione ministrant, viam eis salutis aeternae, quam nemo alius docet, aperiunt; — denique soli ipsi, ut asserunt, caeterorum omnium Ecclesiae ministrorum segniter dormitantium officia peragunt, ministeria exercent, eorum delicta, ignorantias et negligentias supplent. *Cap.* 34: Sed libet ab eis quaerere: si hunc gradum supremae perfectionis — attigerunt, quid est, quod suis eam verbis ita magnificant, quod insolenter adeo inde se jactant, quod universis propterea inani gloriatione se praeferunt, imo quod alios omnes sui status comparatione ab omni perfectione evacuant? Decebat enim, ut alieno ore, et non proprio suo, illa aetherea et angelica in terris perfectio laudaretur, si modo solidam laudem, non vanam, suspectam et odiosam cupiebant. — *Cap.* 35: — Videtur autem haec parabola

dieſelben ihren Wirkungskreis, wie auf Univerſitäten b),

(von dem Phariſäer u. Zöllner) contra hos quaestuarios veri Dei adulatores congruentissime inducta. Quia sicut Synagoga suos Pharisaeos habuit, adversus quos in Evangelio acerrime Christus semper invehit, ita nimirum hi novi et subintroducti Apostoli Ecclesiae Pharisaei censendi sunt, quibus omnia a Christo de Pharisaeis dicta, et forte alia plurima, nescio an deteriora, conveniunt. — Mit Beziehung auf die Worte Chriſti Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, fragt er: Annon lupi rapaces sunt, ovicularum vellere amicti, qui vitae austeritatem, castitatem, humilitatem, sanctam simplicitatem exteriori specie simulant, intus vero exquisitissimis deliciis et variarum copia voluptatum ultra omnem mundanorum luxuriam exuberant? Annon lupi rapaces sunt, sub ovili imagine latitantes, qui more sacerdotum Belis in suis penetralibus oblata devorant, mero se ac lautis epulis cum non suis uxoribus, licet saepe cum suis parvulis, avide satiantes, cunctaque libidinibus, quarum torrentur ardore, polluentes? Annon lupi rapaces sunt, foris ovem mentientes, qui ea, quae facienda dictant, non faciunt, et cum aliis praedicaverint, sua praedicatione reprobi efficiuntur? etc. — Satis eorum perfidiam, quantum ad nostram pertinet brevitatem, detegere videmur. De qua, si quem juvat ampliora agnoscere, Cyrillum videat, et illic mira de eis inveniet, ad fidelium instructionem longe antequam orirentur Spiritu Sancto revelante praedicta. Quamquam nec aliqui alii scriptores etiam defuerunt, qui de his subdolis illusoribus multa valde utilia et praeclara post eorum introitum ad Ecclesiae praemonitionem et praemunitionem prodiderunt.

b) Unter den 29 Doctoren der Theologie, welche 1332 von Philipp v. Valois in Vincennes verſammelt wurden (ſ. §. 97 not. mm) waren ſchon 13 Bettelmönche. Wie die Univerſität Paris, ſo hatte auch Oxford häufige Streitigkeiten mit ihnen (Ant. a Wood hist. et antiquitt. Univers. Oxon. p. 150—196). Namentlich klagte man, daß ſie die Studirenden in ihre Orden verlockten, und daher die Eltern bedenklich würden, ihre Söhne auf die Univerſität zu ſchicken, ſ. *Richardi Archiep. Armachani de-*

ſo unter dem Volke auf Koſten des von ihnen verachteten Säcularclerus immer weiter aus. Der beharrliche Widerſpruch insbeſondere der Pariſer Univerſität gegen die ungemeſſenen Privilegien dieſer Orden blieb ohne Wirkung c):

---

fensorium curatorum in *Brown app. ad fasc. rerum fugiend. et expetend. p.* 473.

c) Clemens V beſtätigte 1311 durch die Decretale *Dudum* (*Clementin.* III *T.* 7 *c.* 2) die Decretale Bonifacius VIII *Super cathedram* (*Extravagg. comm.* III *Tit.* 6 *c.* 2), welche die Privilegien der Bettelmönche gegen Biſchöfe u. Pfarrer feſtſtellte. — Im J. 1321 verdammte Johannes XXII durch die Bulle *Vas electionis* (*Extravag. Comm. Lib.* V *Tit.* III *c.* 2) die drey Sätze des Doctors der Sorbonne *Joannes de Poliaco:* quod confessi fratribus, habentibus licentiam generalem audiendi confessiones, tenentur eadem peccata, quae confessi fuerant, iterum confiteri proprio sacerdoti: secundo, quod stante *Omnis utriusque sexus* edicto in Concilio generali (ſ. Abth. 2 §. 81 not. e) Romanus Pontifex non potest facere, quod Parochiani non teneantur omnia peccata sua semel in anno proprio Sacerdoti confiteri, — immo nec Deus posset hoc facere, quia — implicat contradictionem: tertio, quod Papa non potest dare potestatem generalem audiendi confessionem, immo nec Deus, quin confessus habenti licentiam teneatur eadem confiteri proprio Sacerdoti. Dieſe Sätze hatte Joh. de Poliaco in ſ. *Quodlibetis* (Ms. in Paris ſ. *d'Argentré coll. judiciorum* I, *p.* 302) ausgeſprochen, aus denen *Jo. de Turrecremata* (um 1450) in ſ. *Summa de Ecclesia lib.* II *c.* 59 einiges mittheilt. Die Grundſätze von denen er ausging, waren die ſeit Philipp dem Schönen von den Pariſer Theologen im Gegenſatze zu dem Papalſyſtem allgemein angenommenen (vgl. Abth. 2 §. 62 not. w): Status et potestas et jurisdictio LXXII discipulorum continuatur in sacerdotibus Curatis, sicut status et potestas et jurisdictio Apostolorum in Episcopis. — Sed status Discipulorum a Christo institutus est, et ipsi ab eo instituti et missi, potestatem immediate ab ipso accipientes, non ab aliquo Apostolorum. — Ergo et status Curatorum et ipsi sunt immediate a Christo instituti, et ab ipso immediate

vielmehr gingen dieſelben ungeſtraft nicht ſelten über dieſe

potestatem habent. — Quare enim potestas collata Petro, est continuata in Romano Pontifice; et potestas collata aliis Apostolis non est continuata in aliis Episcopis, et potestas collata Discipulis non est continuata in Curatis, non potest dari ratio. Et ideo Curati sunt veri ordinarii, habentes jurisdictionem ordinariam, non jure humano sibi datam, sed a Christo immediate in prima institutione Ecclesiae; — et etiam non sunt vicarii Episcoporum, sed Jesu Christi, — inferiores tamen et minores Episcopis: nec ab ipsis possunt destitui, nisi ex rationabili causa, sicut nec Episcopi a Papa. — Item Episcopi habent inferiorem potestatem a Deo immediate, sub Papa, sed non a Papa. — Ex quo patet, quod nec Papa Praelatis potest potestatem datam a Christo eis auferre, et aliis non Praelatis dare, nec statum Ecclesiae a Christo institutum destruere et mutare. — Einen merkwürdigen Verſuch gegen die Bettelmönche erzählt *Continuator Chronici Guil. de Nangis* in *d'Achery Spicileg.* T. III p. 112: Anno Dom. 1351 insurrexerunt Domni Cardinales et Praelati alii multi cum magna multitudine Curatorum contra Religiosos Mendicantes in Curia Romana, volentes et petentes a Domino Papa Clemente VI eorum annullationem, et quod deficerent in se: Episcopi allegantes fortiter in Consistorio, quod ipsi Mendicantes non erant ab Ecclesia vocati et electi, et quod eis non incumbebat fidelibus praedicare, neque confessiones audire, sed neque sepulturas recipere alienas: unde requirebant dicti Praelati cum Curatis, quod ipsi Mendicantes cassarentur, vel quod saltem cessarent a praemissis, aut ad minus quod non solum quarta portio de sepulturis alienis daretur, sed totum emolumentum ipsis Curatis ex integro redderetur, quia nimis erant ditati ipsi Mendicantes de talibus sepulturis. Aber der Papſt nahm ſogleich kräftig für die Mendicanten das Wort: objecit etiam Domnus Papa ipsis Praelatis et Curatis, de quo si ipsi Mendicantes tacerent, de quo ipsi populo praedicarent? quia si de humilitate praedicaveritis, vos, inquit Domnus Papa, estis super omnes status mundi magni, superbi et elati et pomposi: — si de paupertate, vos estis magis tenaces et cupidi, unde non vobis sufficiunt omnes praebendae ac

Florentius gewendet hätte, der ihn ad scholas instituit, datis insuper libris, quibus me egere putavit. Demum hospitium cum quadam honesta et devota matrona gratis impetravit, quae mihi et aliis multis clericis (Schülern) saepius bene fecit. Dann rühmt er von den Brüdern: nunquam prius tales homines, tam devotos et ferventes in charitate Dei et proximi me vidisse memini, qui inter saeculares viventes, de saeculari vita nihil habebant, nihilque de terrenis negotiis curare videbantur. Nam domi quiete manentes libris scribendis operam sollicite dabant, sacris lectionibus et devotis meditationibus frequenter insistentes etc. — *Cap.* 9 *de Domino Amilio de Buren* (ſeit 1400 Nachfolger des Florentius): Cum studii causa se Daventriam applicuisset, ubi studium particulare tunc satis viguit, tanta diligentia in scholasticis artibus profecit, ut in brevi inter primarios unus de doctioribus fieret. — Dei autem munere factum est, ut tale ingenium in saeculari vita non periret. — Praeventus ergo caelesti gratia, et ab altissimo inspiratus, accessit domum Domini Florentii, et attractus est pietate sermonum ejus. — Igitur postpositis scholis — factus est humilis frater etc. *Cap.* 14 *de Arnoldo Schoenhóviae*: Auch dieſer kam propter doctrinae studium nach Deventer. Dominus Florentius — concessit ei mansionem in antiqua domo sua, ubi plures clerici numero fere viginti in communi bursa stabant, unam communem mensam et sumptum habentes, et in magna devotione domino famulantes. — Eodem tempore adjuvante domino Florentio et consulente domum illam inhabitare coepi, et fere per annum in congregatione illa cum Arnoldo permansi. — Ibi quippe didici scribere, et sacram scripturam legere, et quae ad mores spectant, devotosque tractatus audire. — Quicquid tunc scribendo lucrari potui, in sumptus communes tradidi, et quod mihi defuit, larga pietas dilecti domini mei Florentii pro me persolvit, et paterne in omnibus subvenit. Vgl. *Chronicon Collegii Windeshemensis*, od. wie es ſich ſelbſt bezeichnet, *liber de origine modernae devotionis omnium Presbyterorum, Clericorum et Sororum sive Beginarum totius nostrae provinciae Almaniae, et consequenter de origine, processu et consummatione temporali et spirituali monasterii nostri in Windesem, Ordinis Canon. Regul.*

ſen chriſtliche Frömmigkeit befördern g). Unter ihrer Leitung

---

etc. in *V. F. de Gudenus Sylloge prima variorum diplomatariorum monumentorumque veterum ineditorum, Francof.* 1728. 8. *p.* 400. Ueber Gerhard Groots Schriften ſ. Th. A. Clariſſe in Kiſts u. Royaards Archief voor kerkelijke Geschiedenis Th. 1 (Leyden 1829) S. 355 ff.

g) Vgl. die *Concluſa et proposita, non vota, in nomine Domini a Mag. Gerardo edita* (in *Gerardi vita scripta a Thom. a Kempis c.* 18), welche als Grundſätze der Geſellſchaft betrachtet werden können: Ad gloriam et honorem et servitium Dei intendo vitam meam ordinare, et ad salutem animae meae. Nullum bonum temporale, sive corporis, sive honoris, seu fortunae, seu scientiae praeponere saluti animae meae. — Primum est nullum amplius beneficium desiderare. — Quanto plura beneficia et plura bona habeo, tanto pluribus ego servio, — et est contra libertatem spiritus, quae est principale bonum in vita spirituali. — Item nulli Cardinali vel Ecclesiastico, attento hoc fine serviam, ad beneficia vel bona temporalia consequenda, quia hoc servitium multis lapsibus et recidivationibus proximum est, et tu debilis es. — Rarissime est, quod qui scientiis lucrativis, vel medicinae, vel legibus, vel decretis inhaeret, rectus sit vel aequus in ratione, vel justus vel quietus vel recte vivens. Item tu nullum tempus consumes in geometricis, arithmeticis, rhetoricis, dialecticis, grammaticis, lyricis poetis, judicialibus, astrologis. Haec enim omnia per Senecam reprobantur, et retracto oculo bono viro respicienda sunt, quanto magis spirituali vel Christiano respuenda? Item inutilis temporis consumptio est, et nihil prodest ad vitam. Item inter omnes scientias gentilium moralia minus abhorrenda sunt, quae saepe sunt multum utilia et proficua, tam in propria persona, quam in docendo alios. Unde sapientiores omnem philosophiam ad mores retorquebant, sicut Socrates et Plato. Et si de altis rebus dixerunt, etiam sub levi moralitate ea figurative secundum b. Augustinum et experientiam tuam tradiderunt, ut et inveniri posset semper mos juxta cognitionem. Unde et Seneca haec secutus in quaestionibus naturalibus totiens admiscet moralia. Quidquid enim

anden alsbald auch fromme Layenvereine von Männern

---

méliores nos non facit, vel a malo non retrahit, nocivum est. — Nunquam capies gradum in medicina; — similiter nec gradum in legibus vel canonibus, quia finis graduum est vel lucrum, vel beneficia, vel inanis jactantia. — Item nullam artem studere, nullum librum facere, nullum iter arripere vel laborem, nullam practicam scientiam exercere ad dilatandam famam meam et nomen scientiae meae etc. — Item omnem disputationem publicam vitare et abhorrere, quae est litigiosa vel ad triumphandum vel ad apparendum, sicut sunt omnes disputationes theologorum et artistarum Parisii: immo nec ad discendum interesse. Patet, quia contra quietem sunt, — et inutiles et semper curiosae, et ut plurimum superstitiosae, animales, diabolicae et terrenae. — Item nunquam disputabo cum quocunque private, nisi praeordinetur certus finis evidentis boni. — Radix studii tui et speculum vitae sint primo evangelium Christi, quia ibi est vita Christi: deinde vitae et collationes patrum: deinde epistolae Pauli et canonicae et actus Apostolorum: deinde libri devoti, ut meditationes Bernardi, et Anselmi horologium, de conscientia Bernardi, soliloquia Augustini, et consimiles libri: item legenda et flores sanctorum, instructiones patrum ad mores, sicut pastorale Gregorii, de opere monachali b. Augustini, Gregorius super Job, et similia: homiliae evangeliorum ss. Patrum et quatuor Doctorum: intellectus ss. Patrum, et postillae super epistolas Pauli, quia continentur in capitulis Ecclesiae: studium in libris Salomonis parabolarum, et ecclesiastae, et ecclesiastici, quia continentur in ecclesia in lectionibus et capitulis: orabo spiritu, orabo et mente: studium et intellectus psalterii, quia continetur in ecclesia ss. patrum psallam spiritu, psallam et mente: librorum Mosaicorum studium, historiarum Josuae, Judicum et Regum, prophetarum, expositiones Patrum in his. De modo transcurrendi decreta pr ter scire instituta majorum et ecclesiae, non ad incorporand sed transcurrere, ne ignorantia juris pietatem veritas in in dientiam, ut videas grossos ecclesiae primitivae fructus, ut a quibus debes cavere, et a quibus monere cavendum.

und Frauen, in Zweck und Einrichtung den Begharden und Beguinen sehr ähnlich. Eben deshalb wurden dieselben den Inquisitoren bald verdächtig h), und mußten mancherley

---

die quando potes, audire missam usque ad finem etc. — *Vita Florentii c.* 14: Quod a venerabili magistro Gerardo didicit et accepit, hoc diligenter observavit, cujus sententia fuit, ut nemo ad congregationem suscipi deberet, nisi secundum b. Pauli dictum manibus laborare vellet. Est namque operatio sancta ad omnem spiritualem profectum utilissima, per quam carnis lascivia domatur, et ab evagandi levitate mens dissoluta citius refraenatur. — Igitur ars scribendi libros, quae clericis melius convenit, et quietius exerceri potest, a fratribus domus ejus est maturius arrepta, et pro communi bono servando usitatius introducta. Ipse vero venerandus pater Florentius, ne vacuum nomen gereret rectoris, — dedit scriptoribus exemplum clarum, membranas pumicando, quaterniones lineando et componendo. Quia licet minus bene scribere sciret, in praeparando tamen aliis necessaria, quam plurimum scriptores adjuvit manu sua oleo sancto consecrata. Interdum cum opus esset, — assumpto socio libros jam scriptos perlegit et correxit etc.

h) Vgl. das von den als Gerardini, Beghardi etc. Verfolgten bey der Juristenfacultät in Cöln 1398 eingeholte Gutachten b. *Mosheim de Beghardis p.* 433: Sequentes quaestiones cum suis solutionibus super casu, qui sequitur, sunt scriptae et formatae pro munimine Beghardorum etc. *Casus*: In aliquibus partibus plures personae se simul receperunt ad cohabitandum aliquo modo, sicut Clerici in una domo, in quo libros pro pretio scribunt, alii vero non scientes scribere, scientes tamen opera diversa mechanica, quae similiter exercent pro pretio in alia domo, aut etiam aliud faciunt opus manuale. Et istae personae laborant manibus, et de his, quae laboribus acquirunt, vel de suis propriis, si quae habent, vivunt, et omnia sibi invicem pro majore concordia libere communicant, vel in commune ponunt, comedunt simul, et non mendicant. Habent etiam inter se unam personam probam, quae curam domus habet, cujus monitis acquiescunt vel obediunt, sicut boni scolares magistro.

Verfolgungen ertragen, breiteten ſich aber dennoch mit jenen Clerikern immer weiter aus.

Auf die Frage ob dieſes gemeinſame Leben ohne Mönchsgelübde (extra religionem) geſetzlich erlaubt ſey, erklärt ſich die Facultät bejahend: dagegen finden ſich *Observationes Inquisitoris Belgici in Magistrorum Coloniensium responsum — pro detectione figmentorum sectae Gherardinorum* (l. c. p. 443): diversae sunt congregationes non solum Clericorum, sed maxime foeminarum, quae in diversis domibus singulas Marthas habentibus, simul in communi, sub cura et regimine earundem Martharum degunt nec aliquid proprii, — sed omnia in communi habentes, partim de laboribus manuum pro majori, aut de eleemosynis ad modum religiosorum vivunt. Quibus non licet comedere, bibere, sedere, stare, surgere, exire, loqui, vel dormire, aut quodcunque aliud facere sine speciali licentia Marthae vel Submarthae petita et obtenta. — Singulatim culpas suas dicunt, — et poenas a Martha injunctas obedienter recipiunt. Quae omnia — licet de se non sint mala, immo bona et laudabilia; multi tamen contra ipsas clamant, novas congregationes ad modum religiosorum propria temeritate facere sine licentia speciali sedis Apostolicae non licere. — Est una Martha principalis in Trajecto, quae domos sororum ibidem, et alios domos earundem in oppidis circumjacentibus, quolibet anno ad minus semel, vel bis, aut pluries, visitat directe. — Presbyter quidam cum dicta Martha in eadem domo hospitatur, et istarum congregationum legislator est atque gubernator supremus. — Non volunt regulam approbatam assumere, nec permittuntur ab ipsarum memorato gubernatore, dicente, se velle potius stabulum pecudum custodire, quam eas, si omnino vellent aliquam approbatam regulam accipere.

Viertes Capitel.

Geſchichte der theologiſchen Wiſſenſchaften.

§. 114.

Dritter Zeitraum der ſcholaſtiſchen Theologie (ſ. Abth. 2 §. 73 und 74).

Boſſuets Geſch. d. Welt u. d. Religion, fortgeſ. v. J. A. Cramer Th. 7 S. 791. Schröckhs Kirchengeſch. Th. 34. — Vgl. Tiedemanns Geiſt der ſpeculativen Philoſophie Bd. 5 S. 125. Tennemanns Geſch. d. Philoſophie Bd. 8 zweite Hälfte S. 803. 840.

Der dritte Zeitraum der ſcholaſtiſchen Theologie beginnt mit zwey ausgezeichneten Männern, welche kühn alle Feſſeln der Auctorität durchbrachen, um ſich neue Bahnen zu ſchaffen, dem Dominicaner Durandus von St. Pourçain (de sancto Porciano (ſ. 1313 Lehrer d. Theol. in Paris, dann Magister s. Palatii, ſ. 1326 Biſch. v. Meaux † 1333 Doctor resolutissimus) a), und dem Franciscaner Wilhelm

a) Sein Hauptwerk iſt ſ. *Opus super sententias Lombardi* (*ed. Paris* 1508. *Venet.* 1571 *fol.*). Wie wenig er Auctorität achtete, ſ. *Lib.* I *Dist.* III *P.* II *Qu.* 5: Quod dicitur de intentione Aristotelis, dicendum, quod quicquid ipse intenderit, de quo non est tantum curandum, sicut de veritate, tamen etc. Er lenkte ſchon zum Nominalismus hin, ſ. Tennemann Bd. 8 zweyte Hälfte S. 805. — Früher ein eifriger Thomiſt ging er nachher in vielen Lehren von Thomas ab, vgl. *Durandi de s. Porciano temerariae opiniones, quae in scholis communiter improbantur* in *d'Argentré collectio judiciorum de novis erroribus T.* I *p.* 330. Namentlich in der Lehre von den Sacramenten. So *Lib.* IV *Dist.* I *Qu.* 4: *Utrum in sacramentis novae legis sit aliqua virtus inhaerens causativa gratiae etc.*?

Occam (Lehrer d. Theol. in Paris, ſ. 1322 Provincial in

— Alia opinio est antiqua et sine calumnia, et magis, ut mihi videtur, consonat dictis Sanctorum, scil. quod in sacramentis non est aliqua virtus causativa gratiae; — sed sunt causa, sine qua non confertur gratia; quia ex divina pactione vel ordinatione sic fit, quod recipiens sacramentum recipit gratiam, nisi ponat obicem: recipit gratiam non a Sacramento, sed a Deo. *Lib.* IV *Dist.* 4. *Qu.* 1: *Utrum character sit aliquid in anima?* — Character non est aliqua natura absoluta, sed est sola relatio rationis, per quam ex institutione vel pactione divina deputatur aliquis ad sacras actiones. Quod declaratur sic: Sicut nummus sortitur rationem pretii, et merellus rationem signi ex humana institutione, sic res naturales sortiuntur rationem Sacramenti, et homo rationem Ministri ex divina institutione etc. — Cum scriptum sit *Eccl.* 24 *Qui elucidant me, vitam aeternam habebunt;* ad ea quae sunt fidei, cum sint satis obscura de se, non est conveniens adducere vias obscuras, et quae plus habent obscuritatis et difficultatis, quam principale propositum. Vgl. über vorſtehende Gegenſtände die Lehre des Thomas Abth. 2 §. 77 not. u. — *Lib.* IV *Dist.* 11 *Qu.* 1 über die Transſubſtantiation: salvo meliori judicio potest aestimari, quod si in isto sacramento fiat conversio substantiae panis in corpus Christi, quod ipsa fit per hoc quod corrupta forma panis, materia ejus sit sub forma corporis Christi subito et virtute divina, sicut materia alimenti fit sub forma nutriti virtute naturae. — Praedictus autem modus conversionis substantiae panis in corpus Christi constat, quod est possibilis: alius autem modus, qui communius tenetur, est inintelligibilis: nec unus istorum est magis per ecclesiam approbatus vel reprobatus, quam alius. Nec omnes difficultates fidei difficultatibus superaddere, quin potius juxta documentum scripturae conandum est obscuritates elucidare. *Lib.* IV *Dist.* 26 *Qu.* 3 *An matrimonium sit sacramentum?* — Tenendum est absolute, quod matrimonium est sacramentum, cum hoc determinet Ecclesia *Extra de haeret. ad abolendam* (*Decr. Greg.* V, 7, 9). — Sunt alia duo circa matrimonium, circa quae sine periculo haeresis licitum est contra-

England, ſ. 1328 bey Ludwig d. Bayern † 1347, Doctor

---

ria opinari: quorum unum est theologicum, videlicet utrum in matrimonio conferatur gratia ex opere operato, sicut in aliis sacramentis novae legis; secundum est logicum, videlicet utrum matrimonium habeat plenam univocationem cum aliis sacramentis. Quantum ad primum aliter opinantur Juristae, et aliter Theologi: Juristae enim, qui noverunt textum decretorum et decretalium, — et aliqui eorum fuerunt de collegio Cardinalium s. Romanae Ecclesiae, tenent quod in sacramento matrimonii non confertur gratia. — Quorum opinio an sit vera an falsa, — non determino quoad praesens: sed solum hoc accipio tanquam verum, quod cum praedicti doctores noverint jura canonica, et eorum scripta et dicta habeantur a Papa et Cardinalibus, — quorum est specialiter scire, quid Ecclesia Romana praedicat et observat, nec scripta eorum, quoad praedictum articulum de matrimonio reprobentur tanquam erronea; — quod sentire, quod per sacramentum matrimonii non conferatur gratia, non est contra determinationem ecclesiae, nec contra id, quod Romana Ecclesia praedicat et observat. — Huic etiam opinioni consentit Magister sententiarum. — Moderni autem theologi quasi communiter tenent, quod per sacramentum matrimonii confertur gratia (Vgl. Abth. 2 §. 77 not. u). Auf die zweyte Frage, utrum matrimonium habeat perfectam univocationem cum aliis sacramentis, antwortet er, daß nach der prior et communior definitio sacramenti, quod sacramentum est sacrae rei signum allerdings auch die Ehe ein Sacrament ſey: est enim signum sacrae rei, id est conjunctionis Christi et ecclesiae: freilich mit dem Unterſchiede daß in aliis sacramentis res sacra, cujus sunt signum, non solum est significata, sed et contenta; in matrimonio autem res sacra, cujus est signum, est solum significata, non contenta. Wenn man aber das Sacrament definire als aliquod signum corporale vel sensibile extrinsecus homini appositum ad effectum sanctificationis spiritualis; quantum ad hoc matrimonium non videtur habere perfectam univocationem cum sacramentis novae legis. — Sein Reſultat: matrimonium non est sacramentum stricte et proprie dictum, sicut alia sacramenta

singularis et invincibilis; Venerabilis inceptor) b). Insbeſondere machte der Letztere dadurch Epoche in der Geſchichte der Scholaſtik, daß er, philoſophiſche Vorurtheile eben ſo unerſchrocken wie päpſtliche Anmaßungen bekämpfend c), den ſeit Roſcellinus ganz verſchwundenen Nominalismus wieder erweckte d). Die neue Schule der Nominaliſten

---

novae legis, ſondern als sacrae rei signum nur largo modo sacramentum.

b) Unter ſ. theol. Schriften iſt die wichtigſte *Quaestiones super* IV *libros Sententiarum* herausg. *Lugduni* 1495 fol., welcher Ausgabe auch ſein *Centilogium theologicum theologiam speculativam sub centum conclusionibus complectens* angehängt iſt. Außerdem hat Occam mehrere philoſoph. Schriften hinterlaſſen, Andere ſind ſchon oben §. 98 not. m. und s. genannt.

c) Vgl. wie er ſich über ſeinen Lehrer Duns Scotus äußert in d. *Prologus ad lib.* I *Sentent. Qu.* 1. Nachdem er denſelben für eine Behauptung angeführt hat, fährt er fort: Et si dicatur, quod alibi ponat oppositum, parum me movet: quia ego non allego eum tanquam auctorem, nec dico praedictam opinionem, quia ipse eam ponit, sed quod reputo veram: et ideo si alibi dixit oppositum, non curo.

d) ſ. insb. *in Sent. lib.* I *Dist.* 2 *Qu.* 4—8. Insb. *Qu.* 4. Wen der Anſicht der Realiſten, quod quodlibet universale univocum est quaedam res extrinsecus extra animam realiter in quolibet et singulariter, distincta realiter a singulari, et a quolibet alio universali, ita quod homo universalis est una vera res extra animam existens realiter in quolibet homine, et distinguitur realiter a quolibet homine, ſagt er hier: Ista opinio est simpliciter falsa et absurda. Nulla una res, numero non variata nec multiplicata, est in pluribus suppositis vel singularibus: — sed talis res si poneretur, esset una numero, ergo non esset in pluribus singularibus, nec de essentia illorum. — *Qu.* 8: Universale non est aliquid, reale habens esse subjectivum, nec in anima nec extra animam. Sed tamen habet esse objectivum in anima, et est quoddam fictum habens esse tale in esse objectivo, quale

oder Occamiſten gab zwar alsbald ihren Gegnern, den Realiſten, durch paradoxe Behauptungen viele Blößen e), und in Paris wurde daher der Nominalismus anfangs ſtreng verboten f). Dennoch gewannen die Anhänger deſſelben un-

habet res extra in esse subjectivo. Et hoc per istum modum, quod intellectus videns aliquam rem extra animam, fingit consimilem rem in mente, ita quod, si haberet virtutem productivam, talem rem in esse subjectivo, numero distinctam a priori produceret extra. — Universale est exemplar et indifferenter respiciens omnia singularia extra: — et ita isto modo universale non est per generationem sed per abstractionem, quae non est nisi fictio quaedam. Vgl. Tiedemann Bd. 5 S. 168 Tennemann Bd. 8 zweyte Hälfte S. 846.

e) vgl. Errores Joannis de Mercuria Ord. Cist. die 1347 verdammt wurden, in *Bulaei hist. Univ. Paris* T. IV. p. 298. *d'Argentré collect. judiciorum T.* I *p.* 342; u. Errores Nicolai de Ultricuria, 1348 verdammt, b. *Bulaeus l. c. p.* 308 u. *d'Argentré* l. c. p. 355. Der letztere behauptete u. A. die merkwürdigen Sätze: Quod de rebus per apparentia naturalia quasi nulla certitudo potest haberi. Illa tamen modica potest haberi in modico tempore vel brevi, si homines convertant intellectum suum ad res, et non ad intellectum dictorum Aristotelis et sui Commentatorum. — Miratur, quod aliqui student in Aristotele et Commentatore usque ad decrepitam senectutem, et propter eorum sermones logicos deserunt res morales et curam boni communis; in tantum quod cum exsurrexit amicus veritatis, et fecit sonare tubam suam, ut dormientes a somno excitaret, contristati sunt valde, et quasi armati ad capitale praelium contra eum irruerunt.

f) In Paris war nach Ockam deſſen Schüler Johann Buridan (1327 Rector der Univ.) eifriger Verbreiter des Nominalismus, ſ. Tennemann a. a. O. S. 914. In Beziehung auf dieſen, doch ohne ihn zu nennen, verbot die Facultas Artium i. J. 1339 die doctrinam Guilielmi dicti Ockam, mit der Drohung gegen den, der ſie ferner lehren werde: ipsum a lectura per annum privamus (ſ. *Bulaeus* IV, p. 257. *d'Argentré* I,

vermerkt die Oberhand, und waren am Ende des vierzehnten Jahrhunderts in Paris die herrſchende Parthey, während ſie anderswo noch heftig bekämpft g), und in Prag 1408 ſogar von den Realiſten vertrieben wurden h).

Der dritte Zeitraum der Scholaſtik characteriſirt ſich durch den heftigen Kampf der verſchiedenen Schulen, insbeſondere der Realiſten und Nominaliſten. Durch dieſen Streit wurde alle Aufmerkſamkeit faſt ausſchließlich auf die philoſophiſchen Vorbegriffe der Theologie gerichtet, auf deren Gebiete die Nominaliſten ihre Paradoxienſucht, durch welche ſie der Originalität ihres Führers nachzuahmen meynten, gefahrlos befriedigen konnten. So zeichnet ſich dieſes Zeitalter durch unfruchtbare Spitzfindigkeiten über abſtracte Begriffe aus i): und für die practiſch bedeutenden Theile der Theo-

---

p. 337). Ein neues Verbot erſchien 1340 (b. *Bulaeus* IV, *p.* 265 *d'Argentré* I, *p.* 338) gegen die neue Lehrweiſe u. a. quod nulli Magistri — audeant aliquam propositionem famosam illius auctoris, cujus librum legent, dicere simpliciter esse falsam, vel esse falsam de virtute sermonis, si crediderint, quod auctor posuerit, aut ponendo illam habuerit verum intellectum; sed vel concedant eam, vel sensum verum dividant a sensu falso, quia pari ratione propositiones Bibliae absoluto sermone essent negandae, quod est periculosum.

g) So in Oxford ſ. *A. Wood* hist. et antiqu. Univ. Oxon. p. 169.

h) Hier vermiſchte ſich der Secteuſtreit mit Nationalhaß. Die ſiegenden Böhmen waren Realiſten, die wegziehenden Deutſchen Nominaliſten *Aeneae Sylvii* hist. Bohemica c. 35.

i) *Jo. Gersonii Epist. altera de reform. Theologiae* (*Opp. ed. du Pin* I, *p.* 122): In facultate Theologiae videtur esse necessaria reformatio super sequentibus inter caetera. Primo, ne tractentur ita communiter doctrinae inutiles sine fructu et soliditate, quoniam per eas doctrinae ad salutem necessariae et utiles deseruntur. Nesciunt necessaria, quia supervacua didicerunt, inquit Seneca. Secundo per eas studentes seducuntur, qui sci-

logie war aller Sinn ſo ſehr erſtorben, daß ſelbſt der Prädeſtinatianismus des Thomas Bradwardinus (1325 Lehrer d. Theol. in Oxford, 1348 Erzb. v. Canterbury † 1349 Doctor profundus) k), der zu jeder andern Zeit alles

---

licet putant illos principaliter esse Theologos, qui talibus se dant, spreta Biblia et aliis Doctoribus. Tertio per eas termini a ss. Patribus usitati transmutantur. — Quarto per eas Theologi ab aliis Facultatibus irridentur. Nam ideo appellantur phantastici, et dicuntur nihil scire de solida veritate et moralibus et Biblia. Quinto per eas viae errorum multiplices aperiuntur. — Sexto per eas Ecclesia et fides neque intus neque foris aedificantur. — Tales nunc currunt propositiones ex talibus doctrinis: *Infinitae sunt durationes in divinis, secundum prius et posterius, quamvis aeternae. Et ita de mensura. Spiritus sanctus libere, contradictorie, contingenter producitur ex parte principii quo. In divinis est absolute potentialitas ad non esse Spiritus sancti. Producere Filium in divinis, ut sic, nihil est* etc. — Item monendi videntur Magistri nostri, — quod materiae secundi, tertii et quarti Sententiarum magis tractarentur (*quia vix legitur nisi primus, occupando tempus in praemissis doctrinis*) et similiter Biblia. Et pro honore Dei attendatur diligenter, quanta est necessitas pro instructione populorum, et pro resolutione materiarum moralium temporibus nostris. Et tunc credendum est, quod in tanta angustia temporis, et inter tot animarum pericula non multum placebit ludere, ne dicam phantasiari circa ea quae prorsus supervacua sunt.

k) Von ihm *De Causa Dei adv. Pelagium libb.* III *ed. H. Savilius, Lond.* 1618 *fol.* In der Praefatio eine Anklage gegen die Theologen ſeiner Zeit: Ecce enim, — sicut olim contra unicum Dei Prophetam octingenti et quinquaginta Prophetae Baal; — ita et hodie in hac causa, quot, Domine, hodie cum Pelagio pro libero arbitrio contra gratuitam gratiam tuam pugnant, et contra Paulum pugilem gratiae spiritualem? Quot etiam hodie gratiam tuam fastidiunt, solumque liberum arbitrium ad salutem sufficere stomachantur? aut si gratia utantur vel perfunctorie, necessariam eam simulant, ipsamque se jactant

liberi sui arbitrii viribus promereri, ut sic saltem nequaquam gratuita sed vendita videatur? — Non enim verentur astruere, suam voluntatem in actione communi praeire ut dominam, tuam subsequi ut ancillam. — Totus paene mundus post Pelagium abiit in errorem. Exurge igitur Domine, judica causam tuam. Bradwardinus geht über den Auguſtinus noch ſo weit hinaus, daß er *Lib.* III *c.* 2 behauptet: Deus quodammodo necessitat quamlibet voluntatem creatam ad quemlibet liberum actum suum, ad quamlibet etiam liberam cessationem et vacationem ab actu, et hoc necessitate naturaliter praecedente. — Videlicet universaliter omnis effectus a quocunque agente rationali vel irrationali et libero producitur hoc modo, quod posito suo agente cum omnibus suis dispositionibus sufficientibus naturaliter praeviis quibus illum producit, necessario et indefectibiliter sequitur ipsum produci, et producitur ex necessitate naturaliter praecedente. — *Corollarium*: Unde consequitur evidenter, quod aliqualis necessitas antecedens et libertas ac meritum non repugnant, et quod nulla causa inferior, sed tantum superior, scil. Dei voluntas, est necessitas antecedens, et quod omnia quae sunt, fiunt et eveniunt, sunt, fiunt et eveniunt de aliqua necessitate ipsa naturaliter praecedente. cf. *d'Argentré collect. judiciorum de novis erroribus T.* I p. 323. Ueber einige Anhänger u. Gegner Bradwardins *ibid. p.* 328. Ein Anhänger dieſes Syſtems ſcheint auch Albert Biſch. v. Halberſtadt geweſen zu ſeyn, gegen welchen Gregorius XI deshalb eine Inquiſition verordnete (*Raynald ann.* 1372 *no.* 33). Nach dem Schreiben des Papſtes lehrte derſelbe, quod omnia in hoc mundo ex necessitate eveniunt, et quod fata cuilibet homini vitae ac mortis necessitatem imponunt, et quod non est habendum consilium, nec deliberandum de aliquo, cum omnes actus hominum, etiam a libero arbitrio procedentes, noscantur ex necessitate coelestis influentiae provenire. Dieſe Lehre habe ſchon die Folge gehabt, daß nonnulli etiam nobiles et alii de partibus illis, — per haec putantes tolli merita et demerita, incipiunt omittere invocationem divini auxilii et sanctorum, nonnullaque alia opera pietatis etc.

in lichte Flammen gesetzt hätte, jetzt wenig beachtet wurde. Die ausgezeichneten Männer am Ende dieses Zeitabschnitts Johannes Charlier von Gerson (s. 1381 Lehrer in Paris, 1395 Canzler d. Univ. † 1429 in Lyon, Doctor christianissimus) l) und Nicolaus von Clamenge (Artist, 1393 Rector in Paris, dann Geheimschreiber Benedicts XIII, s. 1408 in Zurückgezogenheit lebend † vor 1440) m) fühlten es selbst, wie unfruchtbar das theologische Treiben ihrer Zeit für die Wissenschaft und die Kirche sey, und machten Verbesserungsvorschläge n).

---

l) s. Leben in *v. d. Hardt Conc. Const. T.* I *P.* IV *p.* 26. Von ihm eine Menge theologischer, moralischer u. ascetischer kleiner Schriften und Reden, unter denen viele Gelegenheitsschriften, am vollständigsten gesammelt von *Lud. Ellies du Pin.* Antwerp. (Amsterdam) 1706. 5 voll. fol.

m) s. Leben b. *v. d. Hardt l. c. T.* I *P.* II *p.* 71. s. Schriften beziehen sich großentheils auf die Gebrechen und Reformation der Sitten und Kirchenverfassung *ed. Jo. Mart. Lydius Lugd. Bat.* 1613. 4. Mehrere sind nachher noch von Herm. v. d. Hardt im Conc. Const. und von Andern herausgegeben.

n) *Jo. Gerson Epistt. duae de reform. theol.* vgl. oben not. i. *Nicol. de Clamengis lib. de studio theologiae* in *d'Achery Spicil. T.* I *p.* 473. u. a. *p.* 476: Miror Theologos nostri temporis paginas divinorum Testamentorum ita negligenter legere, et nescio quarum satis sterilium subtilitatum indagine sua ingenia conterere, utque verbis utar Apostolicis, *languere circa quaestiones et pugnas verborum* (1 *Tim.* 6, 4), quod Sophistarum est, non Theologorum. — Solebant antiqui Patres et Theologi, quorum per Ecclesiam sunt approbata scripta, nihil dicere vel astruere, nisi quod Scripturarum testimonio posset confirmari: unde et Hieronymus ait: *Quod de scripturis sacris non habet auctoritatem, eadem facilitate contemnitur qua probatur.* Rectissime plane illi quidem, quoniam in his, quae divina sunt, nihil debemus temere definire, nisi ex coelestibus possit oraculis approbari: quae divinitus enuntiata de his, quae scitu de Deo

§. 115.

Myſtiſche Theologie

Gottfr. Arnoldi historia et descriptio theol. mysticae Francof. 1702 8. *p.* 293 *ss.*

Da ſich die ſcholaſtiſche Theologie von allem Zuſammenhange mit chriſtlicher Frömmigkeit losriß; ſo konnte es nicht fehlen, daß auf der andern Seite die Gefühlsform der

---

sunt necessaria aut ad salutem opportuna, si diligenter investigarentur, nos sufficienter instruunt. — Nunc autem plerosque videmus scholasticos sacrarum inconcussa testimonia literarum tam tenuis aestimare momenti, ut ratiocinationem ab auctoritate ductam velut inertem et minime acutam sibilo ac subsannatione irrideant, quasi sint majoris ponderis, quae phantasia humanae imaginationis adinvenit, quam quae divinitas coelitus aperuit, cum, teste Apostolo, *omnis scriptura divinitus inspirata utilis sit ad docendum, ad arguendum etc.* (1 *Tim.* 3, 16): ad quae illa sunt parum utilia, in quibus hodie plurimi exercentur, quae licet intellectum utcumque acuant, nullo tamen igne succendunt affectum, nullo motu excitant, nullo alimento pascunt, sed frigidum, torpentem, aridum relinquunt. Inde est, quod ad praedicandum tardi adeo et ignavi sunt, quia scientiam ad hoc utilem minime didicerunt, supervacuisque occupati utilia et necessaria omiserunt. Illa est vera scientia, quae Theologum decet, quamque omnis debet Theologus expetere, quae non modo intellectum instruat, sed infundat simul atque imbuat affectum. — Non ergo theologico det eo fine operam studio, ut theologiam sciat, hoc enim quaedam curiositas est; non ut vulgi favorem aut plausum populi sibi per hoc acquirat, quia ventus inanis est; — non ut ad honores et dignitates perinde promoveatur, quia ambitio est; — sed ea mente ac proposito theologiae aggrediatur studium, ut de talento doctrinae sibi divinitus commisso, fideliter Deo serviendo, secum ad salutem aeternam quoscumque poterit perducat ac lucrifaciat etc.

Religion, die Mystik, einseitig ausgebildet wurde. Unter den Mystikern dieser Zeit ist der Dominicaner Johann Tauler in Strasburg (Theologus sublimis et illuminatus † 1361) a) als weithin wirkender Prediger b) auszuzeichnen: in wenig geringerem Rufe als er stand sein Ordens- und Zeitgenosse Heinrich der Seuse in Ulm († 1365) c). Weit höher noch wird aber von den Mystikern aller Zeiten Johann Ruysbroech, Prior der Canonici regulares in Grünthal in Brabant (Doctor ecstaticus † 1381) d) gehalten; obgleich grade dieser den Abweg der Mystik zur Schwär-

---

a) Viele kleine ascetische Schriften, unter denen Nachfolge des armen Lebens Christi auszuzeichnen ist. Seine Predigten sind sehr oft in verschiedenen deutschen Dialecten gedruckt, in unverändertem Text in die jetzige Schriftsprache übertragen Frankf. a. M. 1826. 3 Th 8. Vgl. die vor dieser Ausgabe stehende Einleitung über Taulers Leben und Schriften. Die den Predigten vorangehende Historie des ehrw. Doctors Joh. Taulers, angeblich von ihm selbst geschrieben, ist nur die Geschichte seiner Bekehrung. vgl. *Bayle Dict. s. v. Tauler. Oberlini diss. de J. Tauleri dictione vernacula et mystica, Argentor.* 1786. 4. Ueber Taulers Mystik s. de Wette christl. Sittenlehre Th. 2 zweyte Hälfte S. 220 ff.

b) Viele seiner Zuhörer wurden von seinen Predigten so ergriffen, daß sie wie todt niederfielen, s. Historie des ehrw. D. Taulers Cap. 10. 11.

c) *Henrici Susonis Opp. e suevico idiomate latine translata per Laur. Surium Colon.* 1555. 8. Die Vita Susonis ibid. p. 435 ist s. Bekehrungsgeschichte, von einer geistl. Freundinn aufgesetzt, u. von ihm selbst herausgegeben. cf. *Quetif et Echard Scripti. Ord. Praedicat. T.* I *p.* 653 *ss.*

d) *Jo. Rusbrochii Opp. e Brabantiae germanico idiomate reddita latine per Laur. Surium, Colon.* 1552 *fol* Die daselbst voranstehende Vita (p. 1 ss.) ist von einem bald nachher lebenden Canonicus regularis abgefaßt, von Surius aber sprachlich verändert.

mercy am wenigſten vermied e). Dagegen wußte Johannes Gerſon ſowohl den Werth der Myſtik als die Abwege derſelben richtiger zu ſchätzen; und lehrte durch Beiſpiel und Anweiſung, wie religiöſe Speculation und Myſtik ſich gegenſeitig ergänzend zu vereinigen ſeyen, wie aber die Myſtik ſtets durch klare Erkenntniß geleitet werden müſſe f). Am Ende

---

e) Vgl. ſeine Viſionen: namentl. ſeine Aeußerung zu dem ihn beſuchenden Gerhard Groot (*Vita Rusbr. c.* 8.): *Magister Gerarde, certum ac firmum habeto, nullum me unquam verbum scriptis meis inseruisse, nisi ex instinctu Spiritus Sancti, et in singulari quadam ac dulcissima praesentia supersanctissimae Trinitatis.* Quae verba fratres quidam, etiamnum superstites, ferunt se ex ore sancti viri, testamenti loco extremis vitae ejus temporibus accepisse. Vgl. *Jo. Gersonii Epist. ad fr. Bartholom. Carthusiensem super tertia parte libri Jo. Ruysbroeck de ornatu spiritualium nuptiarum* (*Opp. ed. du Pin* I, *p.* 59). Im Allgemeinen urtheilt er: comperi multa ibidem tradi salubria et alta documenta. Aber tertia pars ejusdem libri prorsus repudianda rescindendaque est, weil da gelehrt wird, quod anima perfecte contemplans Deum non solum videt eum per claritatem, quae est divina essentia, sed est ipsamet claritas divina. Imaginatur enim, — quod anima tunc desinit esse in illa existentia quam prius habuit in proprio genere, et convertitur seu transformatur et absorbetur in esse divinum etc. (Wenn übrigens p. 62 ſteht: Erat autem de secta Begardorum, was auf Rusbroch bezogen werden müßte; ſo muß ohne Zweifel geleſen werden Erant autem de s. B. nämlich die, quorum aliquos ipse Auctor juste reprehendit etc.) Gegen Gerſon ſchrieb der Grünthaler Canonicus *Jo. de Schoenhavia* eine Apologie Ruysbroechs (*ibid. p.* 63), die aber Gerſon alsbald widerlegte (l. c. p. 78). Ueber Ruysbroechs Myſtik ſ. de Wette Sittenlehre Th. 2 zweyte Hälfte S. 237 ff.

f) Gerſons myſtiſche Schriften finden ſich in *Opp. ed. du Pin T.* III. Eine Theorie der myſtiſchen Theologie giebt er in ſ. *Considerationes de myst. theol. ibid. p.* 361. Ueber das Ver-

des vierzehnten Jahrhunderts gewann ein practiſch wohlthätiger

---

hältniß derſelben zur ſpeculativen Theologie ſ. *Consid.* I: Aliqua est *theologia mystica* ultra eam, quae vel *symbolica* vel *propria* nominatur. Ita enim separate tractavit de ea sub proprio titulo b. Dionysius a conscio divinorum secretorum Paulo doctus. Cum enim scripsisset de *theologia symbolica*, quae utitur corporeis similitudinibus translatis ad Deum, ut quod est leo, lux, agnus, lapis et similia; — cum praeterea tradidisset *theologiam propriam*, per quam ex affectibus repertis in creaturis, praesertim perfectioribus, ad extra, consurgimus ad affirmandum aliqua de Deo, ut quod est ens et vita, a quo omnibus derivatum est esse et vivere: tandem addidit modum inveniendi Deum perfectiorem caeteris, quo per abnegationem et per excessus mentales tanquam in divina caligine videatur Deus, hoc est in occulto et in abscondito: — propterea hic liber intitulatur *de theologia mystica*: mysticum autem interpretatur absconditum. — *Consid.* II: Theologia mystica innititur ad sui doctrinam experientiis habitis ad intra, in cordibus animarum devotarum: sicut alia duplex theologia ex his procedit, quae extrinsecus ostenduntur. — *Consid.* VIII: Expedit scholasticos viros etiam devotionis expertes in scripturis devotis theologiae mysticae diligenter exerceri, dummodo credant eis. Hoc ideo dicitur, quia quis novit, si tandem ipsis ex familiari tali collocutione aggenerabitur, ut solet, quidam amor et ardor experiendi ea, quae sola interim fide tenent, et quae docta ratiocinatione conferunt ad invicem. — Rursus alius fructus est pro illis, ques praedicatio sumpta ab hujusmodi doctrina poterit accendere ad amorem Dei jam praeconceptum, remanente etiam frigido pectore ejus, qui loquitur. — Denique compertum est, multos habere devotionem, sed non secundum scientiam, quales procul dubio pronissimi sunt ad errores, etiam supra indevotos, si non regulaverint affectus suos ad normam legis Christi, si praeterea capiti proprio, propiae scilicet prudentiae, inhaeserint, spreto aliorum consilio. Hoc in Begardis et Turelupinis manifestum fecit experientia. — Propterea necesse est pro argutione, aut directione talium esse viros studiosos in libris eorum, qui devo-

Myſticismus unter den Brüdern des gemeinſamen Lebens treue Pflege g), und durch dieſelben einen umfaſſenderen Einfluß auf das Volk vieler deutſchen Provinzen.

§. 116.

Geſchichte der übrigen theologiſchen Wiſſenſchaften.

Die Caſuiſtik wurde fortwährend eifrig getrieben: zu dem ältern Handbuche derſelben, der Summa Raymundiana (Abth. 2 §. 76 not. g), kamen jetzt noch die des Minoriten Aſteſanus († 1330 Summa Astesana) a), und des Dominicaners Bartholomäus de St. Concordia in Piſa († 1347 Summa Bartholina, Pisanella od. Magistruccia) b). Die meiſten bekümmerten ſich um die Moral nur ſoweit, als dieſelbe in der Caſuiſtik, gemiſcht mit Kirchenrecht und Paſtoralklugheit, vorkam: für die Entwickelung der allgemei-

---

tionem habuerunt secundum scientiam. Eos nihilominus commonitos velim, ne citius debito damnare praesumant personas devotas, simplices in suis affectibus admirandis, ubi nihil adversum vel fidei vel bonis moribus palam inveniunt; sed aut venerentur incognita sub silentio, suspensam tenentes sententiam, aut consilio peritiorum examinanda remittant. Peritiores autem sunt, quos utraque instructio reddit ornatos; una intellectus, et affectus altera, quales fuerunt Augustinus, Hugo, s. Thomas, Bonaventura, Guillielmus Parisiensis, et caeterorum admodum pauci; cujus raritatis causam inferius afferre conabimur. vgl. de Wette a. a. O. S. 251 ff. *J. G. V. Engelhardti comm. de Gersonio mystico Partic.* II. *Erlang.* 1822. 23. 4.

g) ſ. oben §. 113 not. f und g.

a) im 15ten Jahrh. 9 mal gedruckt, Fabricii Bibl. med. et inf. Latin. T. I p. 145.

b) im 15ten Jahrh. einigemal gedruckt, Quetif et Echard Scriptt. Ord. Praedicat. T. I p. 623. Fabric. l. c. p. 177.

ren ſittlichen Grundſätze geſchah wenig c). So wie der Moral die Vermengung mit fremdartigem in der Caſuiſtik ſchädlich wurde, ſo auch die Neigung der Scholaſtiker ihren Scharfſinn in der Entwickelung von Gründen und Gegengründen zu zeigen, und gewagten Meinungen Probabilität zu verſchaffen. Der traurige Zuſtand der Moral deckte ſich beſonders zu den Streitigkeiten auf, welche der durch den Herzog von Burgund veranlaßten Ermordung des Herzogs von Orleans (23 Nov. 1407) folgten d). Um den Mörder zu rechtfertigen vertheidigte der Franciscaner Johannes Parvus (Jean Petit, Doctor theol. in Paris † 1411) den Tyrannenmord e). Nachdem das Haus Orleans wieder die

---

c) Ueber Gerſons moraliſche Schriften in deſſen *Opp. ed. du Pin. T.* III, ſ. Schröckh Th. 34 S. 241.

d) Alle dazu gehörigen Schriften ſind geſammelt in *Gersonii Opp. ed. du Pin T.* V. Die Erzählung der Vorgänge aus der Chronik des *Enguerrant de Monstrelet* ibid. p. 3 ss.

e) deſſen *Justificatio Ducis Burgundiae recitata d.* 8 *Mart* 1408 *coram Rege* ſ. l. c. p. 15. Er faßt ſeine Anſicht in VIII veritates zuſammen: I. Omnis subditus et vasallus, qui — machinatur contra salutem corporalem sui Regis, — dignus est duplici morte, scil. prima et secunda. II. plus puniendus est miles, quam simplex subditus in hoc casu, Baro quam simplex miles etc. III In casu supradicto licitum est cuilibet subdito sine quocumque mandato vel praecepto, secundum leges naturalem, moralem et divinam, occidere et facere occidi ipsum proditorem et infidelem tyrannum, et non modo licitum, sed honorabile ac meritorium, praecipue quando est adeo potens, quod justitia non potest bono modo fieri per superiorem. Er beweiſet dieß ob reverentiam XII Apostolorum mit 12 Gründen, näml. mit drey theol. Auctoritäten, des heil. Thomas, des Johannes v. Salisbury u. mehrern andern, mit drey philoſophiſchen, des Ariſtoteles, Cicero, u. Boccacio, mit drey Beweiſen aus bürgerl. Geſetzen, und drey Beiſpielen aus der heil. Schrift.

Oberhand gewonnen hatte, verdammte zwar der Biſchof von Paris jene Schrift (1414) f): als aber der Herzog von Burgund die Sache vor das Concilium von Coſtnitz brachte, zeigte es ſich, daß die Hierarchie das Gebiet der Moral bey weitem minder ſtreng als das der Glaubenslehre bewache. Während der wackere Gerſon die Sache der Moral gegen die Sophismen der Bettelmönche g) verfocht, wagte das

---

IV. In casu supradicto honorabilius est, magis licitum et meritorium, quod ipse infidelis tyrannus occidatur per unum consanguineum et subditum Regis, quam per extraneum, qui non esset de sanguine regis; et per Ducem, quam per Comitem etc. VII. In casu supradicto unicuique licitum est, honestum et meritorium occidere et facere occidi supradictum tyrannum per insidias, cautelas et exploraciones, et etiam licitum est dissimulare et tacere suam voluntatem, Dann beſchuldigt er den Herzog v. Orleans, den König bezaubert, ihm Gift beygebracht, verrätheriſch und willkührlich gehandelt zu haben, und ſchließt endlich, quod dictus Dominus Burgundiae in nullo debet culpari, vel redargui de casu qui accidit in persona dicti criminosi defuncti Ducis Aurelianensis, et quod Dominus Rex non solum debet contentari, sed etiam debet habere praefatum Dominum Burgundiae acceptum, et suum factum autorisare, quando opus est.

f) die Acten l. c. p. 49 342. Die Sententia, in welcher novem assertiones aus der Schrift des Johannes Parvus verdammt wurden, ſ. p 322 ss.

g) Der Dominicaner Martin Porree, Biſch. v. Arras trug als Bevollmächtigter des Herzogs v. Burgund darauf an (l. c. p. 358): Sententia Episc. Parisiensis et Inquisitoris Franciae, quae de jure est nulla, — adnulletur: — tam veritates Parvi, quam assertiones per Johannem de Gerssono eidem Parvo falso impositas, in sua probabilitate relinquendo. Näml. p. 360: dictae assertiones non sunt tanquam erroneae condemnandae, eo quod de earum possibilitate sine evidenti contradictione fidei sacrae scripturae et bonorum morum sunt opiniones graves magnorum

Concil kein entſcheidendes Urtheil. Es verdammte zwar die Lehre vom Tyrannenmorde, aber nicht die Schrift des Johannes Parvus h): und erklärte dann das Urtheil des Bi-

---

Doctorum eas asserentium probabiles, ut praefertur, testimonio Scripturarum naturalium, moralium et divinarum. vgl. *Scriptum Episc. Atrebatensis dd.* 11 *Oct.* 1415 (*ibid. p* 391): Si novem assertiones pertineant ad fidem, secundum intentionem Joannis Gerson, qua temeritate condemnavit eos Episcopus Parisiensis, cum sciret aut scire deberet, quod hujusmodi materiae fidei declaratio et definitio, ac novorum articulorum fidei ordinatio ad s. Sedem Apostolicam, aut sacrum Concilium generale [pertinere] dignoscitur? — Si vero non pertineant ad fidem, sicut nec pertinent de facto ante determinationem Ecclesiae; quare eas condemnavit, oppositas ipsarum mandando teneri sub fide? Numquid non haereticum est, mandare aliquid sub fide esse tenendum, quod non est fides? Gerſon dagegen (ibid. p. 391): dico affirmative, quod hae novem assertiones exhibitae sunt judicio fidei reprobandae per hoc sacrum Concilium, et quod jam nimis tardatum est. Dann vertheidigte er zur Rechtfertigung des Biſchofs v. Paris den Grundſatz der Sorbonne (p. 408), quod ad Episcopos catholicos pertinet, auctoritate inferiori et subordinata circa ea quae sunt fidei judicialiter definire (vgl. unten §. 117 not. h).

h) *Sessio gen.* XV d. 6 Jul. 1415 (in *v. d. Hardt Conc. Const. T.* IV, *p.* 439): Synodus — nuper accepit, quod nonnullae assertiones erroneae in fide et bonis moribus — dogmatizatae sunt. Inter quas haec assertio delata est: *Quilibet tyrannus potest et debet licite et meritorie occidi per quemcunque Vasallum suum vel subditum, etiam per insidias et blanditias vel adulationes, non obstante quocunque juramento seu confoederatione facta cum eo, non expectata sententia vel mandato judicis cujuscunque.* Adversus hunc errorem satagens haec sancta synodus insurgere, — declarat, decernit et definit, hujusmodi doctrinam erroneam esse in fide et moribus, ipsamque tanquam haereticam, scandalosam, seditiosam, et ad fraudes, deceptiones, mendacia, proditiones, perjuria vias dantem repro-

ſhofs von Paris für unbefugt i). Bald darauf wurde zwar eine Schrift des Dominicaners Johann von Falken-

bat et condemnat. Declarat insuper, — quod pertinaciter doctrinam hanc pernitiosissimam asserentes sunt haeretici etc. Dieſer Beſchluß mußte aber erſt von dem Kaiſer Sigismund erzwungen werden ſ. *Jo. Gersonii dialog. apologeticus* (*Opp.* II, *p.* 387) insb. das Schreiben eines Begleiters des Biſch. v. Arras an einen Pariſer Freund über den Vorgang in *Bulaei hist. Univ. Paris. T.* V *p.* 293: Videns ipse Rex, quod non potuit obtinere conclusionem condemnationis dictarum IX assertionum, ut volebat, licet sollicitaverit Judices quantum potuit per ejus praesentiam in judicio saepissime et per nuncios et literas, dixit, quod nunquam iret ad locum conventionis, videlicet Niciam, donec esset finis dicti processus. Et quod plus est, ipse exivit civitatem Constantiae per VIII dies, et juravit publice, ut dicebatur communiter, quod non rediret nisi prius expedito dicto processu. Quare oportuit pro satisfaciendo sibi, quod quaedam alia propositio vocata *Quilibet tyrannus* — condemnata fuerit ad satisfaciendum dicto Regi, qui putabat, quod dicta propositio esset una de contentis in propositione M. Jo. Parvi, et ita datum est sibi intelligi, et sub illo colore fuit condemnata ipso Rege praesente: unde gavisus est et omnes Adversarii, quod communiter dicebant ignorantes, quod propositio Parvi fuerat condemnata. — Sed Deo laus. Post recessum dicti Regis Ambaxiatores (Ducis Burgundiae) sunt securiores quam antea, et liberius tractaverunt materiam et processum cum bono consilio. — Speramus hic omnes haberé bonum exitum et honorabilem in materia, quia totum Concilium vellet processum terminari ad bonam pacem et concordiam Ducis.—Et si non habeatur finis per concordiam, non ita cito habebitur per processum, quia adhuc sumus in principio, ut potestis considerare: quia restat adhuc probare intentionem circa libellum exhibitum, et examinare dictas propositiones hinc inde, quae non fient ita cito et sine magno discursu.

i) *Judicium Deputatorum Concilii dd.* 15 *Jan.* 1416 in *Gersonii Opp. T.* V *p.* 500 *ss.*

berg k), welche Mord und Verderben gegen die Pohlen und ihren König Jagello predigte, von den meisten Mitgliedern des Concils verdammt (1417) l): aber der Papst,

---

k) Derselbe hatte schon früher den Johannes Parvus gegen Gerson und d'Ailly vertheidigt: s. tres tractatus in *Gersonii Opp. T.* V *p.* 1013 *ss.*

l) *Jo. Dlugossi* (Canon. in Cracau um 1465) *hist. Polonica. ed. Francof.* 1711 *fol. lib.* XI *p.* 376: Der Erzb. v. Gnesen brachte diese Schrift im Jan. 1417 aus Paris mit nach Costnitz, und verklagte alsbald den daselbst anwesenden Verfasser, Jo. Falkenberg, a Cruciferis de Prussia pretio conductum, bey dem Concile. Synodus sacra — praedictum libellum, ut falsum et erroneum, Joannem vero Falkemberg ejus auctorem, ut haereticum, per definitivam sententiam damnavit, et perpetuis deputavit carceribus. Et in condemnationis praefatae signum singuli Cardinales singillatim et omnes nationes sententiam praedictam manibus propriis subscripserunt. Nämlich das Buch war, wie aus der Appellation der poln. Gesandten, die in der letzten Sitzung eingelegt wurde (*v. d. Hardt Conc. Const. T.* IV *p.* 1555), erhellt, per judices in causa fidei a s. Concilio deputatos, verdammt, und es war von allen Nationen u. dem Cardinalscollegium conclusum et ordinatum, quod idem libellus, tanquam haereses et alia multa et quasi infinita mala et errores continens, in sessione publica per sacrosanctum concilium — publice damnaretur, seu publice damnatus nunciaretur. Aber eben diese feierliche Verdammung konnte von dem im Nov. 1417 gewählten Martin V nicht erhalten werden, *Dlugossus p.* 386: Martinus P. V. prece incertum est an importunitate Cruciferorum de Prussia circumventus, sententiam damnationis Jo. Falkemberg — infirmare et moderari contendit, — quamvis, existens Cardinalis, se ei manu propria subscripserit. Von dem Inhalte des Falkenbergischen Buches ist nur in der Verdammungssentenz, die von der Glaubenscommission des Concils und im Nahmen desselben d. 4 Jun. 1417 abgefaßt ist, einiges erhalten (b. *Dlugossus p.* 387). Es hatte den Titel: *Satyra contra haereses et caetera nefanda Polanorum et eorum Regis Jagyel fideliter conscripta*, u. war

durch Rückſichten auf den deutſchen Orden und den mächtigen Herzog von Burgund gefeſſelt, ließ weder dieſelbe feierlich verurtheilen, noch entſchied er über die Schrift des Johannes Parvus. Und ſo durften die Bettelmönche fortfahren, die Probabilität jener aufrühreriſchen Sätze zu behaupten m).

---

universis Regibus et Principibus, caeterisque Praelatis sive Ecclesiasticis sive saecularibus, et generaliter omnibus, qui Christiani nominis meruerunt insigniri titulo gewidmet. Ausgezogene Sätze: quod Rex Polonorum, cum sit malus praesidens, est idolum, et omnes Poloni sunt idololatrae, et serviunt idolo suo Jagyel. Item dicit, quod Poloni, et eorum Rex sunt odibiles, haeretici, et impudici canes, reversi ad vomitum suae infidelitatis. Et ergo securissime omnes, non solum Principes saeculi, verum etiam inferiores, qui ad Polonorum et eorum Regis exterminationem se accinxerint ex charitate, vitam merentur aeternam. Item dicit, quod indubie Polonos et eorum Regem propter periculum, quod ab eis timetur Ecclesiae futurum, etiam antequam dissidium faciant, caeteris paribus, magis meritorium est occidere quam paganos. Item dicit, quod omni submoto dubio, belli certamine, quo pro defensione Christianorum suscepto Principes saeculi Polonos et eorum Regem occidunt, regna merentur coelestia. — Item dicit, quod ex Principibus saeculi, qui sunt idonei et ratione et potestate Polonos et eorum Regem Jagyel reprimere, et permittunt eum in Christianos debacchari, supplicia merentur gehennae etc.

m) Sie ſuchten beſonders durch Sophismen zu erweiſen, daß die IX assertiones not. f. nichts mit dem verurtheilten Satze *Quilibet tyrannus* gemein hätten, ſ. die zahlreichen Streitſchriften in *Gersonii Opp. T.* V. z. B. *Responsio Episc. Atrebatensis ibid. p.* 475: credo et affirmo, quod nulla dictarum novem assertionum est fidei judicio reprobanda, nec aliqua illarum est condemnanda ex condemnatione illius propositionis *Quilibet tyrannus*: cum nullo modo sequatur ex aliqua illarum novem assertionum, sed non ex omnibus simul, nec continent doctrinaliter

Mit den heiligen Schriften beſchäftigten ſich die Theologen dieſer Zeit noch weniger als die der vorhergehenden Jahrhunderte. Die von Clemens V verordnete Anſtellung von Lehrern der orientaliſchen Sprachen (1311) n) hatte blos den Zweck Miſſionarien zu bilden, und blieb für die Schrifterklärung ohne Wirkung. Die bibliſchen Commentare dieſer Zeit ſind meiſtens gleich denen der vorhergehen-

---

illam vel virtualiter, nec in simili radice fundantur, quod patet. Non enim sequitur: *Licitum est unicuique subdito, — occidere vel occidi facere quemlibet tyrannum, qui per cupiditatem, fraudem, sortilegium etc. Ergo quilibet tyrannus etc.* Tum quia ibi arguitur a parte in modo, ad suum totum in modo, cum distributione: — tum quia ad mentem Assertionum a parte subjecti, ly *unicuique subdito* capitur pro vassallo immediate Regi subdito; et in illa *Quilibet tyrannus* capitur pro quocunque, etiam subdito tyranno, sive subjecto u. ſ. w. Daraus folgert er zuletzt, quod hanc doctrinam asserentes opinabiliter, citra determinationem sacri Concilii Generalis, et s. Sedis Apostolicae, non sunt haeretici; — quod asserere — dictas Propositiones esse probabiles, aut forsan veras, non est erroneum etc.

n) veranlaßt durch den um Bekehrung der Muhamedaner ſehr bemüheten Raymundus Lullus. *Clementin. Lib.* V *Tit.* I *c.* 1: scholas in subscriptarum linguarum generibus, ubicunque Romanam curiam residere contigerit, necnon in Parisiensi et Oxon. Bonon. et Salamantino studiis providimus erigendas, statuentes, ut in quolibet locorum ipsorum teneantur viri catholici, sufficientem habentes Hebraicae, Arabicae et Chaldaeae linguarum notitiam, duo videlicet uniuscujusque linguae periti, qui scholas regant inibi, et libros de linguis ipsis in latinum fideliter transferentes, alios linguas ipsas sollicite doceant, — ut instructi et edocti sufficienter in linguis hujusmodi, fructum speratum possint Deo auctore producere, fidem propagaturi salubriter in ipsos populos infideles.

den Jahrhunderte ohne wiſſenſchaftlichen Werth: nur der Franciscaner Nicolaus von Lyra (Lehrer der Theol. in Paris † 1340, Postillator) o) leiſtete durch ſeine Kenntniß

o) Ueber ihn *Wolfii Biblioth. Hebr.* I, *p.* 912 III, *p.* 838. *Mich. H. Reinhard Pentas conatuum sacrorum Lips.* 1709. 8. *p.* 147. Sein Hauptwerk *Postillae perpetuae in Biblia* zuerſt Romae 1471. 5 voll. fol. am beſten *cura Fr. Feuardentii, Jo. Dadrei et Jac. de Cuilly Lugd.* 1590, auch in den *Bibliis glossatis* her- ausgegeben. Es geht ein Aufſatz *de libris Bibliae canonicis et non canonicis* voran. Quia sunt multi, qui ex eo quod non multam operam dant sacrae scripturae, existimant, omnes libros, qui in biblia continentur, pari veneratione esse reverendos atque adorandos, nescientes distinguere inter libros canonicos et non canonicos, quos Hebraei inter apocrypha computant, unde saepe coram doctis ridiculi videntur: et perturbantur scandalizanturque, cum audiunt, aliquem non pari cum caeteris omnibus veneratione persequi aliquid, quod in biblia legatur: idcirco id distinximus, et distincte numeravimus, primo libros canonicos, et postea non canonicos, inter quos tantum distat, quantum inter certum et dubium. Nam canonici sunt confecti spiritu sancto dictante: non canonici autem sive apocryphi nescitur, quo tempore quibusve auctoribus sint editi etc. Er zählt dann nach Hieronymus die canon. u. apocryph. Bücher des A. T. auf, u. beſtimmt nach demſelben u. nach Rufinus ihr Verhältniß zu einander. *Prologus* I *de commendatione sacrae scripturae in generali.* U. a. von dem mehrfachen Sinn: Habet tamen iste liber hoc speciale, quod una littera continet plures sensus. Cujus ratio est, quia principalis hujus libri auctor est ipse Deus, in cujus potestate est non solum uti vocibus ad aliquid significandum, — sed etiam rebus significatis per voces utitur ad significandum alias res. Der vierfache Sinn wird in den Verſen beſchrieben:

Littera gesta docet, quid credas *allegoria*,
Moralis quid agas, quo tendas *anagogia*.

Prologus II *de intentione auctoris et modo procedendi:* Omnes expositiones mysticae praesupponunt sensum litteralem tan-

der hebräiſchen Sprache Ungewöhnliches für die grammatiſche Erklärung des Alten Teſtamentes.

---

quam fundamentum: propter quod sicut aedificium declinans a fundamento disponitur ad ruinam, sic expositio mystica discrepans a sensu litterali reputanda est indecens et inepta, vel saltem minus decens caeteris paribus, et minus apta. Et ideo volentibus proficere in studio sacrae scripturae necessarium est incipere ab intellectu sensus litteralis: maxime cum ex solo sensu litterali et non ex mysticis possit argumentum fieri ad probationem vel declarationem alicujus dubii, secundum quod dicit Augustinus in Epist. contra Vincent. Donatistam. Ulterius considerandum, quod sensus litteralis — videtur multum obfuscatus diebus modernis, partim scriptorum vitio, qui propter similitudinem litterarum in multis locis aliter scripserunt, quam habeat veritas textus, partim imperitia aliquorum correctorum, qui in pluribus locis fecerunt puncta ubi non debent fieri, et versus inceperunt vel terminaverunt ubi non debent incipi et terminari, et per hoc sententia litterae variatur, — partim ex modo translationis nostrae, quae in multis locis aliter habet quam libri hebraici: — et tamen secundum Hieronymum — pro veritate litterae habenda in scriptura veteris testamenti recurrendum est ad codices Hebraeorum. — Sciendum etiam, quod sensus litteralis est multum obumbratus propter modum exponendi communiter traditum ab aliis, qui licet multa bona dixerint, tamen parum tetigerunt litteralem sensum, et sensus mysticos in tantum multiplicaverunt, quod sensus litteralis inter tot expositiones mysticas interceptus, partim suffocatur. Item textum in tot particulas diviserunt, et tot concordantias ad suum propositum induxerunt, quod intellectum et memoriam in parte confundunt, ab intellectu litteralis sensus animum distrahentes. Haec igitur et similia vitare proponens cum Dei adjutorio intendo circa litteralem sensum insistere, et paucas valde et breves expositiones mysticas aliquando interponere, licet raro. Similiter intendo non solum dicta doctorum catholicorum, sed etiam hebraicorum, maxime *Rabbi Salomonis* (Jarchi oder Raſchi ſ. Abth. 2 §. 76 not. i), qui inter doctores hebraeos lo-

Fünftes Capitel.

Geſchichte des Gottesdienſtes.

§. 117.

Der hoch verehrten Maria wurden zwey neue Feſttage gewidmet, das Feſt der Opferung Mariä, festum Praesentationis, am 21ten Nov. von Gregorius XI (1372) a), und das Feſt der Heimſuchung Mariä, festum Visitationis, am 2ten Jul. von Urbanus VI (1389) b). Der Lehre von der unbefleckten Empfängniß Mariä widerſprachen zwar die Dominicaner ſehr lebhaft; den Offenbarungen, welche die heil. Birgitta zu Gunſten derſelben erhalten hatte c),

---

cutus est rationabilius, ad declarationem sensus litteralis inducere. — Postremo quia non sum ita peritus in lingua hebraica vel latina, quin in multis possim deficere; ideo protestor, quod nihil intendo dicere assertive seu determinative, nisi quantum ad ea, quae manifeste determinata sunt per sacram scripturam vel ecclesiae auctoritatem; caetera vero omnia accipiantur tanquam scholastice et per modum exercitii dicta: propter quod omnia dicta et dicenda suppono correctioni sanctae matris Ecclesiae, ac cujuslibet sapientis, pium lectorem et charitativum flagitans correctorem.

a) *J. A. Schmidii Prolusiones Marianae* X (*cum praef. J. L. Moshemii. Helmst.* 1733. 4.) p. 100 ss. Auguſtis Denkwürdigkeiten Bd. 3 S. 107.

b) *Schmid l. c. p.* 111. Auguſti a. a. O. S. 88.

c) Ueber Birgitta ſ. oben §. 112 not. d. *Birgittae Revelationum Lib.* V *in fine* offenbart Gott der Vater über Maria: De radice Adae processit, et de peccatoribus nata est, licet sine peccato concepta, ut filius meus de ea sine peccato nasceretur; *Lib.* VI *c.* 49 Maria: Veritas est, quod ego concepta fui sine peccato originali, et non in peccato; und *Cap.* 55 dieſelbe: Scito quod conceptio mea non omnibus nota fuit. — Placuit

ſetzten ſie die ihrer Ordensſchweſter, der h. Catharina v. Siena d), entgegen: dennoch verbreitete ſich mit dem Feſte der unbefleckten Empfängniß e) auch die Lehre immer weiter.

Deo, quod amici sui pie dubitarent de conceptione mea, et quilibet ostenderet zelum suum, donec veritas claresceret in tempore praeordinato.

d) Ueber ſie ſ. oben §. 102 not. e. In den *Orationes* XXII *ab ipsa in raptu et extasi ad Deum prolatae, et a sibi assistentibus familiaribus exceptae latinitatique donatae* heißt es *Orat.* XVI (die Stelle fehlt in der Ausgabe ihrer Werke Colon. 1553, wird aber ſchon von *Antoninus Summae P.* I *T.* 8. *c.* 2 angeführt): Datum est nobis verbum aeternum per manum Mariae, et de substantia Mariae induit naturam absque peccati originalis macula, et hoc, quia non hominis, sed Spiritus Sancti inspiratione facta est illa conceptio. Quod quidem non fuit sic in Maria, quia non processit ex massa Adae operatione Spiritus Sancti, sed hominis: et quia tota illa massa erat putrida, non poterat nisi in putridam naturam anima illa infundi, nec poterat purgari, nisi per gratiam Spiritus Sancti, cujus quidem gratiae non est subjectum susceptibile corpus, sed spiritus rationalis aut intellectualis, et ideo non poterat Maria a macula illa purgari, nisi postquam anima infusa est corpori, quod quidem sic factum est propter reverentiam thesauri divini, qui in illo vase debebat reponi. Nam sicut fornax consumit guttam aquae in modico tempore, sic facit Spiritus Sanctus de macula peccati originalis: nam post conceptionem ejus statim fuit ab illo peccato mundata, et gratia magna data. Tu scis, Domine, quia ista est veritas. Vgl. über dieſe Weiſſagungen beyder Heiligen *Wadding legatio Philippi* III *et* IV *ad Paulum P.* V *et Gregorium* XV *de definienda controv. immaculatae concept. b. Virg. Mariae. Lovan.* 1624 *fol. p.* 342 *ss.*

e) Auf dem *Conc. Londin. ann.* 1328 *c.* 2 (*Mansi* XXV *p.* 829) verordnete der Erzb. v. Canterbury, daß das festum conceptionis b. Virginis künftig festive et solemniter in der ganzen Provinz begangen werden ſolle. Im J. 1343 führte Balduin, B. v. Paderborn, es in ſeinem Bisthume ein (*Schaten Annal.*

Als die gereizten Dominicaner ſeit 1384 dieſe Lehre in Paris heftiger zu beſtreiten anfingen f), regten ſie das Volk wie die Univerſität gegen ſich auf. Die Letztere verdammte 1387 neben mehreren andern Sätzen des Dominicaners Johannes von Monteſono auch die entſchiedene Verwerfung dieſer Lehre g). Dieſer appellirte zwar an den Papſt h), aber

---

les Paderborn. L. XIII *p.* 303). Auf der Univ. Paris beſchloß die galliſche Nation 1380, quod a modo celebraretur festum conceptionis gloriosae V. M. eodem modo, quo et alia festa solent celebrari (*Bulaeus hist. Univ. Paris. T.* IV *p.* 961).

f) *Bulaeus T.* IV *p.* 599.

g) Ueber die ganze Streitigkeit ſ. *Bulaeus* IV *p.* 618 *ss.* beſ. *d'Argentré collectio judiciorum T.* I *P.* II *p.* 61 *ss.* Die anſtößigen Sätze mit den Cenſuren der theol. Facultät ſ. b. *Bulaeus p.* 620, *d'Argentré p.* 62: Propositio X: Non omnes praeter Christum contraxisse ab Adam peccatum originale est expresse contra fidem. Cenſur: *Revocanda est tanquam falsa, scandalosa et piarum aurium offensiva, et praesumptuose asserta, non obstante probabilitate quaestionis, utrum b. Virgo fuerit in peccato originali concepta.* Prop. XI: B. Virginem Mariam et Dei genitricem non contraxisse peccatum originale, est expresse contra fidem. Prop. XII: Tantum est contra sacram Scripturam, unum hominem esse exemptum a peccato originali praeter Christum, sicut si decem homines de facto ponerentur exempti. Prop. XIII: Magis est expresse contra sacram Scripturam, b. Virginem non esse conceptam in peccato originali, quam asserere ipsam fuisse simul beatam et viatricem ab instanti suae conceptionis vel sanctificationis. Dieſe Sätze werden ſämmtlich cenſirt als *revocandae tanquam falsae, scandalosae, praesumptuose assertae, et piarum aurium offensivae.*

h) Er klagte, wie aus der Gegenſchrift des Petrus d'Alliaco (*d'Argentré p.* 82) erhellt, 1) quia aliquae conclusionum suarum trahuntur ex doctrina s. Thomae; 2) quod Dominus Episcopus (Parisiensis), apponens falcem in messem summi Pontificis, dictas conclusiones pronuntiavit et decrevit falsas, haereticas et erro-

die Univerſität gewann in Avignon den Sieg (Jan. 1389), nöthigte mehrere Dominicaner zum Widerrufe anſtößiger Erklärungen gegen jene Lehre i), und verlangte jetzt von Allen,

---

neas: et causam subdit ibidem, quia ista, quae tangunt fidem, sunt de majoribus Ecclesiae causis, et quae ad solum summum Pontificem pro examinatione et decisione deferri debent. Die Univerſität ſchickte vier Abgeordnete an den Papſt, unter denen Petrus d'Alliaco der Vornehmſte war: ſ. deſſen sermones et propositiones in Consistorio b. *d'Argentré* p. 66. Gegen den erſten Vorwurf der Dominicaner, hatte die Univerſität ſchon in einem Schreiben ad universos Christifideles dd. 14 Febr. 1388 (*d'Argentré p.* 65) erklärt, quatenus s. Thomae doctrinam in dicta nostra condemnatione nequaquam reprobamus. Die Verdammung bezog ſich nur auf das *est expresse contra fidem.* vgl. *P. d'Alliaco* l. c. p. 107: licet (s. Thomas) dicat, quod fuit concepta in originali, tamen nec ibi, nec alibi dicit, quod oppositum dicere sit expresse — contra fidem. — Licitum est in hac materia probabiliter loqui, et istam partem tenere, vel etiam circa utrumque dubitare, ut supponitur: sed non licet sic probabiliter loqui vel dubitare de aliquo, quod est expresse contra fidem etc. Gegen den zweyten Vorwurf vertheidigte *d'Alliaco* die Sätze (l. c. p. 76): Ad s. Sedem Apostolicam pertinet auctoritate judiciali suprema circa ea quae sunt fidei judicialiter definire. Ad Episcopos Catholicos pertinet auctoritate inferiori et subordinata circa ea quae sunt fidei judicialiter definire. Ad Doctores theologos pertinet determinatione doctrinali et scholastica circa ea quae sunt fidei doctrinaliter definire.

i) vgl. die Urkunden b. *Bulaeus* IV, p. 633. 638 ss. u. b. *d'Argentré* l. c. p. 132 ss. Wie weit die Dominicaner in ihrer Heftigkeit gegangen waren, geht aus den Aeußerungen hervor, die ſie jetzt zurücknehmen mußten. So der *Fr. Richard* (*d'Argentré p.* 136): Elle fut souillée, touillée et brouillée au ventre de sa mère. — Nemplus que vous ne pourriez bouter vostre main en ung grand plain pot de gresse (Mennig) sans la souiller, nemplus ne fut la Vierge Marie engendrée sans souilleure. — *Fr. Adam de Soissons* in einer Predigt (*Bulaeus* IV, p. 639):

welche academiſche Würden empfingen, den Beytritt zu der von ihr in dieſer Sache erlaſſenen Entſcheidung k). Obgleich die letzte zunächſt nur gegen die entſchiedene Verwerfung der Lehre gerichtet geweſen war, ſo gewann ſie doch bald den Character einer poſitiven Erklärung zu Gunſten derſelben l):

Se la Vierge Marie fust trespassée devant la mort et passion de son glorieux fils, — elle fust descendue en Enfer, pourcequ'elle avoit esté conceue en peché originel. Er geſtand hinzugefügt zu haben, que je affermois sous la damnation de mon ame, et que en icelle foy je voudrois vivre et mourir. *Fr. Joannes Ade* (ibid. 641), quod festum Conceptionis b. et gloriosae Virginis Mariae non erat solemnizandum nec colendum, et qui coleret dictum festum, male faceret plus quam bene. — Item praedicando ad populum increpavi illos, qui in laudem Virginis Mariae tenebant, eam non fuisse in Originali peccato conceptam, improperando eis et dicendo: *En volés-vous faire une Deesse?* u. ſ. w.

k) ſ. *Gersonius pro reconciliatione Dominicanorum ann.* 1403 (*Bulaeus* V, p. 83): conclusum erat, ut omnis gradus et honoris in Universitate expers fieret, quisquis non juraret tenere condemnationem super erroribus praedictis ab Universitate prius, deinde ab Episcopo Paris. factam. Distulerunt hoc agere Bacalaurii e fratribus praedictis tunc excipiendi, causantes a Superioribus suis licentiam ad hujusmodi praestationem juramenti necdum petiisse vel habuisse. Ex hac origine neque gradus, neque cathedram, neque sermones posterius adepti sunt. Die Wiederherſtellung der Dominicaner auf der Univerſität erfolgte erſt 1403, ſ. das Instrumentum b. *d'Argentré l. c. p.* 148.

l) *Jo. Gersonii Sermo de conceptione b. Mariae Virginis* im J. 1401 (*Opp. ed. du Pin vol.* III *p.* 1330): Est quod Spiritus sanctus interdum revelat Ecclesiae vel Doctoribus posterioribus aliquas virtutes, vel expositiones s. Scripturae, quas non revelavit eorum praedecessoribus. — Ideo Moyses scivit plus quam Abraham, Prophetae quam Moyses, Apostoli quam Prophetae: et Doctores addiderunt multas veritates ultra Apostolos. Qua-

das Ansehen der Pariser Universität gab aber der Lehre das entschiedene kirchliche Uebergewicht.

An neuen Heiligen m), Reliquien n) und andern Heiligthümern o) wie an neuen Festen p) war auch

---

propter dicere possumus, hanc veritatem, *b. Mariam non fuisse conceptam in peccato originali*, de illis esse veritatibus, quae noviter sunt revelatae vel declaratae, tam per miracula quae leguntur, quam per majorem partem Ecclesiae sanctae, quae hoc modo tenet. Fuit tempus aliquod, in quo non tenebatur generaliter, *Mariam virginem esse in Paradiso in corpore et anima* (Abth. 1 §. 18 not. k), sicut modo tenetur; et similiter post institutionem festi nativitatis s. Joannis nativitas Dominae nostrae ordinata fuit per revelationem unius solius feminae, et multa similia. Nota de opinione s. Augustini de igne Purgatorii, qualiter tenetur opposita (Bd. 1 §. 119 not. o). Diese Annahme von neuen Offenbarungen war damals noch nicht anstößig. So sagt auch *Guil. Occam tract. de sacram. Altaris* (hinter s. Quodlibetis), die Lehre v. d. Transsubstantiation finde sich nicht in der Schrift, aber man glaube, daß sie den heil. Vätern geoffenbaret sey.

m) Schröckh Th. 33 S. 417.

n) Ueber die zahlreichen, zum Theil sehr sonderbaren Reliquien, welche Kaiser Carl IV in Prag sammelte, s. Hageks böhm. Chronik S. 577. 593. 868 ff. Pelzels Kaiser Karl der Vierte Th. 1 S. 277.

o) Ueber d. heil. Blut zu Wilsnack in der Priegnitz, das seit 1383 bedeutende Wallfahrten anzog, s. S. Buchholzens Gesch. der Kurmark Brandenburg Th. 2 S. 593 ff.

p) Außer den beyden Marienfesten oben not. a u. b, bes. *Festum s. Trinitatis*, früher schon hin und wieder verschieden gefeyert, auf den Sonntag nach Pfingsten allgemein angeordnet von Johannes XXII, *Baluz. PP. Aven.* I, *p.* 177, cf. Not. p. 793. *Festum s. Lanceae et Clavorum*, auf Carls IV Bitten von Innocentius VI 1354 für Deutschland und Böhmen angeordnet auf den Freytag nach Quasimodogeniti, cf. *J. H. a Seelen miscellanea*

dieſe Zeit eben ſo reich als die vorhergehende, die

P. I, *p.* 339 *ss.* Die Stiftungsbulle ſ. *ibid. p.* 394 *ss.* Vgl. das Verzeichniß der Feſttage, wo nicht gearbeitet werden dürfe, von Simon Erzb. v. Cantérbury in *Conc. Magfeldense ann.* 1362 (*Mansi* XXVI, *p.* 417) aufgeſtellt: In primis sacrum diem Dominicum ab hora diei sabbati vespertina inchoandum, non ante horam ipsam praeveniendum, ne Judaicae professionis participes videamur, quod in festis, quae suas habent vigilias, observetur: Item festa Natalis Domini, SS. Stephani, Joannis, Innocentium, Thomae martyris; Circumcisionis, Epiphaniae Domini, Purificationis b. Mariae, s. Matthiae Apostoli, Annunciationis s. Mariae, s. Parasceues, Paschae cum tribus diebus sequentibus, s. Marci Evangelistae, Apostolorum Philippi et Jacobi, Inventionis s. Crucis, Ascensionis Domini, Pentecostes cum tribus diebus sequentibus, Corporis Christi, Nativitatis s. Joannis Baptistae, Apostolorum Petri et Pauli, Translationis s. Thomae, s. Mariae Magdalenae, s. Jacobi, Assumptionis s. Mariae, b. Bartholomaei, s. Laurentii, Nativitatis s. Mariae, Exaltationis s. Crucis, s. Matthaei Apostoli, s. Michaelis, s. Lucae Evangelistae, Apostolorum Simonis et Judae, Omnium Sanctorum, s. Andreae Apostoli, s. Nicolai, Conceptionis b. Mariae, s. Thomae Apostoli, Dedicationum ecclesiarum parochialium et Sanctorum, in quorum honore ecclesiae parochiales dedicantur: aliaque festa quae in singulis dictae provinciae dioecesibus per locorum ordinarios ex certa scientia peculiariter indicantur. Und in dieſem Verzeichniße waren noch manche der früher gefeyerten Feſttage weggelaſſen, da der Erzbiſchof ſelbſt erklärt: quod ad devotionis parabatur compendium, in dissolutionis erigitur cumulum, dum in ipsis festivitatibus colitur taberna potius quam ecclesia, comessationes abundant et ebrietates uberius quam lacrymae et orationes, lasciviis insistitur et contumeliis magis quam otio contemplationis: — tamquam solemnitates ipsae ad profanationis et perversitatis exercitium gratis fuerint institutae: quae quanto magis protenduntur in numero, tanto abundantius cultores abusionum hujusmodi in suis excessibus insolescunt.

Messen, fast der alleinige Bestandtheil des Gottesdienstes, wurden durch den Eigennutz der Priester auf das übertriebenste vervielfältigt q): aber Verständige erkannten es jetzt schon, daß diese sinnliche Richtung des Gottesdienstes, von welcher alle geistige Gottesverehrung verschlungen wurde, eingeschränkt werden müsse r).

---

q) *Alvarus Pelagius de planctu Eccl. Lib.* II *c.* 5: Nostra autem ecclesia plena et superplena est altaribus, missis et sacrificiis, sed cum hoc plena in sacrificantibus homicidiis, sacrilegiis, et immunditiis et simoniis, et aliis sceleribus, excommunicationibus, et irregularitatibus usque ad summum. — Tot enim hodie dicuntur missae quasi quaestuariae, vel consuetudinariae, vel ad complacentiam, vel ad scelera cooperienda, vel propriam justificationem, quod apud populum vel clerum sacrosanctum corpus Domini jam vilescit. — Unde et almus Franciscus voluit, quod in quocunque loco fratres contenti essent una missa, praesciens, fratres se velle justificare per missas, et ad quaestum eas reducere, sicut videmus hodie fieri: unde et dicebat, quod una missa coelum et terram implebat. *Cap.* 27: Et jam consuetudine vel potius corruptela — inolevit, quod missa taxata tribus vel quatuor denariis vel uno solido venditur et emitur a populo caeco et presbyteris simoniacis sceleratis.

r) *Petri de Alliaco de Reformatione in Conc. Constant. c.* 3 (in *Gersonii Opp. ed du Pin T.* II *p.* 911): Quia Praelatis de divino cultu specialis cura esse debet, circa hujusmodi reformationem, quae necessaria est, providendum esset, ut in divino servitio non tam onerosa prolixitas, quam devota et integra brevitas servaretur; ut in ecclesiis non tam magna imaginum et picturarum varietas multiplicaretur; ut non tot nova festa solennizarentur; ut non tot novae Ecclesiae aedificarentur; ut non tot novi Sancti canonizarentur; ut, praeterquam diebus Dominicis, et in majoribus festis ab Ecclesia institutis, liceret operari post auditum Officium: cum quia in festis saepe magis multiplicantur peccata in tabernis, in chorcis, et aliis lasciviis, quas docet otiositas; tum quia dies operabiles vix

Sechstes Capitel.

Geſchichte der kirchlichen Disciplin.

§. 118.

Kirchliche Gnaden und Strafen.

Die von Thomas vollendete Ablaßtheorie wurde nicht nur von den Theologen dieſer Zeit allgemein angenommen a), ſondern durfte auch, ſeit Clemens VI, zuerſt unter den Päpſten, ſie in ſeiner Jubiläumsbulle ausgeſprochen hatte b),

---

sufficiunt pauperibus ad vitae necessaria procuranda. *cf. Nicolaus de Clamengis de novis celebritatibus non instituendis in Opp. ed. Lydii p.* 143 *ss.* Schon Henricus de Hassia hatte gerathen (ſ. *Gerson de probatione Spirituum* in *Opp.* I, *p.* 40), comprimendam esse tot hominum canonizationem.

a) ſ. ihre hierher gehörigen Stellen geſammelt in *Eus. Amort de origine, progressu, valore ac fructu indulgentiarum* (*Aug. Vindel.* 1735 *fol.*) *P.* II *p.* 80. Ihnen kann insbeſondere noch *Augustinus Triumphus Summa de potest. eccles.. Qu.* 29—32 hinzugeſetzt werden.

b) ſ. die Bulle *Unigenitus* v. 27 Jan. 1343 in *Extravagg. Comm. Lib.* V *Tit.* 9 *c.* 2 u. b. *Raynald. ann.* 1349 *no.* 11: (Deus Filius) non corruptibilibus auro et argento, sed sui ipsius, agni incontaminati et immaculati, pretioso sanguine nos redemit, quem in ara crucis pro nobis innocens immolatus, non guttam sanguinis modicam, quae tamen propter unionem ad Verbum pro redemptione totius humani generis suffecisset, sed copiose velut quoddam profluvium noscitur effudisse, ita ut a planta pedis usque ad verticem nulla sanitas inveniretur in ipso. Quantum ergo exinde, ut nec supervacua, inanis aut superflua tantae effusionis miseratio redderetur, thesaurum militanti Ecclesiae acquisivit, volens suis thesaurizare filiis pius pater, ut sic sit

für allgemeine kirchliche Meinung gelten. Die Gelegenheiten, Ablässe zu gewinnen, mehrten sich fortwährend. Geringere Ablässe konnten täglich erworben werden c): es fehlte auch nicht an Kreuzpredigten, welche allgemeinen Ablaß darboten d): insbesondere wurde aber jetzt die neue Erfindung des Jubeljahres fortgebildet. Von Clemens VI wurde dasselbe (1343) auf Bitten der Römer auf das funfzigste Jahr

---

infinitus thesaurus hominibus, quo qui usi sunt, Dei amicitiae participes sunt effecti! Quem quidem thesaurum non in sudario repositum, non in agro absconditum, sed per b. Petrum coeli clavigerum, ejusque successores, suos in terris vicarios, commisit fidelibus salubriter dispensandum, et propriis (*leg. pro piis*) et rationabilibus causis nunc pro totali, nunc pro partiali remissione poenae temporalis pro peccatis debitae tam generaliter quam specialiter, prout cum Deo expedire cognoscerent, vere poenitentibus et confessis misericorditer applicandum. Ad cujus quidem thesauri cumulum beatae Dei Genitricis et omnium Electorum a primo justo usque ad ultimum merita adminiculum praestare noscuntur, de cujus consumptione seu diminutione non est aliquatenus formidandum, tam propter infinita Christi, ut praedictum est, merita, quam pro eo, quod quanto plures ex ejus applicatione trahuntur ad justitiam, tanto magis accrescit ipsorum cumulus meritorum.

c) Als die Ew. von Xanten im Cleviſchen angefangen hatten, Abends durch ein Zeichen mit der Glocke zu der Anrufung der heil. Jungfrau durch den engliſchen Gruß einzuladen, begnadigte Johannes XXII 1318 das dreymalige Ave Maria mit einem zehntägigen Ablaß (*Raynald ann.* 1318 *no.* 58 *cf. ann.* 1327 *no.* 54). Das *Conc. Avenionense ann.* 1326 ertheilte *cap.* 2 denen, die das Sacrament zum Kranken begleiteten, Tags, 20 Tage, Nachts, 30 Tage Ablaß; *cap.* 3 denen die für den Papſt und die Kirche beteten, 10 Tage; *cap.* 4 die beym Namen Jeſu ſich verneigten 10 Tage. Dieß wiederholt in *Conc. Avenion ann.* 1337 *c.* 2. *Vaurense ann.* 1368 *c.* 124. *Narbon. ann.* 1374 *c.* 19.

d) z. B. oben §. 97 not. z. §. 99 not. g.

herabgeſetzt e), und demnach 1350 gefeyert f). Urbanus VI

e) Ueber die feierl. Geſandtſchaft der Römer ſ. *Tertia Vita Clementis* VI in *Baluz. PP. Aven.* I, *p.* 286. Gewährung des Geſuches durch die Bulle Unigenitus (ſ. oben not. b): Nos autem attendentes, quod annus quinquagesimus in lege Mossica — jubileus remissionis et gaudii — censebatur, quodque ipse quinquagenarius numerus in testamentis, veteri quidem ex legis donatione, in novo ex visibili s. Spiritus in discipulos missione — singulariter honoratur, quodque huic numero plura et grandia divinarum adaptantur mysteria scripturarum; et clamorem peculiaris populi nostri, Romani videlicet, hoc humiliter supplicantis, ac nos ad instar Moysi et Aaron per proprios et solemnes nuntios ad hoc specialiter destinatos orantis pro toto Christiano populo et dicentis: *Domine aperi eis thesaurum tuum fontem aquae vivae*, desiderantes benignius exaudire; — volentesque quamplurimos hujusmodi indulgentiae fore participes, cum pauci multorum respectu propter vitae hominum brevitatem valeant ad annum centesimum pervenire: de fratrum nostrorum consilio praedictam concessionem ejusdem indulgentiae ex suprascriptis et aliis justis causis ad annum quinquagesimum ducimus reducendam. Er verordnet dann für das Jubeljahr, ut universi Christifideles, qui vere poenitentes et confessi — Petri et Pauli Apostolorum basilicas et Lateranensem ecclesiam — visitaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum veniam consequantur, ita videlicet, ut quicunque voluerit indulgentiam hujusmodi assequi, ad minus triginta, si Romani: si vero peregrini aut forenses modo simili XV diebus ad praedictas Basilicas et Ecclesias accedere teneantur. Adjicientes, ut ii etiam, qui — post iter arreptum impediti legitime, quo minus ad urbem illo anno valeant pervenire, aut in via, vel dierum praetaxato numero non completo in dicta urbe decesserint, vere poenitentes et confessi, eandem indulgentiam consequantur.

f) Ueber den großen Zulauf ſ. *Matteo Villani* I. *c.* 56 (*Muratori Scriptt. Rer. Ital.* XIV, *p.* 56), *Heinr a Rebdorff ad ann.* 1350. *Prima Vita Clementis* VI b. *Baluz.* I, *p.* 256. Vgl. Limpurgiſche Chronik (von einem Zeitgenoſſen) Wetzlar 1720. 8. S. 16:

verlegte es (1389) auf jedes drey und dreyßigste Jahr g). Daher holte Bonifacius IX es 1390 nach, aber dieser habsüchtige Papst, damit nicht zufrieden, ließ nicht nur in den zunächst folgenden Jahren den Jubelablaß außerhalb Roms feil bieten, sondern darauf auch mit Ablassen von den verschiedensten Nahmen einen ärgerlichen Handel treiben h).

»da ging Annus Jubilaeus an zu Weihnachten — und lieffen die »Leute gen Rom. — Und die auch von Rom kamen, wurden eins »Theils böser, als sie vor gewesen waren.«

g) Die Bulle v. 8ten Apr. 1389 b. *Eus. Amort de indulgentiis* P. I p. 84: Nos considerantes, quod aetas hominum amplius solito in dies labitur pauciores, et desiderantes, quam plurimos participes fieri indulgentiae memoratae, cum plurimi ad annum quinquagesimum propter hominum vitae brevitatem non perveniant, — ac intendentes, quod anno tricesimo tertio Salvatoris Domini nostri Jesu Christi ipse Salvator noster pro nobis aeterno Patri Adae debitum solvit, — et quod mysterio hujusmodi XXXIII annorum — plura etiam alia et grandia divinarum scripturarum mysteria adaptari possunt, — et aliis justis causis ad annum tricesimum tertium reducimus etc. Die wahre Ursach war aber der Wunsch, die aufrühreriſchen Römer zu begütigen s. *Spondani annall. eccl. ann.* 1389 *no.* 3.

h) *Theod. a Niem de schism.* I c. 68: innumerabiles peregrini toto illo anno (1390) — ad urbem venerunt, unde et maxima offertoria Ecclesiis et Basilicis urbis per visitatores data fuerunt, ex quibus aliquae reparationes ipsarum Ecclesiarum factae fuerunt, sed residuum et major pars ad manus Bonifacii et quorundam aliorum devenit. Ipse etiam Bonifacius hujusmodi offertoriis non contentus, licet ad maximas summas ascenderent (erat enim insatiabilis vorago, et in avaritia nullus ei similis), ad diversa regna misit quaestuarios vendendo dictam indulgentiam offerentibus tantum, quantum essent expensuri in via, si propterea ivissent ad urbem: et hujusmodi exactores seu quaestuarii etiam maximas summas pecuniarum a simplicibus seu barbaris subtiliter extorserunt, ita quod aliquando in uno regno,

Wie dieſer Ablaßhandel oft mit der roheſten Habſucht betrie-

seu in una provincia hujusmodi venditionibus ultra centum millia florenorum reportarunt, quia omnia peccata etiam sine poenitentia ipsis confitentibus relaxarunt, super quibuslibet irregularitatibus dispensarunt interventu pecuniae, dicentes, se omnem potestatem habere super hoc, quam Christus Petro ligandi et solvendi contulisset in terris. Et per hoc ipsi quaestuarii impinguati, dilatati, ingrossati, et cum multis pulchris equis et decenti familia redeuntes ad urbem, ipsam de recollectis per eos taliter rationem Pontifici fecerunt, sed aliquos eorum, quos comperit infideliter egisse, carceribus intrudebat: nonnulli eorum mala morte perierunt, aliqui vero sibi ipsis mortem conciverunt, quidam furore populi in petias (*en pièces*) secti fuerunt etc. — *Magnum Chronicon Belgicum* (in *Rerum German. Scriptt. ed. Pistorius-Struve* T. III p. 363): Postquam annus Jubilaeus — transiit, Dominus Bonifacius unum annum sub anni Jubilaei urbis Romae indulgentiarum forma Coloniensi civitati concessit; ita ut venientes Coloniam, vel ibidem habitantes, illo anno durante visitantes certas Ecclesias ad hoc directas cum oblationibus suis possent consequi indulgentias, quae visitantibus urbem Romanam in anno Jubilaeo concessae erant, videlicet plenissimam remissionem omnium peccatorum. Quo anno elapso similis annus concessus est ab eodem Domino Bonifacio sub eadem forma civitati Magdenburgensi. Et ad utramque harum civitatum missus est collector Papae, qui certam partem recepit oblatorum. Deinde indulgentias similes concessit visitantibus alias nonnullas civitates Germaniae ad certos menses. Unde in Misnia et Praga ex hujusmodi concessione concursus magnus populorum fuit. Deinde idem concessit multis locis Almanniae, ut visitantes certas istorum locorum Ecclesias consequerentur indulgentias similes, quae erant quondam concessae tali vel tali loco, seu tali vel tali Ecclesiae, quae in ipso privilegio concessionis exprimebatur (vgl. die folgende Bulle). — Et in omnibus privilegiis concessionum praedictarum ponebatur clausula *porrigentibus manus adjutrices*, ita ut hujusmodi indulgentias, nisi qui ipsis locis vel ecclesiis

manum porrigeret adjutricem, nemo consequi posse videretur. Unde quidam concessiones hujusmodi magis non magni faciebant, ut quas pro lucro magis, quam ex zelo, tum institutas a Papa suspicabantur. Welchen Antheil der Camerarius des Papstes Balthasar Cossa, der nachmalige Johannes XXIII, an diesem Handel hatte, s. *Theod. de Niem de vita Joh.* XXIII (in *Meibomii Rer. Germ. T.* I *p.* 7 u. *v. d. Hardt Conc. Const. T.* II *p.* 340 *ss.*): Nec istis lucris contentus, sed amplius ditari satagens, quosdam eloquentes et audaces apostatas de Spoleto in vicinis partibus oriundos, quos Italici Exiretanos appellant, et nuncios dicti Bonifacii ad praedicandas in Almania, Dacia (Dänemark), Suecia, et Norwegia, et adjacentibus provinciis indulgentias et peccatorum remissiones de omni peccato largissimas fieri procuravit. Qui me saepe audiente publice praedicarunt, quod etiam s. Petrus, si viveret, majorem remissione peccaminum potestatem non haberet, quam ipsi ab eodem Bonifacio receperunt ad salutem animarum illorum, quibus illi eandem remissionem communicarent, et quod omnia, quae ipsis darentur ratione indulgentiarum hujusmodi, in succursum Imperatoris Constantinopolitani, qui et sui subditi Christiani per Turcos tunc essent oppressi gravissime, mitterentur. Qui quidem quaestores cum magna copia ad Germaniam pervenientes, et primo in Suevia in dioecesi Constantiensi notabiliora hospitia in locis et oppidis insignibus pro se receperunt, et banderium (Pannier) Romanae ecclesiae cum clavibus s. Petri depictum die immediate sequenti post jucundum illic eorum adventum extra fenestras extenderunt: intrantes autem cum magno apparatu illic majorem ecclesiam aut principalem, major eorum in ipsa ecclesia in altiori loco prope altare sedile cum tapetis pulcris per suos ministros ad id deputatos sibi fecit apparari cum panno nobili de serico etiam superius extenso. — Solennem benedictionem ille major nuntius populo dedit, et per aliquos Episcopos titulares illud mel sequentis sermonis ibidem in publico fieri fecit, intimando simplicibus ibidem tunc congregatis, ut eos levius decipere necnon pecunias reportare possent, indulgentias et remissiones peccaminum antedictas: et semper in eisdem sermonibus pu-

blice dicebatur, quod ipse major nuncius super omni irregularitate ac peccato posset dispensare, ac ipsa peccata remittere, ac etiam parentum animas eorundem offerentium ipsis de purgatorio liberare, et ultra hoc quicquid posset Papa de plenitudine potestatis, id idem ipsi possent, et etiam aliquid amplius, si expediret. Et si aliquis eis in hoc forsan contradixit, illum haereticum aut schismaticum, necnon Apostolicae sedi rebellem nominabant, et modis omnibus persequebantur, et quod infra paucos dies in praefata curia coram praedicto Bonifacio, pro meritis digna recepturus personaliter compareret, ignominiose citarunt, et per hoc Praelatos ecclesiasticos et alios terruerunt, quod istis — se opponere non audebant. — Sicque ultra centum millia florenorum auri ipsi nuncii infra biennium per illos modos in eisdem partibus collegerunt. Der principalis nuntius, Antonius de Roma, ging dann nach Bologna, um dem Balthaſar, der indeß Cardinal u. Legat in Bologna geworden war, Rechnung abzulegen: dieſer ließ ihn aber gefangen ſetzen, und auch das Geld abnehmen, was er unterzuſchlagen dachte, cum quo sperabat se empturum aliquam pinguem cathedralem ecclesiam vel abbatiam a Bonifacio saepedicto. Videns autem se hujusmodi spe fraudatum, tanquam desperans in carceribus ipsis mortem sibi conscivit, se ipsum quadam chorda, qua cingebatur, quadam nocte jugulando. Am Ende, nachdem genug gewonnen war, ſuchte Bonifacius die Ehre des apoſtol. Stuhles dadurch zu retten, daß er die ertheilten Ablaſſe als erſchlichen ſämmtlich zurücknahm (eben ſo wie er mit den Expectativen verfuhr, *Theod a Niem* II, *c.* 9, ſ. oben §. 103 not. g), ſ. die Bulle v. 22 Dec. 1402 in *Statuta Synodalia a Wenceslao Episc. Wratislav. ann.* 1410 *publicata ed. a J. Chr. Friedrich, Hannoverae* 1827 *p.* 11: Intenta salutis operibus sedis apostolicae circumspecta benignitas — interdum aliqua per importunam petentium instantiam, quaedam autem per surreptionis malitiam vel fraudem vel quemvis modum illicitum impetrata statuit vel indulget, demum vero in ejus notitiam his deductis ac utilitate publica suadente ea reformat in melius. So werden die folgenden Caſſationen begründet. U. a. Item revocamus et annullamus omnes et singulas indulgentias, in quibus continetur *a poena*

den wurde i), so mischte sich auch fortwährend der Betrug in denselben. Dem Papste Clemens VI scheint von dem Eigennutze der Römer für das Jubeljahr 1350 sogar eine falsche Ablaßbulle untergeschoben zu seyn k): besonders erhielt

---

et a culpa, vel *plena indulgentia omnium peccatorum suorum*, et alias, quae concessae sunt sub formis indulgentiarum ecclesiarum urbis, anni jubilaei, vel s. Sepulchri dominici, s. Michaelis de monte Gargano, s. Jacobi in Compostella, et s. Marci de Venetiis, s. Mariae de Angelis, alias in Portiuncula, s. Mariae de Collomadio, et omnes alias, quae factae sunt ad instar indulgentiarum quibusvis aliis ecclesiis concessarum, et volumus, quod nullius sint roboris vel momenti, etiamsi in litteris apostolicis, super dictis indulgentiis confectis, contineretur talis clausula, videlicet: *et si contigerit revocari per nos indulgentias in genere vel in specie, quod indulgentiae ipsae per easdem litteras concessae non intelligantur revocatae.*

i) So als der Cardinal Albornoz 1356 in Italien das Kreuz predigen ließ (vgl. oben §. 99 not. c) *Matteo Villani* VI, c. 14: E incontanente l'avarizia de' Cherici cominciò a fare l'uficio suo, e allargarono colla predicazione la indulgenza oltre alla commessione del Papa. E cominciarono a non rifiutare danajo da ogni maniera di gente, compensando i peccati e voti d'ogni ragione con danari assai, e pochi, come gli poteano attrarre. E per non mancare alla loro avarizia, sommoveano nelle Città, e ne' Castelli, e nelle Ville ogni femminella, ogni povero, che non havea danari, a dare pannilini, e lani, e masserizie, grani, e biade. Niuna cosa rifiutavano, ingannando la gente, con allargare colle parole quello, che non portava la loro commessione. E così davano la Croce, e spogliavano le Ville, e le Castella più che non poteano fare le Città. Balthasars Cossa Ablaßhandel oben not. h.

k) Es ist die Bulle *Ad memoriam*, welche schon zwey Zeitgenossen Peter v. Herentals, Prior des Prämonstratenserklosters Fleury (*Quinta vita Clementis* VI in *Baluz. Vitae PP. Aven.* I, p. 312), und Albericus de Rosate (*Dictionarium juris s. v. Jubilaeus annus*) mittheilen. Ihre auffallendsten Stellen

aber der Betrug freyen Spielraum, als Bonifacius IX nach

ſind: Item concedimus, quod, si vere confessus in via morte praeveniatur, ab omnibus peccatis suis sit immunis et penitus absolutus, et nihilominus mandamus Angelis paradisi, quod animam illius a purgatorio penitus absolutam ad paradisi gloriam introducant. — Cum autem fideles praedicti ita devote praedicta compleverint, ostendetur eis ex mandato nostro sudarium Domini nostri Jesu Christi, quo viso ab omnibus peccatis suis sint absoluti et indulgentias habeant ab eisdem. Nosque ex parte D. N. Jesu Christi, cujus sumus in terra Vicarii, reducimus eos ad statum, quo erant die illo, quo baptismum receperunt, de gratia speciali. In Beziehung darauf ſagt *Jo. Wessel* († 1489) in *Epist. ad M. Jac. Hoeck* (*Farrago rerum theologicarum Vitemb.* 1522. 4. *fol.* XXXIX *b.* u. in *Goldasti Monarchia T.* I *p.* 581): Neque parum horrori mihi est verbum tuum illud, quo mones, quod magis quam pro ratione mihi esse debet auctoritas Papae. Numquid Parisiensi Facultati theologicae non dico ratione majus fuit, immo numquid fuit pro ratione Clementis Papae auctoritas, quando temeritatem illius angelis praecipientem reprehenderunt et correxerunt? quando cruce signatis ad eorum vota tres vel quatuor animas ex purgatorio quas vellent elargiebatur? item quando indulgentias a poena et culpa publicabat? Horum tamen errorum hodie plumbatae bullae reperiuntur. Nachdem *Joh. Hoornbek Examen Bullae Papalis, qua Innocentius* X *abrogare nititur pacem Germaniae. Ultraj.* 1653. 4. *p.* 273 *ss.* die Bulle hatte abdrucken laſſen, haben proteſtantiſche Polemiker von derſelben ſehr häufig Gebrauch gemacht. Sie iſt indeß ohne Zweifel untergeſchoben, ſ. *Baluzii Vit. PP. Aven.* I, *p.* 915 *ss. Pagi Breviar. gest. Pontiff. Rom. ed. Luc. T.* II *P.* II *p.* 86. *Chais lettres hist. et dogm. sur les Jubilés T.* I *p.* 164 *ss.* Denn 1) Albericus, welcher ſelbſt den Jubelablaß 1350 in Rom erwarb, ſchickt dieſer Bulle die Bemerkung voran: Circa praedictam indulgentiam alias formas habui, quae an fuerint apostolicae ignoro, tamen sunt pulchrae et ideo eas hic describo: und ſagt hinterher: Haec forma, sicut puto, non fuit bullata, nec confirmata, nec servabatur tempore

1390 den Jubelablaß an allen Orten ausbieten ließ 1).

---

dictae indulgentiae, ad quam fui cum uxore et tribus filiis. 2) *Antoninus Florentinus Summae P.* III *Tit.* 10 *c.* 3 §. 6: sciendum quod in copia cujusdam bullae, quae dicitur esse Clementis, multa narrantur, quae non videntur esse de stylo Curiae, cum sint levia et exorbitantia satis. Unde licet adscribantur Clementi, non videtur verisimile illius vel alterius summi Pontificis fuisse, sed fictitie inventa. 3) Von einem Widerspruche der Sorbonne, welchen Joh. Weſſel andeutet, iſt durchaus nichts bekannt. 4) Baluze erklärt mit Recht: insulsa est compositio, fatua, demens, aliena a stylo curiae, wie ſie ſich von einem gelehrten Papſte, wie Clemens VI, nicht erwarten laſſe. Unmöglich konnte dieſer, wie hier geſchieht, allen Pfarrern erlauben, ihre Kirchen ein Jahr zu verlaſſen, alle Mönche bevollmächtigen, von ihren Aebten die Erlaubniß zur Reiſe und Reiſegeld zu erzwingen: vielmehr verräth ſich hier das Intereſſe der Römer, denen die Zahl der Pilgrimme nie groß genug war. 5) Es heißt in der Bulle: Volumus insuper et ordinamus, quod omnes Romipetae patriae Romanae, Campaniae, Tusciae, Apulegiae, Calabriae, Principatus terrae Lombardiae et Italiae usque ad Pedemontem in praefata civitate per unum mensem sequentem residentiam faciant etc. in Widerſpruch mit der ächten Jubelbulle (ſ. not. e), wonach nur die Römer dreyßig Tage zur Erwerbung des Ablaſſes bedurften. Auch hier zeigt ſich die habſüchtige Abſicht eines Römers.

1) *Bonifacii Ep. ad Episc. Ferrariensem* (b. *Raynald ann.* 1390 *no.* 2): Ad audientiam nostram — fidedignorum quamplurium relatio perduxit, quod quidam religiosi diversorum, etiam mendicantium, ordinum, et nonnulli clerici saeculares etiam in dignitatibus constituti, asserentes, se a nobis — missos, — non veras et praetensas facultates hujusmodi mendaciter simulant, cum etiam pro qualibet parva pecuniarum summula non poenitentes — ab atrocibus delictis — absolvant, male ablata certa et incerta, nulla satisfactione praevia (quod omnibus saeculis absurdissimum est) remittant; castitatis, abstinentiae, peregri-

Sofern die Päpſte ihren Ablaß willkührlich von der Erfüllung gewißer äußerer Bedingungen abhängig machten: ſofern ſie Einigen gewährten und Andern verſagten, worauf alle Gläubige gleichen Anſpruch machen durften m), ſo benahmen ſie ſich nicht mehr als Verwalter, ſondern als unumſchränkte Gebieter geiſtlicher Gnaden. Denſelben Vorwurf luden ſie auf ſich, indem ſie einzelnen Perſonen oder Gemeinheiten gewiſſe Rechte, die Allen auf gleiche Weiſe gebührten, als Privilegien verliehen n). Insbeſondere wurden die Könige

---

nationis ultramarinae — et alia quaevis vota levi compensatione commutent; de haeresi vel schismate — condemnatos, absque eo quod in debita forma abjurent, — non tantum absolvant, sed in integrum restituant; — et indulgentiam, quam felicis recordationis Urbanus P. VI — Christifidelibus certas basilicas et ecclesias dictae urbis instanti anno visitantibus concessit, — quibusvis elargiri pro nihilo ducant; — ut quasi hominibus perpetuam felicitatem in hoc saeculo polliceri conentur, et aeternam gloriam in futuro: et quaestum, quem exinde percipiunt, nomine camerae apostolicae se percipere asserant, et nullam de illo nihilominus rationem velle reddere videantur. Sie ſollen ad reddendum computum de receptis genöthigt, und eingezogen werden.

m) Die Theologen dieſer Zeit verhandeln ganz ernſthaft die Frage, weshalb der Papſt, da er es könne, nicht alle Seelen aus dem Fegfeuer erlöſe: z. B. *Summae Astesanae* (ſ. §. 116 not. a) *Lib.* V *Tit.* 40. Si Papa potest animas in purgatorio sic absolvere, saltem per modum suffragii, quare ergo non absolvit omnes solo verbo, cum talibus sit maxime compatiendum? *Resp.* Si Deus per se ipsum sic miseretur, ut semper velit timeri justitiam, multo fortius similiter Dei Minister facere debet: unde dispensatio bonorum Ecclesiae discrete et cum moderamine est facienda, et nisi ita fiat, Deus non acceptat.

n) So ertheilte Bonifacius IX 1395 der Stadt Wolfhagen das Privilegium, daß ein ſie wegen Einzelner treffendes Interdict wieder aufgehoben werden ſolle, ſobald die Excommunicirten die

von Frankreich von dem ihnen ganz ergebenen Clemens VI mit ſolchen Gnaden überſchüttet, welche zum Theil in ſittlicher Hinſicht ſehr anſtößig waren o).

Stadt verlaſſen hätten, ſ. Kopps Nachr. v. d. geiſtlichen und Civilgerichten in d. Heſſen-Caſſeliſchen Landen Th. 1 Beylagen S. 61.

d) Seine Vita von einem ſeiner Schüler in *Balbini Miscellaneis historicis regni Bohemiae Decadis* I *Lib.* IV *Tit.* 34 *p.* 43 (*Prag.* 1682 *fol.*) cf. *Balbini Epitome p.* 407 u. *Adaucti Voigt Acta literaria Bohemiae et Moraviae vol.* I (*Prag.* 1775. 8) *p.* 216.

e) *Vita* in *Balbini Miscell. l. c. p.* 45: quamvis in principio suae

praedicationis paucum populum habere videretur, et licet etiam ab aliquibus propter incongruentiam vulgaris sermonis derideretur, ſo fuhr er dennoch eifrig fort: et sic per ejus assiduam praedicationem et austeritatem correctionum primo sperebantur aures surdorum, — et post coepit populus affluere et admirabantur turbae laudantes nomen Domini etc. Im J. 1367 ging er zuerſt nach Rom, um dort zu predigen, wurde aber daſelbſt verhaftet: und die Mendicanten in Prag verkündeten ſchon in ihren Predigten: Charissimi ecce jam Militius cremabitur (*Vita p.* 51). Nachdem er zurückgekehrt war, gelang es ſeinem Eifer ſogar, ut etiam publicae meretrices de prostibulis per ejus praedicationem ad poenitentiam converterentur: und er verwandelte für ſie prostibulum Benatky (*Venetias*) nuncupatum in ein conservatorium conversarum (*Vita p.* 55). Aber endlich brachen Haß und Neid gegen ihn in Verfolgungen aus, *Vita p.* 58: malignus spiritus — Praelatos, Plebanos, Religiosos ad furorem in eum suscitavit, ita ut praedicationem sibi saepius prohiberent, et haereticum eum appellarent. *p.* 59: et verbis multis ac probrosis conviciabantur, inter caetera vero dicebant: a principio praedicationis tuae nunquam pace fruimur, sed semper disturbia multa patimur. — Quem saepius et Beghardum, et Hypocritam, et Sodomitam appellabant. — Postremo vero in tantum fuerunt in furorem concitati, quod et 12 articulos falsos et mendaces construxerunt, et eos ad Curiam Romanam — miserunt. Der Papſt befahl dem Erzbiſchofe von Prag, eine Unterſuchung darüber anzuſtellen (*Raynald ann.* 1374 *no.* 10): und erſuchte Carln IV um die nöthige Unterſtützung (*ibid. no.* 11). In dem Schreiben an den Letztern heißt es: Plurium fidedignorum relatibus nuper ad nostrum pervenit auditum, quod quidam Mileczius presbyter, olim canonicus Pragensis, sub specie sanctitatis, spiritu elationis et temeritatis assumpto, et praedicationis officio (quod sibi non competit) usurpato, multos errores non solum temerarios et iniquos, sed etiam haereticos et schismaticos, utique nimium scandalosos et periculosos, fidelibus, praesertim simplicibus, dicere, publice praedicare in tuo regno Boemiae et aliis terris tuis praesumpsit hactenus et praesumit; nonnullas personas utriusque sexus ad ejus sectam, quam

losgesprochen, starb aber bald darauf († 1374) f). Noch umfassender und feuriger rügte Matthias v. Janow (Magister Parisiensis † 1394) g) die religiösen Gebrechen sei-

---

damnabiliter inchoavit, ac in errores detestabiles et reprobandos actus — inducendo, prout in quibusdam articulis scriptis in schedula inclusa praesentibus continetur. Die Articuli sind nicht mehr vorhanden.

f) Daß er völlig gerechtfertigt starb, erhellt aus einem Diplome des streng catholischen Carls IV (*Balbini Epit. p.* 408), wo er bonae memoriae honorabilis Milicius, quondam devotus noster dilectus genannt wird.

g) Als seine in Ms. vorhandenen Schriften werden in *Balbini Bohemia docta ed. ab Raph. Ungar. P.* II (*Prag.* 1778. 8.) *p.* 178 angegeben: *De frequenti communione; Hypocrisi; Unitate Ecclesiae; Antichristo et praeceptis Domini; De abominatione in Ecclesia Dei; Regulae veteris et novi testamenti. Cochlaeus hist. Hussit. lib.* VI. *p.* 227 führt auch eine Stelle aus *Mag. Parisiensis liber vitiorum* an. — Nun sagt Theobald (Hussitenkrieg Th. 1 Cap. 2) des Matthias Schrift de Antichristo sey fälschlich unter Hussens Schriften gekommen, und in dessen Opp. gedruckt worden. Demnach hält Schröckh Th. 34 S. 372 den Liber de Antichristo et membrorum ejus anatomia in *Historia et monumenta Jo. Hus atque Hieron. Pragensis Norimb.* 1715. *T.* I *p.* 423 für ein Werk des Matthias, aber, wie sich gleich ergeben wird, wohl mit Unrecht. — In jener Sammlung gehört, was noch gar nicht bemerkt ist, zuvörderst die Schrift *De sacerdotum et monachorum abhorrenda abominatione desolationis in Ecclesia Christi. T.* I *p.* 473 dem Matthias an: denn *Jo. de Przibram* citirt 1430 in seiner *Professio*, hinter *Cochlaei hist. Hussit. p.* 528, eine Stelle aus Mag. Parisiensis lib. de abominatione c. 83, welche sich genau in jener Schrift c. 82 wieder findet. Matthias muß dieselbe i. J. 1392 geschrieben haben: denn nach p. 513 war die Schrift de novissimorum temporum periculis (Abth. 2 §. 69 not. e) damals vor 136 Jahren verfaßt. — In dem *lib. de abominatione* citirt nun der Vf. auch an mehreren Stellen seinen *Tract. de Antichristo*: und aus diesen Citaten

ner Zeit, drang auf lebendige innere Religion, und eiferte gegen mechaniſchen Gottesdienſt, gegen die weltliche Richtung des Clerus und das heuchleriſche Treiben der Mönche h).

---

geht hervor, daß wir denſelben nicht in dem Lib. de Antichr. et membrorum ejus anat. zu ſuchen haben, ſondern wahrſcheinlich einen Theil deſſelben in dem Fragmente *De mysterio iniquitatis Antichristi* (*Hist. et monum. Jo. Hus. T.* I *p.* 603 *ss.*) beſitzen: vgl. p. 512. 557 mit 610; p. 515 mit 611; p. 586 mit 612. (Auch das zweyte Fragment De revelatione Christi et Antichristi p. 615 ss. dürfte dem Matthias angehören, vgl. das Citat p. 476 mit p. 621). Dafür ſpricht auch der Auszug in Flacii catal. test. verit. no. 316. Flacius beſaß ſowohl des Joh. Militius als des Matthias lib. de Antichristo.

h) *Matthiae lib. de Sacerdotum et Monachorum abhorrenda abominatione desolationis in Ecclesia Christi* in *Hist. et monum. Jo. Hus T.* I *p.* 473 *ss.* *Cap.* 1: Notanter dicit hic Propheta (*Hos.* 5, 1), Sacerdotes esse laqueum factos speculationi, i. e. custodiae populi Dei. Et ista est horrenda abominatio in templo, quod populus, a quibus deberet custodiri, ne labatur in idololatriam vel peccatum, illi facti sunt ei laqueus ad capiendum: et per quos deberet educi de laqueis, ab illis involvitur ad laqueos. Non enim tantum propter nostram indignam conversationem et contagiosam nos, o sacerdotes, facti sumus laqueus custodiae Christianorum, sed quod est majus, — dum loquimur in ambone, praesertim ea de causa, quod communiter accidit, puta quod quidam sacerdotes sua opinata affirmant, — idem alii quidam ex adverso positi negant. — *Cap.* 3: illa nocentissima abominatio in Dei Ecclesia, puta controversia inter Sacerdotes, et maxime tunc et manifeste [invaluit], quando Religiosi falsi sunt multiplicati per Ecclesiam et invaluerunt. — Ubicunque nondum manent Religiosi, vel non visitant ibidem communiter, ibi stant bene Sacerdotes concorditer ad invicem, et plebs est sine distractione et dissensione. — *Cap.* 21: Vae, vae illis, qui faciunt multas promissiones in populis, et excogitant atque adinveniunt multas justificationes peccatoribus! — Veluti est promissio multarum indulgentiarum in festis suis vel

locis, ut habeant per hoc nomen, et prae aliis accursum et applausum populorum: promissio literarum ab omni poena et culpa, promissio communionis fraternitatum, et omnium orationum vel Missarum, vel aliorum bonorum, quae per confratres exercentur etc. — quae nec ipsi certi sunt, si acceptabilia sunt Deo, imo plus odibilia Deo. — *Cap.* 30: Veruntamen, salvo judicio meliori, ego puto coram Domino dulcissimo Jesu crucifixo, tunc illa omnia habuisse suum initium, quando Dominus Apostolicus contraxit ad se omnia beneficia et officia Ecclesiae, pro sua voluntate dispensando, et incepit dispensatione beneficiorum totius Ecclesiae occupari, atque distributione, bonorum temporalium se ipsum aggravare, et conferre multa privilegia, et exemptiones ab obedientia infinitis personis, — puta ut essent sibi soli subjecti, et a suis immediatis Praelatis exempti, — habentes potestatem super terrenos (*leg. alienos*) subditos confessiones audiendi, et auctoritatem praedicandi quae volunt, et per consequens impediendi Dominos Curatos, et Ordinem sanctissimum conturbandi, alios Ordines excogitando. — (Satan) abduxit Christianos — a primaeva ipsorum dignitate et sanctitate — ad quandam mirabilem simulationem, et Deo nimis abominabilem conversationem, compositam ex vitiis et speciebus sanctitatis, religionis et virtutum, facietenus solum apparentium splendidae et laudabiles apud homines, sed nequaquam apud Deum. Ita dico, abduxit spiritualiter et successive a virtutibus pulcherrimis et dulcissimis, et a rigore ipsarum ad quandam vanitatem vitae, et tepiditatem abominabilem solum consuetudinum et rituum Ecclesiae Romanae, similiter in facie bene apparentium, sed in veritate Dei mortuorum, et desolatorum a Spiritu Jesu crucifixi: ita ut omnia fere Christianorum jam decora et honesta, sint solum quasi pulchra imago exterius picta sine spiritu et vita, sint quoque justitia hominum propria, nimis remota a justitia Dei. — Seduxit, inquam, tali modo — populum Christianum, ut omnia turpia et omnia vitia, quae in primitivo populo tantum erant horribilia et abusiva, — sint usitata, — excusata. — Et non solum hoc, sed etiam viceversa, qui alienant se strenue ab exercitio talium et a contubernio propter Domini Jesu timorem et amorem, mox a vulgo Christiano hujus mundi conviciantur et confunduntur, et nota pes-

sima singularitatum vel haeresum criminantur: propter quod les homines devoti, qui similia vulgo profano non agunt, chardi vel Turlpinii, aut aliis nominibus blasphemis comm ter jam nominantur. — *Cap.* 37: Dei Ecclesia nequit ad pri nam suam dignitatem reduci, vel reformari, nisi prius on fiant nova. — Credo, — quod jam tunc surget novus popu secundum novum hominem formatus, qui secundum Deum c tus est: ex quo novi clerici et sacerdotes provenient et a mentur, qui omnes odient avaritiam et gloriam hujus vitae, conversationem coelestem festinando. — Verumtamen Dom piissimus Jesus Christus hoc opus, puta innovationis Eccle suae, jam in nostris temporibus, i. e. a 50 vel 70 annis, c pit valde accelerare, exerbens sua judicia manifesta in C stianis per orbem universum. — *Cap.* 60: Ad hoc compa dum (quod fieret aestimatio communis, — quod bene Deo vitur - fruendo pace et deliciis hujus vitae), Diabolus omnem ligiositatem in Ecclesia multiplicat in conventibus et perso et per consequens omnem sanctitatem et faciem pietatis et tiae in verbis et habitu exteriori, sed omnia solum ad extra secundum faciem corporalem, et sine spiritu Jesu crucifi Multiplicavit insuper — omnem decorem et honestatem in clesiasticis, vel saltem illa omnia accepit sibi in adminicul seducendi Christianos ad amorem hujus saeculi. — Inde eti idem Satan — multiplicavit promissiones infinitas, et magnas Dei Ecclesia peccatoribus et amatoribus talibus hujus saec justificationes multas inventitias humanas, aut ipsas conver ad suam fortiorem deceptionem, ut Christiani in illis sibi fia direntur, et constituerent suam spem salutis, non habentes Jesum crucifixum fidelem charitatem et ad proximos, et habe tes vitam totaliter carnalem. — Item ob id permisit vel proc ravit fieri — scientias adinventitias et recentes, quae aequal ter vel magis quam scientia Dei — sunt autenticae, tremenda et maximae auctoritatis. — Multiplicata sunt ad haec manda et cerimoniae hominum infinitae, et ut tantum essent tremen et tantae auctoritatis, quemadmodum Dei summi praecepta praedicantur et docentur, et cum magna districtione imperantu — Multiplicata sunt quoque multa incerta corporalia, simplic

ter nullam virtutem in se ipsis habentia, nullam efficaciam salutis, nullam sanctitatem Spiritus Jesu, nullam auctoritatem ex Deo vel Scripturis, quae quia sunt in se recentia et nova, et splendida coram hominibus, et quasi stupenda, et celeberrime praedicantur, commendantur et famantur, vulgus ea accipit nimis ardue, colit et adorat strenue, tremit coram ipsis, et virtutem quandam magnam et suffragia ponit, quod in talibus corporalibus — et per talia sit Deus colendus et inquirendus. — *Cap.* 82: Hypocritae, et maxime sacerdotes amici hujus saeculi, habent illud de more, quod sanctos Dei, qui sunt in caelis, multum nimis solemnisant et extollunt: sanctos vere Christianos secum adhuc in hac vita pauperes et humiles contemnunt et persequuntur. — Sanctorum in caelis ossa et reliquias sumptuose procurant auro, et serico contegunt, sed pauperes sanctos degentes cum eis in hac vita admittunt fame et siti cruciari, et nudos pati gelu et frigora. — Et hoc commune est apud ipsos, illustres viros et sanctos mortuos laudare et glorificare supra modum, sanctos vero illustres et conviventes vituperare, et ipsorum facta virtuosa detractione obnubilare. — Sanctos tamen jam in coelis singulariter hypocritae sacerdotes saeculares libenter pro eo diligunt et solemnisant, quia in nomine ipsorum multa et magna bona a populis Christianis sortiuntur, habentes pingues praebendas, et altaria, multa offertoria, multa festa, multas distributiones pro nomine et in nomine Sanctorum jam in coelis. Nam simili causa allecti et animabus in purgatorio faciunt multa obsequia, et valde promovent ad populum facienda. — *Cap.* 83: Die Mulier ebria de sanguine Sanctorum (*Apoc.* 17, 6) deutet er de multitudine hypocritarum, qui secundum communem consuetudinem nunc Ecclesiae vocantur Religiosi. — Nulli etenim magis proprie comedunt peccata populorum, sicut ipsi, et bibunt et inebriantur. — In isto tamen valde talium ebrietas sanguinis ostenditur evidenter, puta quod in tantum placet ipsis peccata populorum comedere et potare, quod otiosam vitam et quietam continuantes, accipiant multas oblationes et donaria magna tradita pro peccatis, quod non audent hominibus peccatoribus annunciare peccata ipsorum vel aggravare, quinimo magis peccatis blandi-

Mit Recht ſind dieſe Männer ſpäter als Huſſens Vorläufer betrachtet worden i): die Meinung aber, daß ihre Be-

---

untur et excusant. — Non enim facile audebunt hominibus displicere hi qui — de gratia sola expectant sibi aliquid projiciendum a plebeis alienis. — Et ex eadem necessitate compelluntur violare veritatem Jesu crucifixi et virtutem apud populum blanditiis etiam solum pro pugillo hordei et fragmine panis. Hoc autem non facile contingit ordinario Sacerdoti, qui de certa Ecclesia potest habere et suam vitam i. e. victum et amictum. — Et super hoc amplius vigilare eos oportet omni speciei religionis et pietatis, utpote templis eorum de magno sumptu et adornatissimis omni supellectile pulcherrima et delectabili in aspectu populorum, ita ut omnia sint munda coram hominibus ordinata, quatenus perinde extrahendi a plebibus alienis magis donaria et multam eleemosynam, multam haberent occasionem et nimium coloratam. — Insuper — habent communiter necesse multiplicate loqui de orationibus, cantare, ornate in suis pulchris templis, multiplicare missas etc. — Daher auch bey ihnen multae festivitates gloriosae sanctorum Dei in coelis, — multae sanctorum reliquiae, — pulcherrimae picturae et statuae, quae faciunt insignia portenta et miracula magna. — Et tunc deinceps nequaquam est omittendum, quia talia omnia et cum multo additamento exquisite in populis divulgentur, — proclamentur, ut sciant Christiani, ubi vel qua suam salutem debeant providere. Enimvero indulgentiae magnae et magna promissa omnibus accurrentibus, et gratiae vix ab hominibus credibiles, alias ita autenticae, et a Dominis Apostolicis ita roboratae per testes et per bullas, quod non est plus homini de ipsis nullo modo dubitare. Nam etsi contradiceret, vel non crederet, indignationem Dei omnipotentis incurreret. Et forte plaga manifesta puniretur, sicut jam multi, inquiunt, pro simili incredulitate sunt puniti. — Et ista talia sunt multa nimis et magna per universam Dei Ecclesiam, quae omnia non redolent nisi applausum populorum, et sine virtute promissionis pietatis eorum, qui quaestum reputant pietatem etc.

i) insbeſ. von Huſſiten und Proteſtanten, unter denen ſich aber

strebungen sich an den angeblich bis dahin noch erhaltenen griechisch-slavischen Cultus angeknüpft, und namentlich gegen den Kelchraub gerich..t hätten, ist nur grundlose Vermuthung neuerer hussitischer Schriftsteller k). Nur Matthias v. Janow

---

auch eben von jener Ansicht aus manche unerwiesene Meinungen gebildet haben. So ist es traditionell geworden, daß der Erzb. Zbyniek (Sbynko) v. Prag 1410 mit Wicleffs Schriften auch die des Joh. Milicz und Matthias v. Janow habe verbrennen lassen. Die Quellen dieser Meinung sind allein: Hageks († 1553) böhm. Chronik S. 659: »Etliche sagten, es wären daneben viel »andere und mehr als des Wigleffs Bücher verbrannt;« und *Procopii Lupacii* († 1587) Calendarium hist. ad d. 16 Jul. Feruntur tum et plurimi libri esse concremati Joannis Militii, Mag. Matthiae cognomine Parisiensis etc. Indeß in dem erzbischöflichen Verdammungsdecrete, welches in Hussens Appellation erhalten ist (Hussii Opp. I p. 113), und in dieser Appellation selbst geschieht blos der Schriften Wikliffs Erwähnung, und so hat die 150 Jahr später hervortretende Sage keine Wahrscheinlichkeit, s. *Balbini Bohemia docta P.* II *p.* 178. — Joh. Milicz wird auch von den Annalisten Raynaldus, Spondanus u. Bzovius ad ann. 1374 für einen Ketzer erklärt: dagegen haben die meisten katholischen böhmischen Schriftsteller seit Balbinus die Rechtgläubigkeit aller drey oben genannten Männer vertheidigt.

k) *Paulus Stransky* de republica Bojema 1633 c. VI §. 5 (auch in Goldasti comm. de regni Bohem. juribus ed. Schminckii, Francof. ad M. 1719. fol. T. II p. 511) ist der Erste, der diese Ansicht aufstellt, ohne indeß dabey des Kelchs besonders zu erwähnen: ihm folgt zunächst *Jo. Amos Comenius* (historia persecutionum Ecclesiae bohemicae 1648 p. 19 ss. u. historia Fratrum Bohemorum 1660 ed. Buddei p. 6), welcher jene Männer zuerst zu Vertheidigern des Kelchs macht. Diesem sind alle Neuere gefolgt, insbes. Augustin Zitte in seinen uncritischen und willkührlich ausgeschmückten Lebensbeschreibungen der drey ausgezeichnetsten Vorläufer des berühmten M. Johannes Hus Prag 1786 (in d. Kurzen Lebensbeschreibungen berühmter Männer Böhmens Bd. 1), welchen auch Schröckh Th. 34 S. 566 zu sehr traut.

hat vielleicht einen Verſuch für den Abendmals-Kelch gemacht 1).

Der obigen Anſicht ſteht entgegen, daß 1) in den ältern Quellen ſich keine Spur von griechiſch-ſlaviſchem Ritus zur Zeit Carls IV und einer Verfolgung deſſelben findet, dagegen dieſer Kaiſer für den lateiniſch-ſlavoniſchen Ritus das Kloſter Emaus in Prag 1347 erbauete, vgl. Dobner in den Abhandl. der Böhmiſchen Geſellſch. der Wiſſenſch. auf 1785 S. 174 f. 1786 S. 433: und daß 2) in den zahlreichen Schriften und Verhandlungen, welche der Einführung des Kelchs durch Jacob von Miſa folgten, (mit Ausnahme der not. l. bemerkten) durchaus keine Hindeutungen auf frühere Verſuche der Art vorkommen.

1) *v. d. Hardt Conc. Const. T.* III *Prolegg p.* 20 erzählt aus den Verhandlungen der Böhmen auf dem Baſeler Concil. i. J. 1433 folgendes, was aus Mss. genommen ſeyn muß, da es ſich in den gedruckten Acten nicht findet: Johannes de Polemar, cum Rockizana in Basileensi Concilio de communione calicis contendens, in responsione sua agnoscit quidem, Pragae apud M. Nicolaum Magistrum Matthiam pro concione populo nova de sacramento quoque coenae praedicasse, ast palinodiam in Synodo Pragensi anno 1389 cecinisse, ait. In quibus tamen articulis, ut Polemarus eos refert, communionis calicis clara mentio haud facta. Unde in dubio relinquit Polemarus, an Matthias calicem populo dederit, an secus. Hoc interim certum esse ait, eum prohibitum fuisse. *Sive*, inquit, *ipse inceperit hanc novitatem praedicare, sive sub utraque specie communicare, tamen sua doctrina sive practica non habuit progressum.* Der Huſſit *Wenceslaus Pisecenus* um 1520 ſchreibt von Matthias Pariſienſis (*Balbini Bohemia docta T.* II. *p.* 178): multos eruditissimos conscripsit libros, in quibus de communione utriusque speciei pluribus egit: indeß vgl. l. c. p. 179.

§. 124.

Johann Wicliffe.

Henrici de Knyghton (Canonicus in Leiceſter, Wikliffs Zeitgenoſſe) de eventibus Angliae usque ad ann. 1395 (in *Rog. Twisdeni Scriptt. X hist. Angl. Lond.* 1652 *fol.*). — *Thomae Walsingham* (Benedictiner in St. Alban um 1440) Hist. Anglica major (in *Camdeni Scriptt. Rer. Angl. Lond.* 1574. *Francof.* 1602 *fol.*).

Die beyden Hauptbearbeitungen: *The history of the Life and Sufferings of John Wicliffe, by John Lewis, London* 1720. 8.; und *The Life and Opinions of John de Wycliffe by Rob. Vaughan, London* 1829. 2 *voll.* 8. — Zur Ueberſicht dient auch Wilh. Gilpins Biographie der bekannteſten Reformatoren vor Luther, aus dem Engl. überſ. (von Dutteuhofer) Frankf. und Leipz. 1769. 8.

Dagegen erſchien in England ein Reformator, der, von dem Unwillen eines von den Päpſten lange gemishandelten Volkes, und dem Mistrauen der Regierung gegen das von Frankreich abhängige Papſtthum begünſtigt, zuerſt mehrere kirchliche Inſtitute, dann aber das kirchliche Dogmenſyſtem einer eben ſo kühnen als unbefangenen Prüfung unterwarf.

John Wicliffe, Fellow des Mertoncollege in Oxford, durch Scharfblick und Gelehrſamkeit gleich ausgezeichnet a), trat zuerſt in den Streitigkeiten der Univerſität mit den Bettelmönchen b) als muthiger Kämpfer auf (1360), und ſprach unverholen die Verwerflichkeit dieſer Orden aus c). Als

---

a) Bey ſeinem entſchiedenen Gegner *Heinr. de Knyghton de eventibus Angliae lib.* V *p.* 2644 heißt er Jo. Wycklif – Doctor in Theologia eminentissimus in diebus illis. In Philosophia nulli reputabatur secundus, in scholasticis disciplinis incomparabilis. Seine zahlreichen Schriften verzeichnet *Lewis* p. 143 *ss.*

b) ſ. oben §. 110 not. b und c.

c) Er ſchrieb *Of the Poverty of Christ*; *Against able Beggary*;

Eduard III 1366 ſich von der ſchimpflichen Lehnsabgabe an den Papſt mit Hülfe ſeines Parlaments frey machte, vertheidigte Wicliffe eben ſo freymüthig dieſen Schritt d). Dadurch machte er ſich den Hof geneigt: er wurde Profeſſor der Theologie in Oxford (1372): und als die Regierung ernſtlicher als je die engliſche Kirche der päpſtlichen Willkühr zu entziehen ſtrebte, war Wicliffe einer der Geſandten, welche darüber 1376 in Brügge einen Vergleich mit den päpſtlichen Abgeordneten abſchloſſen e). Unter dieſen Verhältniſſen hatte er Gelegenheit erhalten, eben ſo das Verderbniß des Papſtthums f) als die ſchädlichen Wirkungen des Mönchthums zu erkennen g): und da er freymüthig ſeine Ueberzeugungen ausſprach, ſo wurde er noch 1376 wegen 19 Irrlehren bey dem Papſte verklagt. Gregorius XI ordnete eine Unterſuchung gegen ihn an h): dieſe wurde indeß durch die Gunſt der welt-

---

und *Of Idleness in Beggary*. Beſonders behauptete er: sith open Begging is thus sharply damned in holy Writ, it is a foule Error to meyntene it, but that it is more Error to seie that Christ was such a Beggar. ſ. *Lewis* p. 7.

d) *Lewis* p. 17 ss. Eine fernere Vertheidigung gegen einen Mönch der behauptet hatte, quod sit falsum et pseudoevangelicum, quod domini temporales possunt in aliquo casu legitime auferre ab Ecclesiasticis bona sua ſ. b. *Lewis* p. 363 ss.

e) *Lewis* p. 30.

f) Er nannte den Papſt Antichrist, the proud wordly Priest of Rome, and the most cursed of Clippers and Purse-kervers, *Lewis* p. 34.

g) Was er in ſeinen frühern Schriften den Mönchen einzeln vorgeworfen hatte, faßte er um 1382 in 50 Ketzereyen und Irrthümern zuſammen, b. *Lewis* p. 20 ss.

h) Die päpſtl. Schreiben v. J. 1377 an die Univ. Oxford, den Erzb. v. Canterbury u. den Biſch. v. London, und an den König von England b. *Walsingham p.* 201 *ss.* Die beygelegte Schedula mit den 19 ketzeriſchen propositiones *ibid. p.* 204 ſ. b. *Lewis*

lichen Großen, insbesondere des damaligen Regenten, des Herzogs v. Lancaster, für ihn unschädlich gemacht i).

---

p. 266: U. A. I. Totum genus hominum concurrentium citra Christum non habet potestatem simpliciter ordinandi, ut Petrus et omne genus suum dominetur politice in perpetuum super mundum. VI. Si Deus est, Domini temporales possunt legitime ac meritorie auferre bona fortunae ab Ecclesia delinquente. VII. Numquid Ecclesia est in tali statu vel non, non est meum discutere, sed dominorum temporalium examinare, et posito casu confidenter agere, et in poena damnationis aeternae ejus temporalia, auferre. VIII. Scimus, quod non est possibile, quod Vicarius Christi pure ex Bullis suis, vel ex illis cum voluntate et consensu suo et sui Collegii quenquam habilitet vel inhabilitet. IX. Non est possibile hominem excommunicari, nisi prius et principaliter excommunicaretur a seipso. XIII. Discipuli Christi non habent potestatem coacte exigere temporalia per censuras. XVI. Hoc debet catholice credi, quilibet sacerdos rite ordinatus habet potestatem sufficienter sacramenta quaelibet conferendi, et per consequens quemlibet contritum a peccato quolibet absolvendi. XIX. Ecclesiasticus imo et Romanus Pontifex potest legitime a subditis et laicis corripi et etiam accusari.

i) *Lewis p.* 50 *ss.* Bey dem zweyten Verhöre in Lambeth, wo, wie *Walsingham p.* 205 klagt, non dico cives tantum Londonienses, sed viles ipsius civitatis se impudenter ingerere praesumpserunt in eandem capellam, et verba facere pro eodem, et istud negotium impedire, übergab Wicliffe eine *Declaratio* jener Propositionen (p. 206), worin er allerdings in einigen Puncten künstlich auswich z. B. ad I: patet non esse in hominum potestate impedire adventum Christi ad finale judicium. — ad VI: Si Deus est, ipse est omnipotens. Et si sic, ipse potest praecipere dominis temporalibus, sic auferre: — sed absit ex illo credere, quod intentionis meae sit, saeculares dominos licite posse auferre, quandocunque et quomodocunque voluerint vel nuda auctoritate sua, sed omnino auctoritate ecclesiae in casibus et forma limitatis a jure. Andere vertheidigt er aber z. B. ad VIII: pa-

Durch das große päpſtliche Schisma (1378) erhielt Wicliffe ſowohl neue Aufforderung, als noch größere Freiheit, den Gebrechen der Kirche nachzuforſchen und Verbeſſerungen vorzuſchlagen. Bis dahin hatte er nur kirchliche Verfaſſungs- und Disciplinargegenſtände angetaſtet: jetzt ſchritt er noch kühner vor. Er begann 1380 die Bibel ins Engliſche zu überſetzen, und da dieſes Unternehmen alsbald als ketzeriſch angegriffen wurde, ſo vertheidigte er das Recht des Volkes auf die heiligen Schriften k). Als er im J. 1381 ſogar anfing, die Lehre von der Transſubſtantiation zu bekämpfen; ſo wurden zwar viele ſeiner bisherigen Gönner bedenklich l), aber

---

tet ex fide catholica, cum oportet dominum [*in*] omni operatione vicaria tenere primatum. Ideo sicut in omni habilitatione subjecti prius exigitur gratia et dignitas habilitati, sic in omni inhabilitatione prius exigitur dignitas ex demerito inhabilitati, et per consequens non pure ex ministerio vicarii Christi fit talis habilitatio vel inhabilitatio.

k) *Henr. de Knyghton p.* 2644: Hic Magister Jo. Wyclif Evangelium, quod Christus contulit Clericis et Ecclesiae Doctoribus, ut ipsi Laïcis et infirmioribus personis secundum temporis exigentiam et personarum indigentiam cum mentis eorum esurie dulciter ministrarent, transtulit de Latino in Anglicam linguam, non angelicam, unde per ipsum fit vulgare et magis apertum laicis et mulieribus legere scientibus, quam solet esse Clericis admodum literatis et bene intelligentibus: et sic Evangelica margarita spargitur, et a porcis conculcatur etc. Stellen worin Wicliffe ſeine Ueberſetzung vertheidigt, ſ. in *Wharton auctarium historiae dogmaticae J. Usserii de scripturis et sacris vernaculis Londin.* 1689. 4. *p.* 432 *ss.* b. *Lewis* p. 67 ss. Z. B. die Cleriker ſchreyen, it is Heresy to speake of the holy Scripture in English, and so they woulde condempne the Holy Goste that gave it in Tongues to the Apostles of Christe, as it is written to speake the Worde of God in all Languages that were ordayned of God under Heaven, as it is wrytten.

l) Er trat mit XVI conclusiones, die er öffentlich vertheidigen

Wicliffe hatte unter den Gelehrten, insbesondere in Orford, schon so viele Anhänger, daß er nicht ganz unterdrückt wer-

---

wollte, hervor, unter denen die Erste war: Hostia consecrata quam videmus in altari, nec est Christus, nec aliqua sui pars, sed efficax ejus signum (*Wood hist. et antiquitt. Univers. Oxon. lib.* I *p.* 188). Der Canzler der Universität verdammte alsbald diese Lehre (s. die *Definitio* b. *Lewis* p. 268): aber Wicliffe appellirte an den König. Et post appellationem advenit nobilis Dominus, Dux Lancastriae, — prohibens Magistro praedicto Johanni, quod de caetero non loqueretur de ista materia. Sed nec ipse contemperans suo ordinario Cancellario, nec tam strenuo Domino incepit *Confessionem* quandam facere, in qua continebatur omnis error pristinus, sed secretius sub velamine vario verborum, in qua dixit suum conceptum, et visus est suam sententiam probare. Sed velut haereticus pertinax refutavit omnes Doctores de secundo Millenario in materia de sacramento Altaris, et dixit, omnes illos errasse praeter Berengarium, — et ipsum et suos complices; dixit palam Sathanam solutum et potestatem habere in Magistro Sententiarum et in omnibus qui fidem Catholicam praedicaverunt (s. *Lewis p.* 271). Die *Confessio* b. *Lewis p.* 272: Saepe confessus sum et adhuc confiteor, quod idem corpus Christi in numero quod fuit assumptum de Virgine, quod passum est in cruce, — est vere et realiter panis sacramentalis: — cujus probatio est, quia Christus, qui mentiri non potest, sic asserit. Non tamen audeo dicere, quod corpus Christi sit essentialiter, substantialiter, corporaliter vel identice ille panis. — Credimus enim, quod triplex est modus essendi corpus Christi in hostia consecrata, scil. virtualis, spiritualis et sacramentalis. Virtualis, quo benefacit per totum suum dominum [*leg. dominium*] secundum bona naturae vel gratiae. Modus autem essendi spiritualis est, quo corpus Christi est in Eucharistia et Sanctis per gratiam. Et tertius est modus essendi sacramentalis, quo corpus Christi singulariter [*est*] in hostia consecrata. Sed praeter istos tres modos essendi sunt alii tres modi realiores et veriores quos corpus Christi appropriate habet in coelo, scil. modus essendi substantialiter, cor-

den konnte. Courtney, Erzb. v. Canterbury, verdammte auf einem Concile in London (May u. Juni 1382) eine Reihe von Wicliffiſchen Sätzen als ketzeriſch [m]; auch der König

---

poraliter et dimensionaliter. Et grosse concipientes non intelligunt alium modum essendi naturalis substantiae praeter illos. Illi autem sunt valde indispositi ad concipiendum arcana Eucharistiae, et subtilitatem scripturae. Dieſe Anhänger der Transſubſtantiation werden als secta cultorum accidentium, cultores signorum bezeichnet, und durch mehrere Stellen aus den Kirchenvätern widerlegt. Der Schluß: Vae generationi adulterae, quae plus credit testimonio Innocentii vel Raymundi, quam sensui Evangelii capto a testibus supradictis. Idem enim esset scandalizare illos in isto, et imponere eis haeresim ex perversione sensus scripturae, praecipue et iterum de ore perverso Apostatae accumulantis super Ecclesiam Romanam mendacia, quibus fingit, quod Ecclesia posterior priori contraria correxit fidem, quod sacramentum istud sit accidens sine subjecto, et non verus panis et vinum, ut dicit Evangelium cum Decreto. Nam teste Augustino tale accidens sine subjecto non potest sacerdos conficere. Et tamen tantum magnificant sacerdotes Baal mendaciter, indubie juxta scholam patris sui, consecrationem hujus accidentis, quod reputant missas alias indignas audiri, vel dissentientes suis mendaciis inhabiles alicubi graduari: sed credo, quod finaliter veritas vincet eos.

m) ſ. *Mansi* XXVI, p. 695. Als *Conclusiones haereticae* werden verdammt: I. Quod substantia panis materialis et vini maneat post consecrationem in sacramento altaris. II. Item quod accidentia non maneant sine subjecto post consecrationem in eodem sacramento. III. Item quod Christus non sit in sacramento altaris identice, vere et realiter in propria praesentia corporali. IV. Item quod si Episcopus vel sacerdos existat in peccato mortali, non ordinat, conficit, nec baptizat. V. Item quod si homo fuerit debite contritus, omnis confessio exterior est sibi superflua vel inutilis. VI. Item pertinaciter asserere, non esse fundatum in Evangelio, quod Christus Missam ordinaverit. VII. Item quod Deus debet obedire Diabolo. VIII. Item quod

si Papa sit praestigiator et malus homo, ac per consequens membrum Diaboli, non habet potestatem supra fideles Christi ab aliquo sibi datam, nisi forte a Caesare. IX. Item quod post Urbanum sextum non est aliquis recipiendus in Papam, sed vivendum est more Graecorum sub legibus propriis. X. Item asserere, quod est contra sacram scripturam, quod viri ecclesiastici habeant possessiones temporales. Dann folgen 14 *Conclusiones erroneae*: I. Quod nullus Praelatus debet aliquem excommunicare, nisi prius ipsum sciat esse excommunicatum a Deo. III. Item quod Praelatus excommunicans clericum, qui appellavit ad regem et consilium regni, eo ipso traditor Dei est, regis et regni. IV. Item quod illi, qui dimittunt praedicare seu audire verbum Dei vel evangelium praedicatum propter excommunicationem hominum sunt excommunicati, et in die judicii traditores Dei habebuntur. V. Item asserere, quod liceat alicui, etiam diacono vel presbytero, praedicare verbum Dei absque auctoritate sedis Apostolicae vel Episcopi catholici, seu alia de qua sufficienter constet. VI. Item asserere, quod nullus est dominus civilis, nullus est Episcopus, nullus est Praelatus, dum est in peccato mortali. VII. Item quod domini temporales possint ad arbitrium eorum auferre bona temporalia ab ecclesiasticis habitualiter delinquentibus, vel quod populares possint ad eorum arbitrium dominos delinquentes corrigere. VIII. Item quod decimae sunt purae eleemosynae, et quod parochiani possint propter peccata suorum curatorum eas detinere, et ad libitum aliis conferre. IX. Item quod speciales orationes applicatae uni personae per Praelatos vel religiosos non plus prosunt eidem personae, quam orationes generales, caeteris paribus, eidem. X. Item quod eo ipso, quod aliquis ingreditur religionem privatam quamcunque, redditur ineptior et inhabilior ad observantiam mandatorum Dei. XI. Item quod sancti instituentes religiones privatas quascumque, tam possessionatarum, quam mendicantium, in sic instituendo peccaverunt. XII. Item quod religiosi viventes in religionibus privatis non sint de religione Christiana. *Error perniciosus.* XIII. Item quod fratres teneantur per laborem manuum, et non per mendicationem victum suum adquirere. *Damnatus ab Alex.* IV. XIV. Item quod

begann die Hierarchie wieder zu unterſtützen n), und Wicliffe mußte Oxford verlaſſen, und ſich auf ſeine Pfarre Lutterworth zurückziehen: indeß hier konnte er unangefochten fortfahren, gegen kirchliche Misbräuche zu eifern. Nicht lange vor ſeinem Tode († 1384) ſchrieb er den Trialogus, in welchen er die gewonnene Erkenntniß über Kirche und Theologie, gleichſam als ſein theologiſches Vermächtniß, niederlegte o).

---

conferens eleemosynam fratribus vel fratri praedicanti est excommunicatus et recipiens. Drey der vornehmſten Anhänger Wicliffes, die Oxforder Gelehrten Nicholas de Hereford, John Aston und Philip Repingdon mußten ſich perſönlich vor dieſes Concilium ſtellen; ihre Erklärungen über jene Sätze genügten aber nicht. Wikliffe klagt, daß auf jenem Concile ihm manche Behauptungen angedichtet ſeyen, namentlich die: Deus debet obedire Diabolo, ſ. *Lewis p.* 96.

n) vgl. das kgl. Edict v. 12 Jul. 1382 b. *Lewis p.* 282, wodurch den Biſchöfen die Erlaubniß ertheilt wird ad omnes et singulos, qui dictas conclusiones sic damnatas praedicare seu manutenere vellent, — arrestandos etc. und der Befehl an die Univ. Oxford v. 13 Jul. (*ibid. p.* 379), alle zu verbannen, qui quicquam praedictorum haeresium vel errorum — foverint vel defenderint, vel qui magistros Jo. Wycclyff, Nicholaum Herforde, Philippum Repyngdonn, Jo. Astonn — in domos et hospitia ausi fuerint acceptare, vel cum eorum aliquo communicare etc.

o) *Jo. Wicleſi dialogorum libri* IV *ed.* (*Basileae*) 1525. 4. (vgl. Baumgartens Nachr. von einer hall. Bibl. Bd. 5 S. 178); *ed. L. Ph. Wirth.* Francof. et Lips. 1753. 4. Wicliffe ſelbſt nennt das Werk trialogus, vgl. den Eingang: vidimus quod posset multis utilis quidam esse Trialogus, ubi primo *Alithia* tanquam solidus theologus loqueretur; secundo infidelis, captiosus tanquam *Pseudis* objiceret; et tertio subtilis theologus et maturus, tanquam *Phronesis* decideret veritatem. Inhalt: *Lib.* I de Deo et ideis (wo der Platoniſche Realismus nachdrücklich vertheidigt wird) *Lib.* II de rebus creatis (wo c. 14 ein ſtrenger Prädeſtinatianismus ausgeſprochen wird: Et sic videtur mihi probabile, quod Deus necessitat creaturas singulas activas ad quemlibet

Wicliffes Anhänger, auf welche bald der Ketzernahme

actum suum. Et sic sunt aliqui praedestinati, hoc est post laborem ordinati ad gloriam: aliqui praesciti, hoc est post vitam miseram ad poenam perpetuam ordinati. (*cf. Thomas Bradwardinus* §. 114 *not. k*) *Lib.* III de virtutibus et vitiis (*cf. cap.* 31: nulla alia scriptura capit auctoritatem vel valorem, nisi de quanto sua sententia a scriptura sacra sit derivata. — Et hinc Augustinus — saepe praecipit, quod nemo credat scriptis suis vel verbis, nisi de quanto se fundaverint in scriptura, et in ipsa, ut saepe dicit, omnis veritas implicite vel explicite continetur. Et indubie idem est judicium de scriptis aliorum sanctorum doctorum, et multo magis de scriptis Romanae ecclesiae, et doctorum novorum. — Et tunc scriptura sacra foret in reverentia, et bullae papales (sicut debent) forent postpositae, et tam leges papales, quam doctorum novorum sententiae, quae sunt post solutionem Sathanae promulgatae, forent in suis limitibus veneratae). Als Reformator der Kirche tritt Wicliffe bes. im *Lib.* IV auf, wo er von den Sacramenten ausgehend viele Misbräuche und Irrthümer in der Kirche rüget. Zuerst *de Eucharistia c.* 2–10, wo er die Meinung, quod hoc sacramentum sit accidens sine subjecto, als haeresis bestreitet. *Cap.* 2: Ipsa curia ante solutionem diaboli cum antiqua sententia planius concordavit, ut patet *Dist.* II. *c. Ego Berengarius* (s. Abth. 1 §. 29 not. k). Et sic de omnibus sanctis Doctoribus, qui usque ad solutionem Satanae istam materiam pertractarunt. A tempore autem solutionis Satanae, dimissa fide scripturae, multae haereses in ista materia, et specialiter inter fratres et discipulos eis similes, volitarunt. *Cap.* 4: Non dubium etiam laico idiotae, quin sequitur: iste panis est corpus Christi, ergo iste panis est, et per consequens manet panis, et sic simul est panis et corpus Christi. Exempla autem possunt grossa poni pro ista materia attestanda. Non enim oportet, sed veritati repugnat, quod homo, dum fit dominus vel praelatus Ecclesiae, desinat esse eadem persona: sed maneat omnino eadem substantia quoddammodo exaltata. Sic oportet credere, quod iste panis virtute verborum sacramentalium fit consecratione sacerdotis primi vera-

Lollharden übertragen wurde, gehörten meiſtens zu den

citer corpus Christi: — natura panis non ex hinc destruitur, sed in digniorem substantiam exaltatur. *Cap.* 6: Istam ergo reputo causam lapsus hominum in istam haeresim, quod discredunt Evangelio, et leges papales ac dicta apocrypha plus acceptant. *Cap.* 7: Ideo si essent centum Papae, et omnes fratres essent versi in Cardinales, non deberet concedi sententiae suae in materia fidei, nisi de quanto se fundaverint in scriptura. — *Cap.* 14 *De confirmatione*, Zweifel de ejus fundatione ex fide scripturae. — *Cap.* 15: *De sacramento ordinis*: In primitiva ecclesia — suffecerunt duo ordines clericorum, scil. sacerdos atque diaconus. — Tunc enim adinventa non fuit distinctio Papae et Cardinalium, Patriarcharum et Archiepiscoporum, Episcoporum et Archidiaconorum, Officialium et Decanorum cum caeteris officiariis, et privatis religionibus, quorum non est numerus neque ordo. De contentionibus autem circa ista, quod unumquodque istorum est ordo, et in ejus acceptione gratia Dei ac character imprimitur, cum aliis difficultatibus quas nostri balbutiunt, videtur mihi esse tacendum, cum sic loquentes nec fundant quod asserunt, nec probant. Sed ex fide scripturae videtur mihi sufficere, esse Presbyteros atque Diaconos, servantes statum atque officium, quod eis Christum imposuit, quia certum videtur, quod superbia caesarea hos gradus et ordines adinvenit. — Dixit dominus ad Aaron: *in terra eorum nihil possidebitis, — filiis autem Levi dedi omnes decimas Israel.* — Si ergo praelati nostri — fundant se in secunda parte hujus dicti dominici ad avide capiendum decimas, — cur non primam partem auctoritatis domini pro amore Christi pauperis adeo amplectuntur? *Cap.* 17: Habere civiliter, cum necessitat ad sollicitudinem circa temporalia et leges hominum observandas, debet omnino clericis interdici. Et quantum ad Sylvestrum et alios, est mihi probabile, quod in recipiendo taliter dotationem graviter peccaverunt. *Cap.* 18: Temporales domini in isto graviter peccaverunt. Et hinc credo quod justo Dei judicio taliter in suis mundanis divitiis sunt puniti. Ex hoc enim orta sunt bella, contentio et paupertas multorum saecularium dominorum. —

Unde narrant Chronicae, quod in dotatione Ecclesiae vox audita est in aëre angelica tunc temporis sic dicentis: *hodie effusum est venenum in ecclesia sancta Dei.* Unde a tempore Constantini, qui sic dotavit ecclesiam, decrevit imperium Romanum, et in ipso dominium saeculare. — Nos autem dicimus illis [dominis temporalibus], quod nedum possunt auferre temporalia ab ecclesia habitualiter delinquente, nec solum quod illis licet hoc facere, sed quod debent sub poena damnationis gehennae, cum debent de sua stultitia poenitere et satisfacere pro peccato, quo Christi ecclesiam macularunt. *Cap.* 23: *De poenitentia.* Prima est solum in animo et insensibilis, quia contritus domino confitetur. Illa autem licet sit parvipensa, est tamen virtute maxima, sine qua aliae nihil valent. Secunda vero est poenitentia aggregata ex illa, et expressione vocali singulariter facta Deo, et sic tam patres legis veteris, quam patres novi testamenti communiter sunt confessi. Sed tertia est poenitentia aggregata ex duabus prioribus, et promulgatione secreta private facta presbytero. Et ad istam poenitentiam magis attendimus propter lucrum. Utrum autem ista poenitentia tertia sit de necessitate salutis, vel qua auctoritate introducta fuerat, est dissensio apud multos. — Sed non credat aliquis, quin sine tali confessione auriculari stat hominem vere conteri et salvari, cum Petrus injunxit generalem poenitentiam. Ueber die Stelle *Matth.* 16, 19: *Quodcunque ligaveris etc.* Non videtur hoc dictum in Petro ulteriorem sapere potestatem, nisi quod omne, quod ligaverit vel solverit super terram conformiter ad Christi judicium et ecclesiae triumphantis, erit solutum et in coelis. *Cap.* 25: *De extrema unctione.* Dieß Sacrament ſey nicht in der Stelle *Jac.* 5, 14 gegründet: cum fidelis posset dicere satis probabiliter, quod ille sanctus Apostolus non specivocat infirmitatem finalem, sed consolationem faciendam a presbytero, dum aliquis infirmatur, et quia per viam naturae oleum abundans in illis partibus valet ad corporis sanitatem. Ideo talem meminit unctionem, non quod illud oleum agat in animam, sed quod oratio effusa a sacerdote devoto medicat quenquam, ut Deus infirmitati animae suffragetur. Si enim ista corporalis unctio foret sacramentum, ut modo fingitur, Christus et caeteri Apostoli

ejus promulgationem et executionem debitam non tacerent — Et sic in sacramento baptismatis, in sacramento confirmationis et cunctis aliis Antichristus ritus infundabiles adinvenit, et ad onus ecclesiae extra fidem scripturae supra fideles subditos cumulavit. Sacramenta autem alia necessaria praetermisit, ut patet de septem operibus spiritualis misericordiae, quae debent apud fideles, et specialiter presbyteros, esse sacramentum etc. *Cap.* 26: *De speciebus ministrorum:* Antichristus habet sub specie cleri procuratores duodecim contra ecclesiam Christi machinantes, cujusmodi communiter ponuntur Papae et Cardinales, Patriarchae, Archipraesules, Episcopi, Archidiaconi, Officiales, Decani, Monachi et Canonici bifurcati, Pseudofratres introducti jam ultimo, et Quaestores (davon zu unterſcheiden sacerdotes Christi, recte ejus Evangelium praedicantes. Et ista pars debet esse quasi anima corpori matris nostrae). Omnes autem isti duodecim, et specialiter praelati Caesarii et fratres infundabiliter introducti sunt manifeste discipuli Antichristi, quia libertatem Christi tollunt, ac onerant sanctam ecclesiam et impediunt, ne currat lex evangelii libere sicut olim. *Cap.* 27: *Quod fratres comminiscant haeresim in ecclesia.* Tres blasphemias de multis ostendi populo de istis fratribus in vulgari. Prima est de quidditate sacramenti altaris (nämlich quod ipsa consecrata hostia sit accidens sine subjecto); secunda de mendicatione Christi, et tertia de literis fraternitatum falsissimis (in welchen ſie vorgeben, quod personae, quibus istas concedunt, participabunt post mortem de suis meritis). Darüber bis c. 31. *Cap.* 32: *De indulgentiis*: Superbia eorum, qui Deum oderunt, ascendit semper. Ideo licet fons haeresis et peccati sit in ipso tenebrarum principio, tamen rivulus fratrum ab eo descendens nititur, ut dictum est, innaturaliter se extollere supra fontem. Fateor, quod indulgentiae Papales, si ita se habeant ut dicuntur, tunc sapiant manifestam blasphemiam. Dicitur enim, quod Papa praetendit se habere potentiam ad salvandum singulos viatores: — et nedum ad mitigandum poenas eorum, qui deliquerunt, ad suffragandum eis cum absolutionibus et indulgentiis, ne unquam veniant ad purgatorium, sed ad praecipiendum sanctis angelis, ut anima separata a corpore, indilate ipsam

deferant in requiem sempiternam. Et per fratres coloratur ista blasphemia per hoc, quod Christus est omnipotens. — Sed Papa est plenus vicarius ejus in terris, et ideo potest idem quicquid potest Christus humanitus. — Unde ad declarandum papalem potentiam pseudofratres in secretis fidei sic procedunt. Supponunt enim primo, quod in coelis sint infinita sanctorum supererogata merita, et specialiter meritum domini nostri Jesu Christi, quod sufficeret salvare mundos alios infinitos; et super illum totum thesaurum Christus Papam constituit ad secundum quod sibi libuerit dispensandum: ideo infinitum potest de illo distribuere, cum hoc remaneat infinitum. Contra istam rudem blasphemiam invexi alias primo sic. Nec Papa nec dominus Jesus Christus potest dispensare cum aliquo, nec dare indulgentias, nisi ut aeternaliter deitas justo consilio definivit. — Item quaero de illis supererogatis meritis sempiternis, in quo membro ecclesiae subjectantur? Si in Christo et membris suis, mirabile videtur, quod Papa potest a subjectis propriis illa subtrahere propter multa. Primo quia accidens non potest esse sine subjecto. Secundo quia nullus eorum illa desiderat, praeteriit illis hora merendi. Et tertio quia plene juxta suum meritum praemiatur. Quomodo ergo Papa potest per rapinam talem imaginativam facere Deo et illis injuriam? Item per deducens ad impossibile declaratur, quod si viator in tempore alicujus Papae damnábitur, ipse Papa erit reus damnationis propter hoc, quod omittit ipsum salvare etc. — In tales infinitas blasphemias involvitur infatuata ecclesia, et specialiter per caudam illius draconis, hoc est sectas fratrum, quae ad illusionem istam, et alias seductiones ecclesiae Luciferinae deserviunt. Sed eia milites Christi, abjicite prudenter haec atque fictitias principis tenebrarum, et induimini Jesum Christum, — et excutite ab ecclesia tales versutias Antichristi etc. — *Cap.* 33 bis 38 gegen die Bettelmönche. Damit iſt die mit Originalſtellen belegte Zuſammenſtellung ſeiner Meinungen bey *Lewis p.* 125 zu vergleichen, unter denen ſeine Aeußerungen gegen den Misbrauch der Meſſe, den künſtlichen Kirchengeſang, die Bilder, Weihungen von Oel, Salz, Wachs u. dgl., Canoniſationen, Wallfahrten, kirchliche Aſyle, Cölibat des Clerus u. dgl. auszuzeichnen ſind. Ketzerey definirt er p. 140

höhern und gelehrten Ständen p). Die Hierarchie wieder-

als Errour meyntened agenst holy Writt, and that in Life and Conversation, as well as in Opinion. Merkwürdig iſt auch ſeine Verwerfung des Kriegs und der Todesſtrafen.

Zu S. 114. not. u. Z. 2: Philipp hob diese Verordnung quoad beneficia Cardinalium auf Bitten seiner Gemahlinn Johanna bald wieder auf, s. Clemens VI Dankschreiben an dieselbe in d'Achery Spicileg. III, p. 723.

Ebend. zu not. w: vgl. Urbans V Constitution contra pluralitates in beneficiis v. J. 1365 in Wilkins Conc. Magn. Brit. III, p. 62, und eine andere gegen die Unionen der Beneficien v. J. 1366 ibid. p. 65.

Zu S. 206: Wie überhaupt devote Personen im Volke von den Mönchen gehaßt wurden, s. *Matthiae de Janow lib. de Sacerdotum et Monachorum abhorrenda abominatione* v. J. 1392 (s. §. 123 not. g) *cap.* 84 in *Hist. et Monum. J. Hus T.* I *p.* 590 *s.* Habent nescio quam causam latentis odii contra illos, qui sunt manifeste devoti in plebibus, utpote sunt virgines et viduae, et ex utroque sexu in paupertate cupientes Christo Jesu deservire, et ipsos miris modis subtilibus et exquisitis persequuntur, ita quod nihil boni possunt loqui de ipsis, sed conviciando et apud plebes deturpando in publico per sermones, et in privato. — Quare autem devotis pauperibus, qui sunt in plebe, male faveant — et ipsis detrahant, pessima omnium contra ipsos mentiendo, eosdem *haereticos*, *Picardos fictos*, *nequam*, et aliis quam plurimis blasphemiis lacerando, diffamando, et sic aliis lacerandum exhibendo: non bene causam aliam invenio, nisi quod hoc cupiunt, quod omnes tales, qui volunt esse devoti, ad ipsos confluerent, ut majorem laudem et quaestum perinde consequantur, seipsos per hoc commendando ad plebes. Et idcirco manifeste dicere solent, si hic vel illa cupit virgo

permanere, quare nostram religionem non intrat? quid vult facere talis in saeculo? quare non fugit ad claustra monialium vel monachorum de medio Babylonis? Sic namque communitatem vulgi sanctae Ecclesiae seculum vel mundum in comparatione ipsorum placet eis appellare, et iste modus loquendi propter ipsos vel ab ipsis totam Christianitatem pertransivit!

Zu S. 254. Z. 10 v. u.: Dieſer Bulle v. 22 Dec. 1402 (nicht 1405 wie irrig in der Ausgabe der Statuta ſteht) gedenkt auch der Zeitgenoſſe Johannes v. d. Puſſlie, ſ. Jahrbücher Johannes Lindenblatts herausgegeb. v. J. Voigt u. F. W. Schubert Königsb. 1823. S. 156.

Gedruckt bei C. F. Thormann in Bonn.

Lehrbuch

der

Kirchengeschichte

von

Joh. Carl Ludw. Gieseler,
Dr. der Philosophie und Theologie, und der Letztern ordentl. Professor in Göttingen.

Zweiten Bandes Vierte Abtheilung.

Bonn 1835
bei Adolph Marcus.

Inhalt

der dritten Periode.

Fünfter Abschnitt.

Von dem Concilio von Pisa bis zur Reformation v. 1409 — 1517.

Erstes Capitel.

Geschichte des Papstthums.

		Seite
§. 130.	Concilium zu Pisa. Alexander V. Johannes XXIII. v. 1409 — 1415.	2
§. 131.	Concilium zu Costnitz. Martin V. bis 1431.	13
§. 132.	Concilium zu Basel. Eugenius IV. bis 1447.	52
§. 133.	Nicolaus V. Calixtus III. Pius II. Paulus II. bis 1471.	101
§. 134.	Sixtus IV. Innocentius VIII. Alexander VI. bis 1503.	149
§. 135.	Pius III. Julius II. Leo X. bis 1521.	180
§. 136.	Stellung des Papstthums im Allgemeinen.	205

Zweites Capitel.

Geschichte der Hierarchie der Landeskirchen.

§. 137.	Verhältniß derselben zum Staate.	244
§. 138.	Innere Verhältnisse.	249
§. 139.	Sittlicher Zustand des Clerus.	253

Drittes Capitel.

Geschichte des Mönchthums.

§. 140.	Reformationsversuche in den ältern Orden.	271
§. 141.	Wirksamkeit der Bettelorden.	290
§. 142.	Freiere geistliche Vereine.	303
§. 143.	Neue Orden.	317

Viertes Capitel.

Innere Geschichte der Kirche.

Seite
§. 144. Scholastik. 319
§. 145. Lehre und Cultus. 327
§. 146. Religionsbildung des Volks. 343
§. 147. Kirchliche Gnaden und Strafen. 350
§. 148. Inquisition. 377

Fünftes Capitel.

Gegner der römischen Kirche.

§. 149. Aeltere schwärmerische Partheyen. 389
§. 150. Reformatorische Bestrebungen. Huß und Hieronymus v. Prag. 390
§. 151. Hussiten bis 1436. 420
§. 152. Hussiten bis 1517. 446
§. 153. Vereinzelte reformatorische Bestrebungen. 465
§. 154. Reformat. Wirkungen der wiederauflebenden Alterthumswissenschaften. 502

Sechstes Capitel.

§. 155. Ausbreitung des Christenthums. 538

Anhang.

§. 156. Vereinigungsversuche der orientalischen Kirchen mit der römischen. . . 540

Fünfter Abſchnitt

von dem Concilio von Piſa bis zur Reformation.

v. 1409—1517.

Wichtigſte Geſchichtſchreiber:

Antoninus, Dominicaner, ſeit 1446 Erzb. v. Florenz † 1459, canoniſirt 1523 (Summa historialis in III Partt. bis 1459. herausgeg. Venet. 1481. Norimb. 1484. u. ſ. w. zuletzt in Opp. omn. Florent. 1741. T. I. fol.). — *Joannes Trithemius* od. v. Trittenheim, ſ. 1483 Abt v. Spanheim, ſ. 1506 Abt v. St. Jacob in der Vorſtadt v. Würzburg † 1516 (Chronicon Monast. S. Martini Spanheimiense in Opp. Trithemii historicis ed. Marq. Freherus. T. II. Francof. 1601. Chron. Monast. S. Jacobi Majoris in J. P. Ludewig Script. rerum Herbipolitanarum, Halae 1713. Bey weitem am wichtigſten ſind Annales Hirsaugienses, ed. in Monast. St. Galli, 1690. Tomi II. fol.). — Albrecht Kranz, Lehrer d. Theologie u. des canon. Rechtes in Roſtock, dann Canonicus, endlich Decanus des Domcapitels in Hamburg † 1517. (Metropolis, eine Kirchengeſchichte v. Norddeutſchland bis 1504, cum praef. Dav. Chytraei, Vitebergae 1576. Francof. ad M. 1576. 1590. — Der politiſchen Geſchichte gehören Kranzens Saxonia, Vandalia, u. Chronicon Regnorum Aquilonarium an.)

Erſtes Capitel.

Geſchichte des Papſtthums.

Bartholomaei Platinae (eigentl. Barth. de Sacchi aus Piadina im Cremoneſiſchen, unter Pius II. päpſtl. Abbreviator, unter Paul II.

verfolgt, unter Sixtus IV. Vorſteher der Vatican. Bibliothek, † 1481) vitae Pontificum Romanorum, ed. Venet. 1479. fol. nachher ſehr oft, aber nicht immer unverändert herausgegeben. Nach der Edit. princeps ſind genau abgedruckt u. daher ſehr geſchätzt die in Holland ohne Angabe des Orts 1640. 1645 u. 1664 in 12. erſchienenen Ausgaben. Vergl. *Dan. Guil. Moller disp. de B. Platina. Altorf* 1694. 4.

§. 130.

Concilium zu Piſa (25. März — 7. Aug. 1409). Alexander V. (26. Jun. 1409 — 3. Mai 1410). Johannes XXIII. (17. Mai 1410 abgeſetzt den 29. Mai 1415).

Theodoricus a Niem (ſ. Nach. 3. vor §. 102.) *de Schismate lib. III. c. 38 ss. Ejusdem Vita Johannis XXIII.* in *Meibomii Rerum Germ. T. I. p. 5 ss.* und in *v. d. Hardt Conc. Constant. T. II. p. 336 ss.*

Leonardi Aretini (Geheimſchreiber bei Innocent. VII., Gregor XII., Alexander V. u. Joh. XXIII., dann Canzler in Florenz † 1444) *rerum suo tempore in Italia gestarum commentarius ab anno* 1378 *usque ad ann.* 1440 (in *Muratorii Rerum Italicarum Scriptores T. XIX. p. 909 ss.*).

Acten des Concils b. *Mansi XXVII. p. 1 ss.* in *d'Achery Spicileg.* I. p. 828. u. in *v. d. Hardt Conc. Constantiense, Tom.* II. *P.* II. *p.* 62 ss.

Histoire du Concile de Pise, et de ce qui s'est passé de plus mémorable depuis ce Concile jusqu'au Concile de Constance, par *Jacques Lenfant.* T. II. à Amsterdam. 1724. 4.

Die Synode von Piſa, unter deren Gliedern beſonders Petrus de Alliaco, Biſch. v. Cambray [a]), und Johan-

a) vergl. §. 104. not. a. §. 117. not. h. Er war Lehrer Gerſons und des Nicolaus de Clamengis, 1389 Canzler der Univ. Paris, 1396 Biſch. von Cambray, 1411 Cardinal (Cardinalis Cameracensis) † 1425. Ueber ſein Leben ſ. *v. d. Hardt Conc. Const. T. I. P. VIII. p.* 450 *ss.*

nes Gerſon, Canzler der Univerſität Paris b), als die Häupter der reformatoriſchen Parthey hervorragten, eröffnete ſich den 25. März 1409, ſchritt ungeachtet der Verſuche, welche Kaiſer Ruprecht zu Gunſten des römiſchen Papſtes Gregorius XII. machen ließ c), ſchon den 5. Juni zur Abſetzung beider Päpſte d), und ließ alsdann, nachdem die beabſichtigte

b) vergl. §. 105. not. c. g. Canzler der Univ. Paris ſ. 1395 † 1429. *Opp. ed. L. E. Du Pin.* Antverp. 1706. Tomi IV. fol. Tomus II. enthält die auf die kirchl. Zeitverhältniſſe bezüglichen Schriften Gerſons nebſt ähnlichen anderer Zeitgenoſſen. Ueber ſein Leben und Schriften ſ. *v. d. Hardt l. c. T. I. P. IV. p.* 26 *ss.* und *Gersoniana* vor Dupins Ausgabe.

c) *Theod. a Niem* III., *c.* 39. Die Rede des kaiſerlichen Geſandten *Ulricus Ep. Verdensis* b. *Raynaldus ad ann.* 1409. *no.* 13 *ss.* Die Antwort, welche *Petrus de Ancharano* im Namen des Concils gab, b. *Mansi* XXVII. *p.* 367 *ss.*

d) Sess. X. den 21. Mai wurden die Articuli contra Petrum de Luna, Benedictum XIII., et Angelum Corario, Gregorium XII. nuncupatos, de papatu perpetuam contendentes (b. *Raynald. ann.* 1409. *no.* 47 *ss.* *d'Achery Spicileg. T. I. p.* 833 *ss.*), eine weitläuftige Darſtellung des bisherigen Benehmens der beiden Päpſte und der Cardinäle, vorgelegt. Sess. XV. den 5. Jun. erfolgte die *Sententia definitiva et privativa contra praedictos contendentes* (*Theodor. a Niem III.*, *c.* 44. *Raynald. a. l. no.* 71. *d'Achery I.*, *p.* 847 *ss.*): Christi nomine invocato sancta et universalis Synodus universalem Ecclesiam repraesentans, et ad quam cognitio et decisio hujus causae noscitur pertinere, — pronunciat, decernit, definit et declarat, — Angelum Corario et Petrum de Luna de papatu contendentes, et eorum utrumque fuisse et esse notorios schismaticos, et antiqui schismatis nutritores, defensores, fautores, approbatores, et manutentores pertinaces, necnon notorios haereticos, et a fide devios, notorisque criminibus enormibus perjurii et violationis voti irretitos, universalem Ecclesiam sanctam Dei notorie scandalizantes cum incorrigibilitate, contumacia, et pertinacia notoriis, evidentibus et manifestis; et ex his et

Reformation durch eine feierliche Verpflichtung ſämmtlicher Cardinäle geſichert ſchien e), Alexander V. den 26. Juni zum Papſte wählen. Jetzt ſollte die Reformation folgen f), indeß mußte die Synode bald erkennen, daß ſich in Verbindung mit einem Papſte nicht reformiren laſſe. In der That ließ ſich nur von einem Papſte von mehr als gewöhnlicher Einſicht, Sittlichkeit und Kraft erwarten, daß er ſich den Einflüſterungen der ihm ſcheinbar am meiſten ergebenen Curialen verſchließen, und was ſeine Vorgänger auch für ihn, Jahrhunderte hindurch Glänzendes aufgebaut zu haben ſchienen, ſelbſt zerſtören helfen werde, ohne auch nur der Dauer ſeines Werkes und der Ehre ſeines Namens für die Zukunft ſicher zu ſeyn. Schon Alexanders erſtes Auftreten zeigte den ge-

---

aliis se reddidisse omni honore et dignitate, etiam papali, indignos; ipsosque et eorum utrumque propter praemissas iniquitates, crimina et excessus ne regnent, vel imperent, aut praesint, a Deo et sacris canonibus fore ipso facto abjectos et privatos, ac etiam ab Ecclesia praecisos; et nihilominus ipsos Petrum et Angelum, et eorum utrumque, per hanc sententiam definitivam in his scriptis privat, abjicit et praecidit, inhibendo eisdem, ne eorum aliquis pro summo Pontifice gerere se praesumat etc.

e) Sess. XVI. den 10. Jun. mußten die Cardinäle ſchwören (*Raynald l. l. d'Achery* I. *p.* 848.), quod, si quis nostrum in summum Romanum Pontificem eligetur, praesens concilium continuabit nec dissolvet, neque dissolvi permittet, quantum in eo erit, usquequo per ipsum cum consilio ejusdem concilii sit facta debita, rationalis, et sufficiens reformatio universalis Ecclesiae, et status ejus tam in capite quam in membris. Wenn die Wahl außerhalb des Cardinalscollegii falle, ſo ſolle der Gewählte vor der Publication ſeiner Wahl denſelben Schwur leiſten.

f) deren Nothwendigkeit und Gegenſtände ihm Gerſon in dem *Sermo factus coram Alex. P.* (*Opp. ed. du Pin II. p.* 131.) noch vor ſeiner Krönung dringend ans Herz legte.

wöhnlichen Papſt nach alter Weiſe ε). Er ſuchte zu beſchwich-

ε) *Gerson de modo reformandi Ecclesiam in Conc. Univ.* geſchr. 1410, *cap.* 10. (in *v. d. Hardt Conc. Const. T. I. P. V. p.* 90): Et ut sic fieret (näml. ut limitaretur potestas usurpata papalis) fuit omnino inclinatus dictus Dominus Alexander V. ante ejus Papatum, dum ageretur, ut dictum concilium celebraretur in Pisis. Qui etiam hoc dicebat, et etiam super limitatione subsequenda multis argumentis theologicis, philosophicis, juridicis insudabat. Qui creatus in Papam in lucem educere non curabat. *Petrus de Alliaco de difficultate reformationis in Conc. universali ad Jo. Gersonem*, geſchr. 1410, *cap.* 3. (in *v. d. Hardt Conc. Const. T. I. P. VI. p.* 262): Alexander prorsus inexpertus erat eorum, quae officii pastoralis honor et sublimitas exigebat, quamvis esset magnus Theologus. Et quicquid dicti Cardinales ab eo petierunt, ipsis absque contradictione concessit, nec audebat ipsis aliquid denegare. Unde ipsi continuo eum importune crebris petitionibus vexarunt, ita ut aliquando propterea in se ipso nimium turbaretur. Nec poterant satiari. *Theodoricus a Niem III. c.* 51: Fuit autem dictus dominus Petrus (Alexander prius nominatus Petrus de Candia), cum eligebatur in Papam, septuagenarius, vel circa. — Hic quicquid ordinavit et fieri voluit per ipsum dictus dominus Joannes Papa, tunc Diaconus Cardinalis (Balthasar Cossa), in omnibus et per omnia fecit, ab ejus precibus, consiliis aut mandatis — nullatenus recedendo, et in ejus Papatu nihil penitus reformavit, et omnibus studuit complacere, et vix alicui ab eo quicquam petenti a majori usque ad minimum sine personarum discretione scivit denegare. Unde subito postquam in Papam assumtus fuit, adeo deformavit notabiliora officia suae Curiae ad importunam instantiam multorum petentium, excedendo illorum numerum antiquum nulla necessitate aut utilitate urgente, quod in longo tempore in statum debitum vix potuerunt reformari, et tam prodigus fuit in concedendis gratiis beneficialibus, quod nullam novit differentiam inter personas, quibus illa fecit, et quales facere deberet, nec modum nec ordinem debitos et consuetos in talibus obser-

hatte man jetzt drei: denn obgleich die meiſten Länder Alexander V. anerkannten, ſo hatte Gregorius XII. doch noch Neapel, mehrere kleinere Staaten in Italien, und die deutſchen Biſchöfe von Trier, Speyer und Worms, Benedict XIII. aber Spanien und Schottland auf ſeiner Seite. Eine

---

nes, qui ubique ex refrigerio charitatis superabundant, beneficiorum ardore succensi, prorsusque excaecati ecclesiasticam reformationem, quam boni et fideles plerique ante omnia fieri volebant, impedierunt, ad novamque mox electionem processerunt, qua facta, et promotionibus quas concupierunt adeptis, pacem esse clamarunt, solutoque conventu cum illa quam quaesierant pace, hoc est promotione, reversi sunt! Ob dieß Concilium ein ökumeniſches ſey, blieb, nachdem in Coſtnitz durch die Abſetzung Johannes XXIII. die einzige Spur ſeiner Wirkſamkeit zerſtört war, lange dahingeſtellt. *S. Antonini Summa histor. Tit. XXII. Cap.* 5. §. 2.: per Pisanum Concilium vel Conciliabulum (cum non esset auctoritate alicujus eorum, qui se gerebant pro Pontifice, congregatum) non erat ablatum ipsum schisma, sed augmentatum, ex duobus vel tribus jam se pro Papa gerentibus. *Cajetanus de auct. Papae et Concilii Tract. II. c.* 2. ſagt, quod nec illud Concilium constat fuisse certum et indubitatum; *Bellarminus de Conciliis et Ecclesia Lib. I. c.* 8. nennt es nec approbatum, nec reprobatum, hält aber doch Alexander V. u. Johannes XXIII. für die wahren Päpſte jener Zeit: certe ex tribus, qui tum se pro Pontificibus gerebant, isti maxime ut veri Pontifices colebantur. Die ſpätern Curialiſten verwerfen die Oecumenicität des Concilium Pisanum ſchlechthin (*Ballerinius de potestate ecclesiastica summorum Pontificum et Concill. Generall. cap.* 6.), und demnach auch deſſen Päpſte Alex. V. u. Joh. XXIII., und erkennen Gregorius XII. bis zu ſeiner Abdankung in Coſtnitz als rechtmäßigen Papſt an, (*Raynald. ann.* 1409. *no.* 79 u. 80.). Die Gallicaner haben dagegen das Concilium und deſſen Päpſte ſtets vertheidigt, ſ. *Edm. Richerii hist. conciliorum generalium lib. II. c.* 2. §. 6. *Bossuet Defensio declarat. Cleri Gall. P. II. lib.* 9. *c.* 11. beſ. *Natalis Alex. hist. eccl. saec. XV et XVI. Diss. II.*

Reformation der Kirche war nicht erfolgt, und ließ ſich, nachdem Alexander V. ſchon den 3. Mai 1410 in Bologna geſtorben [k]), und der durch Gräuel aller Art berüchtigte Balthaſar Coſſa als Johannes XXIII. ſein Nachfolger geworden war [l]), von dem Papſte gar nicht mehr erwarten [m]). Johannes

---

k) wahrſcheinlich von ſeinem Nachfolger vergiftet, ſ. die dem Concilio von Coſtnitz übergebenen *Articuli contra Joh. P. XXIII.* (in *v. d. Hardt Conc. Const. T. IV. p.* 197): dictus tunc Dominus Balthasar appellatus, Legatus Bononiae existens, ad papatum illicitis mediis anhelans, in mortem bonae memoriae Domini Alexandri Papae V. extitit machinatus, et ut tam ipse, quam medicus suus Magister Daniel de sancta Sophia, artium et medicinae Doctor, veneno extinguerentur, prout extincti sunt, operam dedit. Sicque, ut praedicitur, fuit dictum, tentum, creditum et reputatum, diciturque, tenetur, creditur et reputatur. Atque fuit et est de praemissis in civitate Bononiensi et extra per totum mundum publica vox et fama, et est graviter et notorie diffamatus. Conrad Juſtingers († 1426) Berner Chronik, herausgeg. von Stierlin u. Wyß, Bern 1819. 8. S. 275: »und war ein offen Lümbe, der künftig »Pabſt wäre eine Fürdrung zu ſinem Tode.« *Antoninus P. III. Tit. XXII. Cap.* 5. §. 3. ſagt blos: migravit a saeculo, ut dicitur, toxicatus in clisterio.

l) Conrad Juſtinger S. 276: Die Cardinal — erwaltent den böſten, verlümbeteſten Mann, den man finden konnte, wann ſiner Bosheit im Concilio zu Coſtenz viel geöffnet ward, der hieß Baltaſar, mit menger böſen Sach verlümbet und beladen. S. *Theod. a Niem Invectiva in diffugientem a Constant. Conc. Joh. XXIII.* in *v. d. Hardt Conc. Const. T. II. p.* 296 *ss. Ejusd. Vita Jo. XXIII. ibid. p.* 336. und die not. k citirten *Articuli.*

m) *Regulae Cancellariae Joh. P. XXIII.* publicirt d. 19. Jul. 1410 b. *v. d. Hardt I. XXI. p.* 954. *Petrus de Alliaco de difficultate reformationis in Conc. universali ad Jo. Gersonem,* geſchr. 1410, *cap.* 2. (in *v. d. Hardt Conc. Const. T. I. P. VI. p.* 256 *ss.*): Quippe notorium est, quod dictus Johannes in primordio sui Pontificatus reservarit suae dispositioni omnes

XXIII. wendete alle ſeine Kraft auf die Bekämpfung des Ladislaus, Königs von Neapel, welcher Gregorius XII. be-

---

Patriarchales, Metropolitanas ac Cathedrales Ecclesias, necnon omnia Monasteria virorum, prout etiam nonnulli ejus praedecessores summi Pontifices facere consueverunt. — Item ultra praedictas et omnes generales alias reservationes quarumlibet inferiorum dignitatum et beneficiorum ecclesiasticorum per eum etiam factas, extra solitam consuetudinem eorundem suorum praedecessorum, reservavit suae dispositioni omnes Prioratus, Conventuales et majores post Pontificales in cathedralibus, necnon principales dignitates in collegiatis Ecclesiis ubicunque vacantes et vacaturas. — Item dictus Johannes aliam fecit constitutionem, continentem in effectu, quod quicunque ab eo impetraret qualecunque beneficium ecclesiasticum —, antequam illi super eadem impetratione literae apostolicae in Romana curia confectae traderentur, solveret camerae Apostolicae realiter medietatem *fructuum* dicti beneficii impetrati *unius anni*. Dazu kamen noch duae novellae constitutiones. Nämlich olim quicunque praefecti fuerant cathedralibus Ecclesiis, aut Monasteriis virorum vacantibus in Praelatos, non arctabantur per sedem Apostolicam, ut in promtu plus solverent Camerae Apostolicae aut collegio Cardinalium pro *communi servitio*, quam medietatem taxae, ad quam Ecclesiae vel Monasteria ipsa in eadem Camera reperiebantur esse taxata. Et pro alia medietate solvenda promotis — dilatio dabatur. — Quas quidem taxas oportet promotos per ipsum Dom. Johannem integraliter solvere, — antequam literae Apostolicae — tradantur ipsis promotis. — Ex quo contingit, quod plures Ecclesiarum et dignitatum seu monasteriorum, ad quae promoti sunt, possessionem nequeant apprehendere. Ferner olim ante schisma — ratione inferiorum dignitatum et beneficiorum Ecclesiasticorum vacantium — non consueverunt impetrantes *medios fructus* dignitatum et beneficiorum praefatorum eidem camerae solvere, priusquam illa essent pacifice assecuti. Et tunc concordabant super illis cum collectoribus fructuum dictae camerae in diversis partibus debitorum. — Nunc autem

ſchützte. Nachdem alle Anſtrengungen, ſeit 1411 auch Kreuz-

extorquentur dicti medii fructus ab impetrantibus ipsis in eadem curia, antequam eis literae Apostolicae confectae super talibus gratiis tradantur per officiales dictae camerae. — Et quod deterius est, si forte centum concurrerent pro uno beneficio vacante et reservato impetrando, daretur omnibus per Papam. Tamen si literas Apostolicas super ipsis impetrationibus suis vellent habere, quemlibet eorum incunctanter medietatem fructuum dicti beneficii praefatae camerae ante omnia solvere oporteret, licet nisi unus eorum illud assequi posset (vergl. den *Anonymus* in *Bulaei hist. Univ. Paris IV.* p. 914). — *Cap.* 3. *p.* 260: Cum igitur juxta praehabita pateat, quod apud Papam et ejus collegium Cardinalium nulla vigeat charitas quoad alios Praelatos et Christianos, sed perpetua et insatiabilis rapacitas potius ardeat in eisdem, ut qualitercunque dicebatur: dato, quod generale Concilium convocaretur et fieret, sicut dicis et consulis fieri debere, qualis ex hoc utilitas universalis Ecclesiae resultaret? Esto etiam, quod omnes isti tres de papatu contendentes sponte cederent, aut ad cedendum compellerentur inviti, eisque novus Papa, sicut factum fuit in Pisis novissime, surrogaretur: dicti Cardinales in statu eorum nihilominus remanentes dicerent, quod ad eos duntaxat spectaret electio summi Pontificis. Quod si obtinerent, non est dubitandum, quin unum ex se ipsis eligerent, sicut fecerunt in Pisis. Sicque nulla reformatio efficax et fructuosa ex cessione hujusmodi sequeretur, nisi vocalis, et unius personae mutatio tantum. Et hi quidem electus et electores juxta mores veteres eorum similiter perpetuum errorem in ipsa Ecclesia continuarent, quousque unus eorum in eodem statu in ipsa Ecclesia remaneret. Certum est enim, quod mystice sacerdotes Bel cum eorum uxoribus et filiis omnes unanimiter in lacum leonum missi fuerint, ut per ipsos leones devorarentur. Quod si aliqui eorum supervixissent, extunc etiam cibos regios, eidem Bel singulis diebus appositos devorassent, prout ante deceptorie facere consueverant. Et ne hoc deinceps fieret taliter, una sententia super omnes justo Dei judicio lata subito perierunt.

predigten n), ohne Erfolg geblieben waren, wurde der König durch Gewährung großer Vortheile 1412 gewonnen, und Gregorius XII., treulos verlaſſen, mußte in Rimini bei ſeinem treuen Freunde Carl von Malateſta eine Zuflucht ſuchen o). Nicht lange nachher brach aber Ladislaus von neuem mit Johannes XXIII., drang 1413 plötzlich gegen Rom vor, und nöthigte den Papſt nach Oberitalien zu fliehen, und ſich dem dort anweſenden Kaiſer Sigismund in die Arme zu werfen. Unter dieſen Umſtänden gelang es dem Kaiſer, den Papſt zu bewegen, das erſehnte allgemeine Concilium, welches der gränzenloſen kirchlichen Verwirrung ein Ende machen ſollte, nach einer deutſchen Stadt, nach Coſtnitz, für den 1. Nov. 1414 auszuſchreiben p).

---

n) *Raynaldus ann.* 1411. *no.* 5. *ann.* 1412. *no.* 2.

o) *Theodor. a Niem de vita Jo. XXIII. c.* 22 u. 24. H. Leo Geſch. der italieniſchen Staaten. Th. 4. (Hamburg 1830) S. 271 ff.

p) *Leonardus Aretinus* b. *Muratori* XIX. *p.* 928: unicum remedium et Imperatori et Pontifici videbatur generale Concilium advocari. Sed erant circa hoc ipsum constituenda permulta, ceu locus, tempus, modus. Missi sunt igitur his de causis ad Sigismundum Legati. Horum missio Legatorum ruinae Pontificis initium fuit. Qua in re non videtur praetereundum mirabile quiddam, quod tunc accidit, ut omnia caelitus gubernari cognoscamus. Communicaverat mecum Pontifex arcane mentem et cogitationem suam. *In loco*, inquit, *Concilii rei summa est, nec ego alicubi esse volo, ubi Imperator plus possit. Legatis igitur istis, qui a me mittuntur, mandata amplissima, potestatemque maximam ad honestatis speciem dabo, quae palam ostentare possint, atque proferre: secreto autem mandatum restringam ad loca certa.* Er änderte aber ſeinen Entſchluß, inſtruirte die Geſandten nur im Allgemeinen, ostendens quanti ponderis illa res esset, cujus rei gratia mitterentur, und entließ ſie mit der Weiſung: *vestrae prudentiae cuncta permitto. Vos, quid mihi tutum, et quid formidandum, cogitetis.* Nachdem nun die Geſandten mit dem Kaiſer über

§. 131.

Concilium zu Coſtnitz (5. Nov. 1414 — 22. Apr. 1418). Martinus V. (11. Nov. 1417 † 20. Febr. 1431).

Magnum oecumenicum Constantiense Concilium ex ingenti antiquissimorum Msctorum mole diligentissime erutum op. H. v. d. Hardt. VI. Tomi. Francof. et Lips.* 1700. *Tom. VII. sistens indicem generalem. congessit G. Ch. Bohnstedt. Berolini* 1742. *fol.

Theodorici Vrie (auch *Vrige*, *Frig*, *Frie* geſchrieben, fälſchlich aber von Neueren *Uric* od. *Urias*, ein Auguſtinermönch in Osnabrück, ſ. *v. d. Hardt Prolegg. ad T. I. Conc. Const. p.* 22 *ss.*) *de consolatione Ecclesiae libb. IV.* geſchrieben 1417, von *v. d. Hardt* mit dem Titel *Historia Conc. Constantiensis* (*Conc. Const. T. I. p.* 1 *ss.*) herausgegeben.

Histoire du Concile de Constance par *Jaques Lenfant.* Tomes II. à Amsterdam 1714. nouv. édit. 1727. 4. Nouvelle Histoire du Concile de Constance, où l'on fait voir, combien la France a contribué à l'extinction du Schisme, par *Bourgeois du Chastenet* à Paris 1718. 4. (eine Ergänzung der Werke von v. d. Hardt u. Lenfant). — Casp. Royko's Geſchichte der Kirchenverſammlung zu Coſtnitz. Prag Th. 1. 2. 2te Aufl. 1796. Th. 3. 4. 1784. 1785. Regiſter 1796. gr. 8.

Das Verlangen nach völliger Beſeitigung des Schisma, und nach einer Reformation der Kirche an Haupt und Gliedern war durch die Täuſchung, welche es von Alexander V., und durch die freche Verhöhnung, welche es von Johannes XXIII. erfahren hatte, ſo geſteigert, und die Grundſätze und Vorſchläge, welche Johannes Gerſon in ſeinen kräftigen re-

---

Coſtnitz übereingekommen waren, Joannes incredibile quantum indoluit, se ipsum ac fortunam suam detestatus, quod tam leviter a cogitatione, propositoque illo pristino restringendorum locorum descivisset. Die Bulle, wodurch das Concilium ausgeſchrieben wurde, d. Laudae V. Id. Dec. 1413, ſ. *Raynald ann.* 1413. *no.* 22. *v. d. Hardt T. VI. p.* 9.

formatoriſchen Schriften a) ausgeſprochen hatte, ſchienen vo

a) Beſ. in dem 1410 (cf. *cap.* 21. cum ad praesens de facto va cet Imperium, et Imperii Electores diversis obediant) ge ſchriebenen *Opus de modis uniendi ac reformandi Ecclesiam i Concilio universali* (in *v. d. Hardt Conc. Const. T. I. P.* I *p.* 68 *ss.*. und in *Opp. Gersonii ed. du Pin. T. II. P. II.* 1 161 *ss.*), mit welchem er die von *Petrus de Alliaco de difficul tate reform. in Conc. univ.* (ſ. §. 130. not. m) erhobenen Bedenk lichkeiten zu beſeitigen ſuchte. Merkwürdig iſt zuerſt der Unterſchie welchen er zwiſchen der una, sancta catholica und der Apostolic Ecclesia annimmt bei *v. d. Hardt cap.* 2. *p.* 70: Catholica universalis Ecclesia ex variis membris unum corpus constitu entibus — est conjuncta et nominata. Cujus corporis, uni versalis Ecclesiae, caput Christus solus est. Caeteri vero ut Papa, Cardinales, et Praelati, Clerici, Reges, et Prin cipes, ac plebeji sunt membra inaequaliter disposita. Ne istius Ecclesiae Papa potest dici nec debet caput, sed solu vicarius Christi, ejus vicem gerens in terris, dum tame clavis non erret. Et in hac Ecclesia, et in ejus fide omni homo potest salvari, etiamsi in toto mundo aliquis Papa no posset reperiri. — Haec Ecclesia de lege currenti nunquar errare potuit, nunquam deficere, nunquam schisma pass est, nunquam haeresi maculata est, nunquam falli aut faller potuit, nunquam peccavit (nach Gratians Decret *Caus.* XXIV *Qu.* 1. per totum). In ista etiam omnes fideles, in quantu fideles sunt, unum sunt in Christo, in cujus fide non est di stantia Judaei, Graeci, domini et servi. Alia vero vocatu *Ecclesia Apostolica* particularis et privata, in catholica Ec clesia inclusa, ex Papa, Cardinalibus, Episcopis, Praelati et viris ecclesiasticis compaginata. Et solet dici Ecclesi Romana, cujus caput Papa creditur: caeteri vero Ecclesia stici, tanquam membra inferiora et superiora, in ea includun tur. Et haec errare potest, et potuit falli et fallere, schism et haeresin habere, etiam potest deficere. Et haec long minoris auctoritatis videtur esse universali Ecclesia: — e est quasi instrumentalis et operativa clavium universalis Ec clesiae, et executiva potestatis ligandi et solvendi ejusdem

der Mehrzahl derer, welche ſich zahlreich zu der Synode von

Nec de recta conscientia majorem habet vel habere potest auctoritatem, et executionem potestatis, quam sibi ab universali Ecclesia conceditur. *Cap.* 5. *p.* 75: Si propter salvationem unius regni, unius provinciae, deponitur unus Rex, unus Princeps saecularis, qui per successionem perpetuam descendit: multo magis unus Papa, unus Praelatus est deponendus, qui per electionem Cardinalium fuit institutus, cujus pater et avus forsan ventres implere non sufficiebant fabis. Durum enim est dicere, quod filius unius Veneti piscatoris papatum debeat tenere cum detrimento totius reipublicae ecclesiasticae. — Sed forte me voluisti capere in sermone per varia scripta, allegando, quod tam sancta, tam alta sit potestas Papae, ut a nullo mortalium judicari valeat nec deponi, nisi propter haeresin incorrigibilem: ad haec allegas *Dist. XL. can.* 6. Sed perpende, mi frater, quanta fraude, quanta astutia temporibus antiquis fuerint facta et scripta quam plurima ad tenendam hanc dignitatem Papatus. — Dico, quod tantam fraudem in administratione hujus Papatus fecerint aliqui antiqui, qui — multa jura sibi usurparunt, et pro se fecerunt, — et de republica non curarunt. Et quis fecit illos libros, *Sextum*, et *Clementinas*, arrogantiam, superbiam, juris Ordinariorum locorum usurpationem, Imperatorum Romanorum injuriosam detractionem, et eorum aliorumque potestatis periculosissimam suppressionem, et alia multa in spiritualis et saecularis reipublicae laesionem malitiose et pertinaci ambitione fabricata, in omnibus et per omnia concludentes. Et male: quia non minus terreno Principi in his, quae ad jura pertinent imperii, quam spirituali in his, quae ad Deum spectant, debetur obedientia. — Igitur omnes inobedientes Romano Imperatori, et ejusdem imperio, quia ejus jura usurpant, in statu damnationis existunt. Nihilominus et Papae voluerunt observari illos sicut sancta Dei Evangelia. — Papa, ut Papa, est homo, et ut homo, sic est Papa, et ut Papa potest peccare, et ut homo potest errare. — Subjicitur ergo, ut alter Christianus, in omnibus praecepto et mandato Christi. — Cum ergo Christi prae-

ceptum dicat: *Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te et ipsum solum: si te non audierit, adhibe duos testes, sin autem, dic Ecclesiae* (*Matth.* 18, 15); cum ergo Papa sit meus frater et proximus in natura et in Christi fide: — corripiendus est juxta processum praecepti Christi. Non ergo illud decretum est tenendum, quod Papa a nemine sit judicandus. — *pag.* 80: Papatus non est sanctitas, nec facit hominem sanctum, licet volentem disponat ad sanctitatem, sicut faciunt caeterae dignitates ecclesiasticae. — Et si dicatur: *illa sedes aut sanctum facit, aut sanctum invenit;* intelligitur ita: *deberet sanctum invenire.* Ridiculum est enim dicere, quod unus homo mortalis dicat se potestatem habere in coelo et in terra ligandi et solvendi a peccatis, et quod ille sit filius perditionis, simoniacus, avarus, mendax, exactor, fornicator, superbus, pomposus, et pejor quam diabolus. — *Cap.* 9. *p.* 87: Sed numquid tale Concilium, ubi Papa non praesidet, est supra Papam? Certe sic. Superius in auctoritate, superius in dignitate, superius in officio. Tali enim Concilio ipse Papa in omnibus tenetur obedire, tale Concilium potest potestatem Papae limitare, quia tali Concilio, cum repraesentet Ecclesiam universalem, claves ligandi et solvendi sunt concessae. Tale Concilium jura papalia potest tollere, a tali Concilio nullus potest appellare, tale Concilium potest Papam eligere, privare et deponere, tale Concilium potest jura nova condere, et facta ac antiqua destruere, talis etiam Concilii constitutiones, statuta et regulae sunt immutabiles et indispensabiles per quamcunque personam inferiorem Concilio. Nec potest, nec potuit aliquando Papa dispensare contra canones sanctos in Conciliis generalibus, nisi Concilium specialiter hoc illi commiserit ex magna causa. Nec facta Concilii potest Papa immutare, imo nec interpretari, aut contra ea dispensare, cum sint sicut Evangelia Christi, quae nullam recipiunt dispensationem, et super quae Papa nullam habet jurisdictionem. *Cap.* 10. *p.* 90: Concilium ergo generale, repraesentans universalem Ecclesiam, si affectat unionem integram videre, si affectat schismata reprimere, si vult schismatibus finem statuere, si vult Ecclesiam exaltare, primo ante omnia ad instar

sanctorum Patrum, qui nos praecesserunt, limitet ac terminet potestatem coactivam et usurpatam papalem. (Hier folgt die Abth. 3. §. 107. not. c. mitgetheilte Stelle). *p.* 91: Ideo sacrum universale Concilium reducat et reformet Ecclesiam universalem in jure antiquo. Et abusivam papalem in Decreto et Decretalibus, Sexto et Clementinis, necnon Extravagantibus papalibus praetensam limitet potestatem. Christus enim nullam aliam potestatem Petro tribuit, quam ligandi et solvendi, ligandi per poenitentias, et solvendi culpas. Non enim illi contulit, ut beneficia tribueret, ut regna, castra et civitates haberet, ut Imperatores et Reges privaret. Quod si taliter potestatem Christus Petro contulisset, utique ipse Petrus aut Paulus, quod nefas est dicere, valde peccassent, aut errassent in eo, quod Neronem Imperatorem, quem sciverunt esse pessimum, et Christianorum immanissimum persecutorem, Imperio non privarint. — Et quis unquam legit, vel in veritate audivit, quod antiquis temporibus Romanorum Reges vel Imperatores consueverint ante Papam juramentum praestare, potissime antequam primus Otto Magni Augusti semper alter, juramentum reperitur in Decretis praestitisse? quod indultum a quoquam Papae fuerit, ut reservationes cathedralium et aliarum Ecclesiarum ac Monasteriorum faceret? ut propter pecunias homines, Episcopos et Praelatos excommunicaret, atque ab eorum dignitatibus destitueret, seu privaret, ac omni die festivo in valvis Curiae? ut primos fructus in Camera soleret aggregare, et excommunicatos emaciaret ac eos scandalizaret? (*cf. cap.* 17. *p.* 110. ita ut jam non videatur Romana Curia esse, nisi quoddam forum publicum, ad quod quo quis plura portaverit, plura mercimonia habebit.) — Reformetur etiam Ecclesia quoad Cardinales, qui tot commendas habent sine causa, destruentes tot Ecclesias et Monasteria. — Reformetur etiam Ecclesia in Praelatis, in Monachis et Presbyteris. In Praelatis, ut electi ad Ecclesias vitae honestate, literarum sufficientia, et perfecta aetate excellentes per Ordinarios et Archiepiscopos confirmentur: in Monachis, ut vivant in observantia regulari: in Presbyteris, ut non praeficiantur Ecclesiis, nisi virtutibus clari et literarum sufficientia fuerint imbuti, docti et in-

structi. — Rescindantur etiam abusivae libertates e emtiones, concessae illis quatuor Ordinibus fratrum n cantium, quibus nimium abutuntur. — Et liberentur ab omnino omnia monasteria Monialium, quia ipsi fratres multi ex eis in plerisque provinciis valde deturpant moniales eis subjectas. — Nimis etiam multiplicant fratres. Et quid opus est, ut in aliqua domo eorum fr scilicet Coloniae, — continue resideant LXX. eorum plures, inter quos forsan non sunt quinque vel sex suf tes ad proponendum verbum Dei populo. Et tot pr tota provincia sufficere possent. *Cap.* 12. *pag.* 96: *S meo, dato etiam, quod ista reformatio fiat in scriptis, certis juramentis et firmamentis ac pactis adjectis, quo per Papam et Cardinales, ac caeteros ipsius Curiae Offi et Praelatos non observarentur, dicente Francisco Petr in libro sine nomine: Crescentibus flagitiis hominum veri odium, et regnum blanditiis atque mendacio datur Et quia difficile est, consueta relinquere.* — *Cap.* 16. *p* Aut ergo congregetur Ecclesia ad hoc, ut sancita et a in concilio Pisano demandentur ulteriori et reali execu et illi duo (*Greg. XII. et Bened. XIII.*) privati de jure priventur de facto. Aut ubi hoc remedium reperiri non erit, quod est verisimile reperiri non posse propter a ctas obedientias eis subditas, seu potentes obedientes qui ab eis deviare nolunt: tunc, si illi duo privati et al petant generale concilium, et promittant, se ibidem per liter velle comparere, et suo juri de facto, quod ha libere et pure renunciare in casu, quo Dominus noster Johannes etiam suo juri renunciare velit: tunc in isto quid fiet, dicam sine praejudicio, quod ipse Dominus n Papa, si alias non potest consuli Ecclesiae, — non unum Papatum, sed plures, si essent possibiles, teneat casu isto libenter et voluntarie renunciare, et Papatu cedere, ne respublica et tota Ecclesia propter unum l nem peccatorem sine virtutibus et exemplis bonis d perire. *Cap.* 17. *p.* 107: Tunc — universalis Ecclesia — formabitur. Sed tunc caveat universalis Ecclesia omnia, ut nunquam sub quovis colore concedat Papae pot

tem dispensandi contra statuta generalis Concilii, aut eà interpretandi, seu immutandi propter varietates temporum, et novos supervenientes casus; sed quod solum illa debeant immutari per aliud Concilium generale, fiendum de tempore in tempus propter reformationem Ecclesiae. Luce enim clarius constat, quod pro majori parte facta et ordinata in quatuor generalibus Conciliis principalibus, et aliis Conciliis per temporum successiones statuta, crescente avaritia Pontificum, Cardinalium, et Praelatorum, tam per Papae reservationes, quam per iniquas Camerae Apostolicae constitutiones et Cancellariae regulas, et formulas audientiae causarum Rotae, et ambitiosas dispensationes, absolutiones, indulgentias, confessionalia, officium poenitentiariae sint fere immutata, annihilata, et quasi in derisum et oblivionem posita. — *Cap.* 24. Subsequenter autem venio ad illas novellas constitutiones Alexandri et Johannis praedictorum, quibus cavetur, quod promotus ad aliquam Ecclesiam cathedralem, vel aliquod Monasterium etc. et quod impetrans beneficium reservatum a Papa etc. (ſ. §. 130. not. m). Huic quaestioni, Pater reverende, cum non sint de jure, sed de facto hae pestiferae constitutiones, satisfacere nequeo ad praesens, cum sint super violentia manifesta, Simonia publica, rapacitate lupina, et ovium Christi dispersione fabricatae, quaeque ad aliud non sunt, nisi ut eorum conditores furentur, mactent et perdant, ipsi videlicet Papae et Cardinales. Quocirca ut futurus Rex vel Imperator Romanus, Domino concedente, adhaereat dictis Angelo (*Gregorio XII.*), et Petro (*Benedicto XIII.*), et tali lupo rapaci, et tali raptori tyranno (*Joanni XXIII.*), qui non regnat in Ecclesia, nec principatur propter bonum commune, sed solum propter bonum privatum, et ejus principatus est manifesta tyrannis, quod sana conscientia compellat, seu compelli faciat, aut audeat compellere, non video. — Sic ergo concludo, quod superioribus sit obediendum in licitis et honestis: non autem compelli debemus ad eorum obedientias, ubi opera eorum sunt notorie prava, et totam Ecclesiam scandalizantia; ubi est patrimonii Christi manifesta dissipatio et injuriosa dispensatio; ubi pastores sunt tonsores; ubi non sunt agni, sed lupi; ubi non sunt dispensatores

Coſtnitz verſammelten b), ſo ſehr getheilt zu werden, daß Johannes XXIII. über die ihm dort drohenden Gefahren nicht lange ungewiß ſeyn konnte. Zwar eröffnete er das Concilium mit allen päpſtlichen Ehren (5. Nov. 1414): aber das Uebergewicht der italiäniſchen Stimmen, welches auf den früheren Synoden ſtets zu Gunſten der Päpſte geweſen war, verlor er alsbald durch den Beſchluß, daß nach Nationen geſtimmt werden ſollte c). Bei dem ſehnſüchtigen Wunſche, das Schisma

---

mysteriorum Christi, sed dissipatores; ubi non sunt sobrii, sed ebrii; ubi non sunt Praelati, ponentes animas suas pro ovibus suis, sed Pilati, satisfacientes aliorum cupiditatibus et desideriis, et ubi non mittunt retia sua in capturam animarum, sed pecuniarum. Omnis enim eorum cura circa acquisitionem pecuniarum est. Et breviter, ubi non Christi, sed mores gerunt Antichristi. Et ideo Christus dixit, talibus non obediendum. *In novissimis enim temporibus multi venient in nomine meo, dicentes: ecce hic Christus, ecce illic Christus* (*Matth.* 24, 23): sicut modo dicitur: ecce hic est verus Papa, ecce iste alius est verus Papa. *Nolite credere eis*, ait Christus. Imo, si nos debemus subtrahere ab omni fratre ambulante inordinate, quanto magis a superiori perverso et iniquo, ex cujus exemplo tota corrumpitur respublica, et sancta mater Ecclesia deturpatur.

b) ſ. das auf Befehl des Aufſicht führenden Churf. v. Sachſen aufgenommene Verzeichniß des Gebhard Dachet bei *v. d. Hardt T. V. P. II. p.* 10 *ss.* und ein anderes in Juſtingers Berner Chronik S. 320 ff. Vergl. *Lenfant T. II. p.* 365 *ss.* Dachers Verzeichniß ſchließt: Mulieres communes, quas reperi in domibus, et ultra et non minus, exceptis aliis, DCC. Juſtinger: offen führend Dirnen ob 700, denne ander heimlich Dirnen und Curtiſanen vaſt viel.

c) ſ. *v. d. Hardt T. II. p.* 224 *ss.* Die päpſtl. Parthey wollte, quod in Concilio — soli Praelati majores, Episcopi et Abbates habeant vocem in definitiva sententia agendorum. Dagegen erklärte ſich der Card. Cameracensis (Petrus de Alliaco) in einer Schedula, worin er darauf aufmerkſam machte, quod a

zu beendigen, machte ſich ſogleich die Anſicht auf dem Concilio geltend, die Beſchlüſſe von Piſa, auf welchen Johannes XXIII.

---

tempore nascentis Ecclesiae — varii fuerunt modi observati — in modo congregationis et deliberationis Conciliorum generalium. Nam, sicut patet in Actibus Apostolorum, — quandoque in Conciliis congregabatur tota communitas Christianorum, quandoque Episcopi, Presbyteri, Diaconi, quandoque soli Episcopi sine Abbatibus, quandoque cum Episcopis Abbates, quandoque Imperator convocabat et congregabat Concilium. — Item sciendum est, quod quando in Conciliis generalibus soli Episcopi habebant vocem definitivam, hoc fuit, quia habebant administrationem populi, et erant viri sancti et docti et electi prae caeteris in Ecclesia christiana. Postea fuerunt additi Abbates eadem de causa, et quia habebant administrationem subjectorum. Et eadem ratione addi deberent Priores aut Majores quarumcunque congregationum plus quam Episcopi, vel Abbates inutiles, solum titulares. — Item eadem ratione, qua supra non sunt excludendi a voce definitiva Sacrae Theologiae Doctores, ac juris canonici et civilis. Quibus, et maxime Theologis, datur auctoritas praedicandi aut docendi ubique terrarum, quae non est parva auctoritas in populo Christiano, sed multo major quam unius Episcopi vel Abbatis ignorantis, et solum titularis. Et quia antiquitus haec Doctorum auctoritas non erat introducta per modum Studiorum generalium, quae hodie auctoritate Ecclesiae observatur, de eis non fit mentio in antiquis juribus communibus, sed in Concilio Pisano et Romano (v. 1412) eorum auctoritas allegatur, et in definitiva sententia se subscribunt. Quare eos in simili excludere praesens Concilium, quod est dicti Pisani continuativum, non solum esset absurdum, sed dicti Pisani Concilii quodammodo reprobativum. — Item quantum ad materiam terminandi praesens schisma et dandi pacem Ecclesiae, velle excludere Reges, Principes aut Ambasiatores eorum — a voce seu determinatione etiam conclusiva, non videtur justum, aequum, aut rationi consonum: cum hujusmodi pacis conclusio ad eos et populos eis subjectos valde pertineat, et sine eorum consilio,

Rechte ruheten, fallen zu laſſen, und alle drei Päpſte zu frei-

auxilio et favore non possint ea, quae in hoc Concilio concludentur, executioni mandari. Eben dahin ſpricht ſich die Schedula des *Cardinalis S. Marci* (*Guil. Philasterius*, *Fillastre*) p. 226 aus: Tu, quisquis es, qui praetendis primo, solos majores Praelatos, ut his verbis utar, Episcopos et Abbates, habere vocem in generali Concilio: et ita excludis Doctores, Archidiaconos, Rectores parochialium Ecclesiarum, caeterosque dignitates habentes, quibus cura imminet animarum, Ordines praeterea ecclesiasticos, Sacerdotes et Diaconos, dic, ubi illos non admittendos legisti? Et si legeris Conciliorum antiquorum actiones, reperisti Sacerdotes et Diaconos admissos. — Si Canonista es, vide textum Canonis dicentem, quod Doctorum Ordo quasi praecipuus est in Ecclesia Dei. Illum ergo Ordinem, et quasi praecipuum Ordinem repellis, et admiſtis indistincte Episcopos et Abbates, quorum pars major indocta. Et attende, quod Rex, vel Praelatus indoctus sest asinus coronatus. Cum illis ergo Doctores admitte, ut illorum scientiae defectum, qui tamen auctoritatem habent, istorum scientia et doctrina suppleant. Dann wird noch geltend gemacht: inter Episcopos et Presbyteros, quantum ad ordinationem et meritum, Apostolus nullam differentiam facit. Zu dieſer Frage kam aber bald die andere p. 230: quomodo deciderentur agenda in Concilio, et fieret scrutinium votorum? utrum per nationes in genere, quarum quatuor erant, nimirum Italiae, Galliae, Germaniae et Angliae, vel per capita singula? Et licet clarum de jure videatur, quod perscrutanda sint vota per capita singula: *quia tamen plures sunt Praelati Italiae pauperes, quam fere de omnibus nationibus, praeterea Dominus noster fecit in numero excessivo Praelatos Cubicularios ultra quinquaginta; dicitur praeterea, quod multos voluit sibi obligare juramentis et muneribus, alios minis terruisse, ut ita scrutando per capita nihil fieret, nisi quod vellet Dominus noster:* in istis quaestionibus Concilium diu pependit. — Interim Nationes ulterioris Galliae, Germaniae et Angliae, et ita postea Italiae, per se ipsas se congregaverunt et deciderunt *de facto*

willliger Abdankung zu bewegen d). Johannes XXIII. ſah

quaestionem. *Cerretanus* in Actis Conc. Const. (*v. d. Hardt* IV, II. p. 40) ſagt: Die Jovis, septima Februarii, post nonnullas disceptationes decretum est, ut in Concilio per Nationes, et non per vota procederetur.

d) In der Congregation den 7. Dec. 1414 wurde von den dem Papſte Joh. XXIII. ergebenen Italiänern der Antrag gemacht (ſ. Schedula bei *v. d. Hardt* IV, I. p. 24), quod declararetur, Concilium Pisanum, omniaque et singula acta et gesta in eo, indeque secuta, fuisse et esse rationabilia et canonica, et ab omnibus et per omnia admittendum fore, et sub poenis canonicis admitti debere, et executioni subjacere condemnata in eo. Et pro eorum executione quod Papa teneatur et debeat expellere Petrum de Luna, et persequi Errorium (*Gregorium XII.*) dejectos, eorumque fautores et defensores. Dagegen ſuchte *Petrus de Alliaco, Card. Cameracensis*, die Beſtätigung des Concils von Piſa abzuwenden (Schedula bei *v. d. Hardt II. p.* 194): In praesenti Concilio non est revocandum in dubium, sed pro fundamento supponendum, quod Concilium Pisanum fuit legitimum, et canonice celebratum, et ideo stabile et firmum. — Confirmatio Pisani Concilii, simpliciter et sine nova causa facta, non habet proprie auctoritatem mentes solidandi, sed magis irritandi, nec omnem scrupulositatem in causa dicti Pisani Concilii amovendi, seu errores circa ipsum extirpandi, sed magis novos errores inducendi, et schismatis obstinationem confirmandi, nisi prius convenientia remedia adhibeantur. In einer zweiten *Schedula* ſchlug er vor (*l. c. p.* 196): quia ejectio duorum contendentium de Papatu non est facilis vel verosimilis obtineri via belli, tentandum erit, et diligenter tractandum, quod fiat pax per ipsorum reductionem vel voluntariam cessionem. Noch deutlicher trat er darauf in einigen *Conclusiones* hervor (*l. c. p.* 200): Licet Concilium Pisanum probabiliter credatur repraesentasse universalem Ecclesiam, et vices ejus gessisse, quae Spiritu Sancto regitur, et errare non poterit: tamen propter hoc non est necessario concludendum, quod a quocunque fideli sit firmiter credendum, quod illud Concilium errare non

ſich, als eine furchtbare Anklage die Unterſuchung ſeiner Schandthaten herbeizuführen drohete, genöthigt, den 2. März

potuit, *cum plura priora Concilia fuerint generalia reputata, quae errasse leguntur. Nam secundum quosdam magnos Doctores generale Concilium potest errare non solum in facto, sed etiam in jure, et quod magis est, in fide. Quia sola universalis Ecclesia hoc habet privilegium, quod in fide errare non potest.* Im Januar 1415 kamen auch Geſandte Gregors XII. und Benedicts XIII. (*v. d. Hardt IV, II. p.* 33 *ss.*), und Gregorius XII. erklärte durch die ſeinigen (*v. d. Hardt II. p.* 204): 'viam cessionis Papatus — ex nunc pura et sincera intentione offerimus — juxta determinationem Concilii per Regiam Majestatem de omnibus obedientiis et nationibus in hoc schismate in civitate Constantiensi congregati, dicto Balthasare, qui a nonnullis Johannes XXIII. nuncupatur, non praesidente, nec interessente, cum effectu perficiendam, praefatis Petro de Luna et Balthasar Cossa idem facientibus. Da erſt, im Februar, trat der *Cardinalis S. Marci* (*Guilelmus Philasterius*, früher Decan in Rheims) mit dem Vorſchlage hervor (*v. d. Hardt II. p.* 210) cessionis fiendae ab omnibus, und erklärte ſich auf die Frage, utrum ad illam teneatur Dominus Johannes? dahin: in casu, in quo est manifeste Summus Pontifex, quanto verior pastor Ecclesiae, tanto libentius, ferventius et citius debet pro pace et unione Ecclesiae aggredi viam cessionis et offerre. Patet conclusio ex dictis summi pastoris dicentis: *bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis* (*Jo.* 10, 12). — Si autem animam tenetur ponere, multo magis accidentia vitae, honorem, potestatem, dominatum. — Quia ex praemissis tenetur ad hoc, igitur compelli potest, 'si recusat. — Nec dubitandum, quin generale Concilium sit judex competens in hac parte. Dagegen gab zwar die päpſtliche Parthey mehrere *Schedulae* ein (*l. c. p.* 214 *ss.*), in welchen insbeſ. nachgewieſen wurde p. 216: Via cessionis, quae Domino nostro proponitur, — quoad Concilium Pisanum, est irrationabilis et injusta, quia est reprobativa et annullativa ipsius Concilii Pisani. Darauf erwiderte aber der *Card. Cameracensis* (*p.* 220): Licet Concilium (Pisanum) fuerit legitime et canonice con-

415 ſeine Abdankung zu verſprechen e). Zwar entfloh er

---

vocatum, rite et canonice celebratum, et duo olim contendentes de Papatu juste et canonice condemnati, et electio Domini Alexandri V. fuerit canonice et rite facta, — prout haec omnia tenet Obedientia Domini nostri Papae Johannis XXIII.: tamen duae Obedientiae duorum contendentium probabiliter tenent contrarium. In qua opinionum diversa et adversa varietate non sunt minores difficultates juris et facti, quam ante Concilium Pisanum erant de justitia duorum contendentium. Ex quo sequitur secunda conclusio, quod, sicut ante Concilium Pisanum ad evitandum difficultates juris et facti, et prolixitatem, et dilationem pacis Ecclesiae, tunc acceptata fuit ab omnibus Christifidelibus et laudata via cessionis amborum contendentium, sic et nunc trium contendentium de Papatu, similiter etiam majori ratione acceptanda est et laudanda. — Sexta conclusio: Licet regulariter Papa verus et canonicus, de haeresi aut nullo notorio crimine Ecclesiam scandalizante non infamatus, nec suspectus, nequeat ab aliquo particulari collegio, seu persona singulari contra ea quae sunt sui juris compelli vel arctari: tamen ab universali Ecclesia, seu Concilio generali ipsam repraesentante, attenta prolixitate casus praesentis, pro pace Ecclesiae celerius procuranda, juste posset ad cessionem compelli. Septima conclusio: Si in casu praedicto Papa dictam viam pertinaciter recusaret, legitime posset tanquam schismaticus et de fautoria schismaticae pravitatis suspectus rationabiliter condemnari. Der Erfolg dieſer Verhandlungen war p. 230; Et finaliter omnes declinarunt ad viam cessionis secundum formam primae schedulae super hoc datae per Cardinalem S. Marci. Nämſ. (*v. d. Hardt IV, II, p.* 41): Die 15. mensis Februarii Germanica, Gallica et Anglica nationes viam cessionis tanquam salubriorem ad unionem Ecclesiae conficiendam elegerunt, utque natio Italica eandem approbaret, impetrarunt.

e) *Theodoricus de Niem de vita Jo. XXIII. lib. II. cap.* 3. (*v. d. Hardt II. p.* 391): Quibus sic stantibus (gegen die Mitte Februars 1415) quidam, ut praesumitur, Italicus, multos articu-

los valde famosos, et omnia peccata mortalia, necnon i
quodammodo abominabilia continentes contra eundem
thasarem in eodem Concilio exhibuit in scriptis, tam
crete, quod super illis contra eundem Balthasarem fier
quisitio, et provideretur instanter per Concilium memo
Quibus quidem articulis per aliquot majores nationum
maniae, Angliae et Poloniae perlectis, ipsi nullatenu
sentire volebant, quod dicti articuli publicarentur, au
tra ipsum Balthasarem inquisitio fieret hujusmodi super
Et hoc propter honestatem. Et si contrarium fieret,
serebant, per hoc macularetur sedes Apostolica, et c
derentur enormiter etiam omnes de obedientia dicti B
saris, et ponerentur in dubio promotiones et provisione
ipsum factae, et multa scandala exinde subsequi po
Plerisque etiam aliis nobilibus viris assentientibus et c
lentibus, quod illa via inquisitionis fieret, quae compe
foret, et ipsi articuli, et contenta in eis, saltem pro
parte essent notoria seu manifesta, et propterea modi
nulla probatione indigerent. Quibus etiam interim cla
et proditorie ad notitiam dicti Balthasaris deductis
mente consternatus est, et coepit valde tremere et ti
ac etiam quosdam sibi secretos Cardinales — consule
asserens, quod quaedam in ipsis articulis descripta tan
homo peccando commisisset, et aliqua non. Et pro
tunc in mente sua, prout et ore propalavit, quod ip
dictum Concilium vellet personaliter accedere, et qua
contentis in eisdem articulis perpetrasset, coram ipso
cilio in publico fateri, *fundans se in hoc, quod Papa pr
quodcunque delictum, ut dicebat, nisi propter haeresin, d
non posset.* — *Cap.* 4. Concilium autem, seu majores
putati in eodem, ignorantes, quod ipse Balthasar praed
articulos sciret, — accesserunt ad eum, rogantes unanim
ut viam cessionis sui Papatus eligeret, ad hoc, quod
contendentes de Papatu illam similiter acceptarent, quia
non viderent modum aptum, quod praefata unio fieret in
versali Ecclesia pro hac vice. Ad hoc ipse laeto animo,
servata tamen, ex industria, quadam gravitate, respo
se facturum quod peterent, dum tamen ipsi alii duo co

darauf den 21. März nach Schafhauſen f): dadurch veranlaßte er aber nur das durch die Standhaftigkeit des gegenwärtigen

dentes idem facere vellent. Maluit enim illam viam per se, ut existimo, amplecti, quam praedicti articuli ad ejus dejectionem a Papatu admissi et probati fuissent. Die erſten Formeln des Verſprechens (*v. d. Hardt II. p.* 232), welche Johannes XXIII. eingab, misfielen dem Concilio, weil er non nisi aliis cedentibus zu cediren verſprach, und propter verba irritativa, quia alii vocantur condemnati de haeresi: endlich nahm er den 1. März folgende Formel an, und beſchwor ſie den 2. März in der Sessio generalis II. (*l. c. p.* 240): Ego Johannes Papa XXIII. propter quietem populi Christiani profiteor, spondeo et promitto, juro et voveo Deo et Ecclesiae, ac huic sacro Concilio, sponte et libere dare pacem Christi Ecclesiae per viam meae simplicis cessionis, et eam facere et adimplere cum effectu juxta deliberationem praesentis Concilii, si et quando Petrus de Luna, Benedictus XIII., Angelus Corario, Gregorius XII. in suis obedientiis nuncupati, Papatui, quem praetendunt, per se vel procuratores suos, legitime cedant: et etiam in quocunque casu cessionis vel decessus, aut alio, in quo per meam cessionem poterit dari unio Ecclesiae Dei per exstirpationem praesentis schismatis. Als er darüber literas testimoniales ausſtellen ſollte, weigerte er ſich anfangs (*Theod. de Niem l. c.*): indeß am 7. März ließ er eine Bulle ausfertigen, in welche jenes Verſprechen wörtlich aufgenommen war (ſ. bei *v. d. Hardt IV, II. p.* 53).

f) *Theod. de Niem* II, 7. Die Schreiben an den König von Frankreich, den Herzog v. Orleans und die Univ. Paris, durch welche der Papſt ſeine Flucht damit zu rechtfertigen ſucht, als ob er in Coſtnitz nicht ſicher und nicht frei geweſen ſey, als ob K. Sigismund das Concil ganz nach ſeinem Willen leite u. ſ. w., ſ. bei *v. d. Hardt* II. *p.* 253 *ss.* Eben ſolche Schreiben an den König von Pohlen, die Herzoge von Berry und Burgund bei *Bourgeois du Chastenet, Preuves p.* 318; an den Herz. v. Orleans in J. G. Schelhorn's Ergötzlichkeiten aus der Kirchenhiſtorie u. Literatur. Bd. 1. S. 27 f. Rechtfertigungsſchreiben des Concils an die Fürſten bei *v. d. Hardt IV. p.* 108, an den König von Frankreich *ibid. p.* 129. vollſtändi-

Kaiſers und durch das kräftige Wort Gerſons g) ermuthigte Concilium, in feierlichen Beſchlüſſen ſowohl ſeine Abſicht, als ſeine Würde dem Papſtthume gegenüber auszuſprechen h).

---

ger b. Schelhorn a. a. O. S. 225. In dem erſten heißt es p. 111: Nos igitur, cum omnia diligenter pensamus, et maturo judicio deliberamus, nil aliud eundem (Papam) attentasse conspicimus, quam hujusmodi Concilii dissolutionem, utpote ad unionem Ecclesiae intendentis. Und ſo ſuchten auch nach *Theod. de Niem* II, 8. die dem Papſte anhängigen Cardinäle in Coſtnitz die Anſicht zu verbreiten, quod Concilium dissolutum esset propter absentiam et recessum dicti Balthasaris.

g) ſ. Oratio publica de Concilii auctoritate am 23. März gehalten bei *v. d. Hardt II. p.* 265 *ss. Gersonis Opp. ed. du Pin. T. II. P. II. p.* 201 *ss.*

h) *Sess. generalis III. d.* 26. *Mart. Decreta pro Concilii integritate et auctoritate post fugam Papae, per Cardinalem Zabarellam praelecta* (bei *v. d. Hardt IV. p.* 72): Ad honorem, laudem et gloriam sanctissimae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, pacemque in terris hominibus bonae voluntatis divinitus promissam in Dei Ecclesia consequendum, haec sancta Synodus, sacrum generale Concilium Constantiense nuncupata, pro unione et reformatione dictae Ecclesiae in capite et in membris fienda, in Spiritu Sancto hic debite congregata, decernit, declarat, diffinit, et ordinat, ut sequitur: Et primo, quod ipsa Synodus fuit et est recte et rite convocata ad hunc locum civitatis Constantiensis, et similiter recte et rite initiata et celebrata. Item quod per recessum Domini nostri Papae de hoc loco Constantiensi, vel etiam per recessum aliorum Praelatorum, seu aliorum quorumcunque, non est dissolutum hoc sacrum Concilium, sed remanet in sua integritate et auctoritate, etiamsi quae ordinationes factae essent in contrarium, vel fierent in futurum. Item quod istud sacrum concilium non debet dissolvi, nec dissolvatur usque ad perfectam exstirpationem praesentis schismatis, et quousque Ecclesia sit reformata in fide et in moribus, in capite et in membris. Item quod ipsum sacrum Concilium non transferatur ad alium locum, nisi ex causa rationabili,

Der alsdann gegen Johannes XXIII. eingeleitete Proceß

et de consilio hujus sacri Concilii deliberanda et concludenda. Item quod Praelati et alii, qui debent interesse huic Concilio, non recedant ab hoc loco ante finitum Concilium, nisi ex causa rationabili, examinanda per deputatos seu deputandos ab hoc sacro Concilio. Qua causa examinata et approbata possint recedere cum licentia ejus vel illorum, qui habebit vel habebunt auctoritatem. Et tunc recedens teneatur dimittere potestatem suam aliis remanentibus sub poenis juris et aliis per hoc sacrum Concilium indicendis et contra eos exequendis. Noch wichtigere Beſchlüſſe wurden gleich darauf von den Nationen gefaßt. Die Cardinäle verlangten mehrere Auslaſſungen, und obgleich die Nationen nicht nachgaben (v. d. *Hardt IV. p.* 81 *ss.*), ſo machte der *Cardinalis Florentinus* (Zabarella) in der feierlichen *Sess. gen. IV.* den 30. März dieſelben doch mit jenen Auslaſſungen bekannt, ſ. l. c. p. 89. Darüber erhob ſich allgemeiner Unwille (l. c. p. 92) gegen die Cardinäle, vergl. die heftige Invective des Benedictus Gentianus, Geſandten der Univ. Paris, gegen dieſelben b. *v. d. Hardt II. p.* 279. Dem allgemeinen Beſchluſſe gemäß mußten jene Decrete unverſtümmelt *Sess. gen. V.* den 6. April wiederholt werden, ſ. *v. d. Hardt II. p.* 98 (das von Zabarella ausgelaſſene iſt curſiv gedruckt): In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen. Haec sancta Synodus Constantiensis, generale Concilium faciens, pro exstirpatione praesentis schismatis, et unione ac reformatione Ecclesiae Dei in capite et in membris fienda, ad laudem omnipotentis Dei in Spiritu Sancto legitime congregata, ad consequendum facilius, securius, uberius, et liberius unionem ac reformationem Ecclesiae Dei, ordinat, diffinit, statuit, decernit et declarat, ut sequitur. Et primo declarat, quod ipsa in Spiritu Sancto legitime congregata, generale Concilium faciens, et Ecclesiam Catholicam militantem repraesentans, potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet, cujuscunque status, vel dignitatis, etiamsi papalis, existat, obedire tenetur in his, quae pertinent ad fidem et exstirpationem dicti schismatis, *ac generalem reformationem Ecclesiae Dei in capite et*

in membris. Item declarat, quod quicunque, cujuscunque conditionis, status, vel dignitatis, etiamsi papalis, existat, qui mandatis, statutis seu ordinationibus, aut praeceptis hujus sanctae Synodi et cujuscunque alterius Concilii generalis legitime congregati, super praemissis seu ad ea pertinentibus, factis vel faciendis obedire contumaciter contemserit, nisi resipuerit, condignae poenitentiae subjiciatur, et debite puniatur, etiam ad alia juris subsidia, si opus fuerit, recurrendo. Item diffinit et ordinat sancta Synodus, quod Dominus Johannes XXIII. Romanam Curiam et Officia publica, illius seu illorum Officiarios de hac civitate Constantiensi ad alium locum non mutet aut transferat, seu personas dictorum officiariorum ad sequendum eum directe vel indirecte cogat, sine deliberatione et consensu ipsius s. Synodi. — Item ordinat et diffinit, quod omnes et singulae translationes Praelatorum, necnon privationes eorundem aut aliorum beneficiatorum, officialium, administratorum, quarumcunque commendarum ac donationum revocationes, monitiones, censurae ecclesiasticae, processus, sententiae, et quaecunque acta, gesta, gerenda, agenda aut fienda per praefatum Dominum Johannem Papam, aut suos officiarios vel commissarios in laesionem dicti Concilii seu adhaerentium eidem, a tempore inchoationis ejusdem Concilii — facta seu facienda, — auctoritate hujus sacri Concilii ipso facto sint nulla, cassa, irrita et inania. — *Item declarat, quod idem Johannes Papa XXIII, et omnes Praelati, ac alii ad hoc sacrum Concilium vocati, et alii in eodem Concilio existentes, in plenaria libertate fuerunt et existunt, ut visum est dicto sacro Concilio, nec ad notitiam dictorum vocatorum seu dicti Concilii contrarium deductum est. Et hoc testificatur dictum sacrum Concilium coram Deo et hominibus.* Unter dieſen Beſchlüſſen iſt beſonders der erſte Sess. V. den Ultramontanern immer unangenehm geweſen. Sie läugneten daher deſſen Gültigkeit, wie *Card. Cajetanus de auctoritate Papae et Concilii*, *Bellarminus de Conciliis et Ecclesia lib. II. c.* 19, *Andreas Vallius de suprema potest. Papae P. IV. Qu.* 7., wogegen die Gallicaner dieſelbe behaupteten, ſ. *Richerii hist. Conciliorum lib. II. c.* 3. §. 7. Nachdem der Galliciniſche Clerus in ſeinen berühmten Propoſitionen v. 1682 ſich dahin erklärt

endete mit dem Abſetzungsurtheile den 29. Mai 1415 i).

---

hatte, nec probari a gallicana Ecclesia, qui eorum decretorum, quasi dubiae sint auctoritatis ac minus approbata, robur infringant aut ad solum schismatis tempus Concilii dicta detorqueant; erſchien *Emanuel. a Schelstraten Acta Constantiensis Concilii ad expositionem decretorum ejus sessionum quartae et quintae facientia, nunc primum ex Codd. Mss. in lucem eruta ac dissertatione illustrata, Antverp.* 1683. 4., wo nicht blos die früheren Ausflüchte wiederholt werden, ſondern auch behauptet wird, der erſte Beſchluß der vierten Seſſion ſey von dem Baſelſchen Concilio, welches 1442 zuerſt die Acten des Coſtnitzer Concils habe ſammeln laſſen, interpolirt, indem der ächte Schluß blos gelautet habe: in his quae pertinent ad exstirpationem dicti schismatis: die Decrete der fünften Seſſion ſeyen aber ohne gehörige Erwägung, und nicht mit Einwilligung Aller abgefaßt. Dagegen die Gallicaner *Louis Maimbourg traité hist. de l'établissement et des prérogatives de l'église de Rome et de ses evêques. Paris* 1685. 12. c. 23—25. *Du Pin de antiqua eccl. disciplina. cap. VI. §. 6. Natalis Alexander hist. eccl. Saec. XV et XVI. Diss.* 4. Nachdem u. d. Hardt von den Berathungen der Congregationen nähere Nachrichten bekannt gemacht hat, iſt Schelſtraten's Behauptung actenmäßig widerlegt.

i) Sess. VI. den 17. Apr. 1415, genehmigte die Synode den Entwurf eines von Johannes XXIII. zu vollziehenden Procuratorii super renunciatione Papatus (*v. d. Hardt IV. p.* 114), vermöge deſſen die von ihm zu ernennenden Procuratores unter den von ihm beſchworenen Bedingungen ſtets gültig an ſeiner Stelle ſollten renunciiren können, mit der Beſtimmung: Et si quovismodo contingeret, hujusmodi procuratorium seu procuratores nos revocare, — impugnare etc. ex nunc prout ex tunc. ipsi, Papatui cedimus et renunciamus ipso facto, et deinceps pro non Papa haberi — volumus. Als der Papſt dieſes ihm zugeſandte Procuratorium auszuſtellen ſich weigerte, erfolgte Sess. gen. VII. den 2. Mai eine Citation (*l. c. p.* 143), Sess. gen. X. den 14. Mai die Suspenſion (*l. c. p.* 183), und nachdem 70 Articuli (l. c. p. 196), von denen indeß mehrere wegen ihres anſtößigen Inhalts nicht vorgeleſen wurden (p. 237. 247), durch Zeugen erwieſen waren

Gregorius XII. dankte den 4. Jul. freiwillig ab k). Nur

(p. 253), Sess. gen. XII. den 29. Mai die Sententia depositionis (l. c. p. 280), worin die Synode erklärte, recessum per — Johannem Papam XXIII. ab hac civitate Constantiensi — clandestine — factum fuisse et esse illicitum, Ecclesiae Dei et dicto Concilio notorie scandalosum, pacis et unionis ipsius Ecclesiae turbativum et impeditivum, schismatis inveterati nutritivum, a voto, promissione et juramento per ipsum Dominum Johannem Papa Deo, et Ecclesiae, ac huic sacro Concilio praestitis deviativum; ipsumque Dominum Johannem Papam Simoniacum notorium, bonorumque et jurium, nedum Romanae, sed aliarum Ecclesiarum — dilapidatorem notorium, malumque spiritualium et temporalium Ecclesiae administratorem et dispensatorem fuisse et esse, suis detestabilibus inhonestisque vita et moribus Ecclesiam Dei et populum Christianum notorie scandalizantem; — postque monitiones debitas et charitativas, iteratis et crebris vicibus eidem factas, in praemissis malis pertinaciter perseverasse, seque ex hoc notorie incorrigibilem reddidisse: ipsumque — tanquam indignum, inutilem, et damnosum a Papatu — amovendum, privandum et deponendum fore. Et eum dicta sancta Synodus amovet, privat et deponit, universos et singulos Christicolas, cujuscunque status, dignitatis, vel conditionis existant, ab ejus obedientia, fidelitate et juramento absolutos declarando. — Eumque ad standum et morandum in aliquo loco bono et honesto sub custodia tuta Serenissimi Principis Domini Sigismundi, Romanorum et Hungariae Regis, — nomine dicti sacri Concilii generalis, quamdiu dicto sacro generali Concilio pro bono unionis Ecclesiae Dei videbitur, condemnandum fore, et eadem sententia condemnat. Alias vero poenas, quae pro dictis criminibus et excessibus inferri deberent juxta canonicas sanctiones, dictum Concilium arbitrio suo reservat declarandas et infligendas secundum quod rigor justitiae vel misericordiae ratio suadebit.

k) *Sess. gen.* XIV. bei *v. d. Hardt* IV. p. 346 ss. Er wurde darauf vom Concilio zum Cardinallegaten der Mark Ancona ernannt (l. c. p. 474). cf. *Theodorici de Niem liber* III. *de fatis Con-*

Benedict XIII. blieb unbeugſam. Ungeachtet die ſpaniſchen Reiche ihm den 6. Jan. 1416 den Gehorſam aufkündigten, und ſich im Oct. als fünfte Nation dem Concilio anſchloſſen; ſo blieben dennoch alle gütlichen Verſuche bei ihm vergeblich, und er achtete ſelbſt das den 26. Jul. 1417 vom Concilio ausgeſprochene Abſetzungsurtheil nicht [1]): da ſich indeß ſeine Obedienz auf das Städtchen Peniscola in Valencia beſchränkte, ſo brauchte auf ihn keine weitere Rückſicht genommen zu werden [m]).

---

stantiensibus reliquorum duorum Pontificum Gregorii XII. et Petri de Luna, aliisque negotiis in Concilio, remoto Balthasare, incidentibus bei *v. d. Hardt* II. *p.* 409 *ss.*

1) *Theod. de Niem l. c.* Die Unterhandlungen des Kaiſers Sigismund, welcher im Sept. 1415 deshalb nach Spanien gereiſet war, mit ihm ſ. *v. d. Hardt* II. p. 484 ss. Die Handlungen des Concils gegen ihn ſ. zerſtreut bei *v. d. Hardt* IV. Das Abſetzungsurtheil Sess. XXXVII. den 26. Jul. bei *v. d. Hardt* IV. *p.* 1373. bezeichnet ihn als perjurum, universalis Ecclesiae scandalizatorem, fautorem et nutritorem inveterati schismatis, — et haereticum a fide devium, et articuli fidei *Unam sanctam catholicam Ecclesiam* violatorem pertinacem, cum scandalo Ecclesiae Dei incorrigibilem, notorium et manifestum. Nach *Jo. Niderus* (Dominicaner in Baſel u. Wien † 1438) *de visionibus ac revelationibus* (od. *formicarius*) *ed. v. d. Hardt. Helmstadii* 1692. 8. lib. III. c. 1. hatte Benedict eine Weiſſagung von einem Abte, quod plura passurus esset ab adversariis, quod obsideri deberet, — sed tandem Romam iturus esset, et in unione Ecclesiae ibidem, adepta pacifica possessione et sedato schismate, quieturus. — In praedictam prophetiam fatue confidens remotus a Papatu, obedire renuit, in munitiunculam fugit, et tandem in exilio, pertinax in sua opinione, vitam nec Romae, nec in pace, sed in miseria finivit.

m) Benedict XIII. † 1424. Er hinterließ 4 Cardinäle, von denen drei einen Clemens VIII., der vierte einen Benedict XIV. wählten. Clemens VIII. mußte 1429 auf einem Concilium zu Tortoſa entſagen.

Kaiſer Sigismund und die Deutſchen, der Synode von Piſa eingedenk, verlangten jetzt, anfangs auch von den Engländern unterſtützt, daß die beabſichtigte Reformation n) vor der Wahl eines neuen Papſtes vorgenommen würde: die Cardinäle und die übrigen Nationen widerſprachen aber ſo heftig o), daß das Concilium ſich begnügte, nur einige reformatoriſche Beſchlüſſe zu faſſen p), und die übrigen Gegenſtände der Re-

---

n) Ueber die Nothwendigkeit derſelben ſ. *Petri de Alliaco canones reformandi Ecclesiam in Conc. Constantiensi*, den 1. Nov. 1416 dem Concilio übergeben (bei *v. d. Hardt* I, VIII. *p.* 409), *in Praefat.* Quae Ecclesiae reformatio quam necessaria olim fuerit, et amplius modo sit, evidenter ostendit defienda ipsius deformatio. De qua lamentabiliter conquerebatur b. *Bernhardus serm. XXXIII. super Cant.* (vergl. Abth. 2. §. 65. not. k). — Si haec a b. Bernhardo dicta sunt, nunc multo magis dici possunt. Quia ex eo Ecclesia de malis ad pejora processit, et in omni tam spirituali quam saeculari statu abjecto decore virtutum in variam cecidit turpitudinem vitiorum. — Hoc autem Deus misericordissimus, qui solus ex malis bona novit elicere, ideo permittere credendus est, ut eorum occasione Ecclesia sua in melius reformetur. *Quod nisi celeriter fiat, audeo dicere, quod, licet magna sint quae videmus, tamen brevi incomparabiliter majora videbimus, et post ista tonitrua tam horrenda, alia horribiliora in proximo audiemus.* Eapropter summopere vigilandum est circa reformationem Ecclesiae. Um dieſe Reformation vorzubereiten, wurde Sess. XIII. den 15. Jun. 1415 (*v. d. Hardt* IV. *p.* 335) eine Commiſſion aus 4 Cardinälen u. aus Deputirten der Nationen niedergeſetzt, ein Reformatorium, deſſen merkwürdige Protocolle *v. d. Hardt* I, X. p. 583 ss. herausgegeben hat.

o) *v. d. Hardt* IV. p. 1394 ss.

p) Beſchlüſſe der *Sessio gen.* XXXIX. den 9. Oct. 1417 bei *v. d. Hardt* IV. p. 1435: I. *De Conciliis generalibus:* Frequens generalium conciliorum celebratio agri Dominici praecipua cultura est, quae vepres, spinas et tribulos haeresium, errorum et schismatum exstirpat, excessus corrigit, deformata

formation in allgemeinen Andeutungen dem künftigen Papſte

reformat, et viam Domini ad frugem uberrimae fertilitatis adducit: illorum vero neglectus praemissa disseminat atque fovet. — Propter hoc edicto perpetuo sancimus, — ut amodo concilia generalia celebrentur, ita quod primum a fine hujus Concilii in quinquennium immediate sequens, secundum vero a fine illius immediate sequentis Concilii in septennium, et deinceps de decennio in decennium perpetuo celebrentur in locis, quae summus Pontifex per mensem ante finem cujuslibet Concilii, approbante et consentiente Concilio, vel in ejus defectu ipsum Concilium deputare et assignare teneatur; ut sic per quandam continuationem semper aut Concilium vigeat, aut per termini pendentiam exspectetur. — II. *Provisio adversus futura schismata praecavenda:* Si vero, quod absit, in futurum schisma oriri contingeret, — ipso jure terminus Concilii tunc forte ultra annum pendens ad annum proximum breviatus. — Et quilibet ipsorum se pro Romano Pontifice gerentium infra mensem, a die qua scientiam habere potuit, alium vel alios assumsisse Papatus insignia, — teneatur sub intimatione maledictionis aeternae et amissione juris, si quod forte sibi quaesitum esset in Papatu, — Concilium ipsum ad terminum anni praedictum in loco prius deputato celebrandum indicere et publicare, et per suas literas competitoribus — et caeteris Praelatis ac Principibus — intimare, necnon termino praefixo — ad locum Concilii personaliter se transferre, nec inde discedere, donec per Concilium causa schismatis plenarie sit finita. Hoc adjuncto quod nullus ipsorum contendentium de Papatu in ipso Concilio ut Papa praesideat: quinimo — sint ipsi omnes de Papatu contendentes, postquam dictum Concilium inceptum fuerit, auctoritate hujus sacrae synodi ipso jure ab omni administratione suspensi. — Quod si forte electionem Romani Pontificis per metum, qui caderet in constantem, seu impressionem de cetero fieri contingat, ipsam nullius decernimus efficaciae vel momenti, nec posse per sequentem consensum, etiam metu praedicto cessante, ratificari vel approbari. Non tamen liceat Cardinalibus ad aliam electionem

zu empfehlen q), worauf denn Otto von Colonna als Mar-

procedere, nisi ille, qui fuit electus, forte renunciet, vel decedat, donec per generale Concilium de electione illa fuerit judicatum. Et si procedant, nulla sit electio. — Sed — teneantur electores omnes — quam cito sine periculo personarum poterunt — se transferre ad locum tutum, et metum praedictum allegare coram Notariis publicis, et notabilibus personis ac multitudine populi in loco insigni. — Teneantur insuper — provocare sic electum ad Concilium. — III. *De professione facienda per Papam.* IV. *Ne Praelati transferantur inviti.* V. *De spoliis et procurationibus.* Cum per Papam facta reservatio et exactio et perceptio procurationum Ordinariis et aliis inferioribus Praelatis debitarum ratione visitationis, necnon et spoliorum decedentium Praelatorum, aliorumque clericorum, gravia Ecclesiis, Monasteriis, et aliis beneficiis ecclesiasticisque personis afferant detrimenta: praesenti declaramus edicto, rationi fore consentaneum, ac reipublicae accommodum, tales per Papam reservationes ac — exactiones seu perceptiones de cetero nullo modo fieri seu attentari. Quinimo procurationes hujusmodi, et quorumcunque Praelatorum — in Curia Romana vel extra — decedentium spolia, seu bona eorum mortis tempore reperta, plane et libere pertineant illis, — quibus alias, praefatis reservationibus, mandatis et exactionibus cessantibus competerent ac pertinere deberent. Praelatis etiam inferioribus et aliis hujusmodi spoliorum exactiones praeter et contra juris communis formam fieri interdicimus.

q) *Sessio gen. XL.* den 30. Oct. 1417 (*v. d. Hardt* IV. *p.* 1452): Sacrosancta synodus Constantiensis statuit et decernit, quod futurus summus Pontifex per Dei gratiam de proximo assumendus, cum hoc sacro Concilio vel deputandis per singulas nationes debeat reformare Ecclesiam in capite et Curia Romana secundum aequitatem et bonum regimen Ecclesiae, antequam hoc sacrum Concilium dissolvatur, super materiis articulorum, alias per nationes in Reformatoriis oblatorum, qui sequuntur. 1. Primo de numero, qualitate et natione Dominorum Cardinalium. 2. Item de reservationibus sedis

tin V. den 11. Nov. 1417 zum Papſte erwählt wurde. Der Erfolg rechtfertigte die Befürchtungen der Deutſchen. Vor dem Glanze des neuen Papſtes, des erſten, der nach langer Zeit wieder allgemein anerkannt war, erbleichte der Schimmer des Concils, und die päpſtliche Monarchie erhob ſich ſogleich wieder ohne Hinderniß über alle Schranken, welche die kirchliche Ariſtokratie ihr geſetzt zu haben meinte. Die Canzleyregeln, welche Martinus V. gleich nach ſeiner Wahl ausfertigen ließ, waren von denen der früheren Päpſte, über welche ſo viel geklagt war, wenig verſchieden r). Die Vorſchläge zur Reformation, welche derſelbe vorlegte, entſprachen der Erwartung keinesweges s): die Kraft und Einheit des Concils war

---

Apostolicae. 3. Item de annatis, communibus servitiis, et minutis. 4. Item de collationibus beneficiorum, et gratiis expectativis. 5. Item de causis in Romana Curia tractandis, vel non. 6. Item de appellationibus ad Romanam Curiam. 7. Item de officiis Cancellariae et Poenitentiariae. 8. Item de exemtionibus et incorporationibus tempore schismatis factis. 9. Item de commendis. 10. Item de confirmationibus electionum. 11. Item de fructibus medii temporis. 12. Item de non alienandis bonis Romanae Ecclesiae et aliarum Ecclesiarum. 13. Item propter quae, et quomodo Papa possit corrigi vel deponi. 14. Item de exstirpatione Simoniae. 15. Item de dispensationibus. 16. Item de provisione Papae et Cardinalium. 17. Item de indulgentiis. 18. Item de decimis. Hoc adjecto, quod facta per nationes deputatione praedicta liceat aliis de Papae licentia libere ad propria remeare.

r) *Martini P. V. Regulae Cancellariae, die* 12. *Nov.* 1417 *a Johanne Ostiensi Cardinale conscriptae et d.* 26. *Febr.* 1418 *publicatae* bei *v. d. Hardt* I, XXI. *p.* 965 *ss.*

s) Im Anfange des J. 1418 gab die deutſche Nation *Avisamenta Nationis Germanicae super articulis juxta decretum Concilii reformandis, exhibenda Domino nostro sanctissimo* (*v. d. Hardt* I, XXII. *p.* 999 ss.) ein: gegen Ende des Januars erfolgte darauf die *Responsio Dom. P. Martini super reformatione capitulo-*

aber ſchon ſo gebrochen, daß der Papſt die bedenklichſten Reformationspuncte durch Concordate mit den einzelnen Nationen beſeitigen konnte t), worauf alsdann wenige allgemeine refor-

---

rum, in Concilio per decretum statutorum, per modum Avisamenti data Nationibus (l. c. p. 1021 ss.), deren Bewilligungen weit unter den Forderungen blieben. In Beziehung auf Art. XIII. war der Antrag der deutſchen Nation (l. c. p. 1008): Super decimo tertio articulo videtur, quod summus Pontifex non solum de haeresi, sed etiam de simonia notoria tam circa sacramenta, quam circa beneficia ecclesiastica, et quolibet alio notorio crimine gravi, Ecclesiam universalem notorie scandalizante, de quo canonice monitus incorrigibilis extiterit, per generale Concilium puniri valeat, ac deponi etiam de Papatu. Item videtur, quod sanctissimus Dominus noster sacro approbante Concilio specialem constitutionem super hoc, quod praemittitur, declaratoriam debeat promulgare, et insuper declarare, quod nedum circa sacramenta, sed etiam circa beneficia ecclesiastica conventionem seu pactionem pecuniariam per se vel alium faciendo crimen pravitatis Simoniacae non evadat (cf. Abth. 3. §. 101. not. dd). In der päpſtlichen Responsio heißt es darüber (l. c. p. 1032): *Artic. XIII. Propter quae et quomodo Papa possit corrigi et deponi.* Non videtur, prout nec visum fuit in pluribus nationibus, circa hoc aliquid novum statui vel decerni.

t) *Germanicae Nationis et Martini V. Papae Concordata* publicirt den 2. Mai 1418 (bei *v. d. Hardt* I. p. 1055. E. Münch's vollſtändige Sammlung aller ältern und neuern Konkordate. Th. 1. S. 20 ff.) *Cap. 1. De numero et qualitate Cardinalium, et eorum creatione.* Statuimus, ut deinceps numerus Cardinalium Romanae Ecclesiae adeo sit moderatus, quod non sit gravis Ecclesiae. Qui de omnibus partibus Christianitatis proportionaliter, quantum fieri poterit, assumantur, ut notitia causarum et negotiorum in Ecclesia emergentium facilius haberi possit, et aequalitas regionum in honoribus ecclesiasticis observetur; sic tamen, quod numerum XXIV. non excedant, nisi pro honore nationum, quae Cardinalem non habent, unus vel duo pro semel de consilio et assensu

Cardinalium assumendi viderentur. Sint autem viri in scientia, moribus et rerum experientia excellentes, Doctores in theologia, aut in jure canonico vel civili, praeter admodum paucos, qui de stirpe regia vel ducali, aut magni Principis oriundi existant, in quibus competens literatura sufficiat: non fratres, aut nepotes ex fratre vel sorore, alicujus Cardinalis viventis: nec de uno Ordine Mendicantium ultra unum: non corpore vitiati, nec alicujus criminis vel infamiae nota respersi. Nec fiat eorum electio per auricularia vota solummodo, sed etiam cum consilio Cardinalium collegialiter, sicut in promotione Episcoporum fieri consuevit. Qui modus etiam observetur, quando aliquis ex Cardinalibus in Episcopum assumetur. *Cap.* 2. *De provisione Ecclesiarum, Monasteriorum etc.* Sanctissimus Dominus noster Papa, Martinus V., super provisionibus Ecclesiarum, Monasteriorum et beneficiorum quorumcunque utetur reservationibus Juris scripti, et constitutionis *Execrabilis* et *Ad regimen* (ſ. Abth. 3. §. 101. not. k u. q) modificatae. Der Papſt behält ſich demnach die Beſetzung aller in Curia vacant werdenden Beneficien, und demgemäß auch derer vor, deren Inhaber päpſtliche Curialen, oder von dem Papſte abgeſetzt oder verſetzt ſind, und für welche eine Wahl geſchehen, aber vom Papſte caſſirt iſt. Eben ſo providirt der Papſt, wenn nicht zur rechten Zeit gewählt iſt. Die majores dignitates in den Capiteln ſollen durch Wahl der Capitel beſetzt werden; die andern Stellen abwechſelnd vom Papſte, und von denen, welchen die Beſetzung zukommt. Der ſechste Theil der Canonicate ſoll nur mit Graduirten beſetzt werden, eben ſo alle Pfarrkirchen mit 2000 Communicanten und darüber. *Cap.* 3. *De Annatis.* De Ecclesiis et Monasteriis virorum duntaxat vacantibus et vacaturis solventur pro fructibus primi anni a die vacationis summae pecuniarum in libris Camerae Apostolicae taxatae, quae communia servitia nuncupantur. Si quae vero excessive taxatae sunt, juste retaxentur. — Taxae autem praedictae pro media parte infra annum a die habitae possessionis pacificae totius vel majoris partis solventur, et pro media parte alia infra sequentem annum. Et si infra annum bis vel pluries vacaverit, semel tantum solvetur. — De ceteris autem dignitatibus — quibuscunque, quae auctoritate sedis Aposto-

entgegen, jede Appellation von dem Papſte an ein allgemeines Concilium für unerlaubt erklären, als die Pohlen in ihrer Streitſache gegen Joh. von Falckenberg eine ſolche Appellation einlegten x). So war das Concilium ſich ſelbſt ſo unähnlich geworden, daß ſeine bald erfolgende Auflöſung (Sess. XLV. den 22. Apr. 1418) y) nicht bedauert werden konnte, ſo we-

---

vocatur auxilium brachii saecularis. Et sic contra dictam constitutionem etc. Indeß beantragt er am Ende doch nur eine mildere Art der Einſammlung.

x) vergl. Abth. 3. §. 116. not. l. *Jo. Gersonii tract. quomodo et an liceat in causis fidei a summo Pontifice appellare* (Opp. II, II. p. 303 ss.): Quaeritur utrum haec assertio sit catholica: — *Nulli fas est a supremo judice, videlicet Apostolica Sede, seu Romano Pontifice, Jesu Christi Vicario in terris, appellare, aut illius judicium in causis fidei, quae tanquam majores ad ipsum et Sedem Apostolicam deferendae sunt, declinare?* Arguitur quod sic, auctoritate sanctissimi Domini Martini Papae V. in sua Constitutione ad perpetuam rei memoriam facta, et promulgata in Consistorio generali celebrato Constantiae 6. Idus Martii Pontificatus sui anno primo (10. März 1418), ubi reperitur haec assertio, sicut dicitur. In dem *Dialogus Apologeticus pro condemnatione propositionum Jo. Parvi* (l. c. p. 390) bezeichnet Gerſon dieſe päpſtliche Bulle als destruens fundamentale penitus robur, nedum Pisani, sed Constantiensis Concilii, et eorum omnium, quae in eis, praesertim super electione Summi Pontificis, et intrusorum ejectione, attentata factave sunt.

y) *Sess.* XLIV. den 19. Apr. 1418 erließ der Papſt das Decret (*v. d. Hardt* IV. p. 1546): Cupientes et etiam volentes decretae hujus sacri generalis Concilii satisfacere, inter alia disponenti, quod omnimode generalia Concilia celebrentur in loco, quem summus Pontifex per mensem ante finem hujus Concilii, approbante et consentiente Concilio, deputare et assignare teneatur (ſ. *not. p.* l.); pro loco dicti proxime futuri Concilii, celebrandi a fine praesentis Concilii supradicti [in quinquennium], eodem consentiente et approbante Concilio

nig auch die Hoffnungen der Völker durch daſſelbe erfüllt waren z).

---

civitatem *Papiensem* tenore praesentium deputamus. Die Auflöſungsbulle, welche Sess. XLV. erfolgte, und omnibus et singulis, qui in hoc sacro Concilio et causa ipsius interfuerunt, absolutionem plenariam omnium peccatorum, semel in vita et in mortis articulo gewährte, ſ. *l. c. p.* 1559. Eine Genehmigung der Beſchlüſſe des Concils hatte der Papſt ſchon in der Verdammungsbulle gegen Wicleff und Huß *Inter cunctas* dd. 22. Febr. 1418 in den Fragen ausgeſprochen, welche er den der Ketzerei Verdächtigen vorzulegen befiehlt (l. c. p. 1527): Item utrum credat, teneat et asserat, quod quodlibet Concilium generale, et etiam Constantiense, universalem Ecclesiam repraesentet. Item utrum credat, quod illud, quod sacrum Concilium Constantiense, universalem Ecclesiam repraesentans, approbavit et approbat in favorem fidei et salutem animarum, quod hoc est ab universis Christifidelibus approbandum et tenendum: et quod condemnavit et condemnat esse fidei vel bonis moribus contrarium, hoc ab eisdem esse tenendum pro condemnato. Dann erklärte er in der letzten Sitzung in der Antwort an die pohln. Geſandten: quod omnia et singula determinata et conclusa et decreta in materiis fidei per praesens sacrum Concilium Constantiense conciliariter, tenere et inviolabiliter observare volebat et nunquam contravenire quoquomodo.

z) vgl. die merkwürdige Stelle über das Coſtnitzer Concil, mit welcher der Zeitgenoſſe *Gobelinus Persona*, Decanus in Bielefeld (ſ. vor Abſchn. 4), ſein *Cosmodromium* ſchließt, in *Meibomii Rerum Germ. T. I. p.* 345: Postquam Dominus Martinus Papa praedictus fuit coronatus, per nationes Concilii petebatur fieri reformatio Ecclesiae tam in capite quam in membris, prout in Reformatorio per ad hoc electos conceptum fuerat. Sed quia non omnes aeque ardenter instabant, Cardinalibus etiam in hoc torpentibus, parum profecerunt. Unde natio Gallicana Regem (Sigismundum) adiit, petens ab eo, ut Papam ad Ecclesiam dignaretur informare. Qui respondit eis: *dum nos, ut reformatio fieret, priusquam ad electionem summi Pontificis procederetur, instabamus, vos nolentes acquiescere,*

Nachdem nun auch Frankreich, welches das in Coſtnitz ihm dargebotene Concordat zurückgewieſen hatte aa), ſich unter

---

Papam, priusquam fieret reformatio Ecclesiae, habere voluistis. Et ecce Papam habetis, quem et nos habemus: illum pro expeditione hujusmodi reformationis adite, quoniam pro nunc nostri non interest, prout intererat sede Romana vacante. Sunt tamen quaedam reformata, quamvis respectu conceptorum pauca, verbis quidem et scriptis, quae propter humanam mentis mutabilitatem, divinitatis excusantem se sub umbra, hic inserere non praesumo. *Ego quidem jam annis multis statum pertractans Ecclesiae, per quem modum ad universalis Ecclesiae reformationem scandalis sublatis omnibus perveniri posset, curiosa mente revolvi. Quem quidem modum Dominus fortasse ostendet, cum in spiritu vehementi conteret naves Tharsis.*

aa) Die franzöſiſche Nation hatte ſchon 1417 auf dem Concilio ſehr gegen die Annaten proteſtirt, ſ. *Apostoli et responsio dati per ven. Nationem Gallicanam etc.* in den *Preuves des Libertez de l'église Gallicane Chap. XXII. no.* 13. (mit verändertem Titel bei *v. d. Hardt* I, XIII. *p.* 761). Obgleich nun in dem franzöſiſchen Concordate die Hälfte der Annaten erlaſſen war (ſ. not. t); ſo erſchien doch von Seiten des Königs im April 1418 der Befehl (*Bulaei hist. Univ. Paris. V. p.* 328. *Preuves des Lib. de l'égl. Gall. Chap. XXII. no.* 16.), quod Ecclesiis nostrorum Regni ac Delphinatus — secundum antiqua jura Conciliaque generalia de personis idoneis providebitur. — Et insuper quoad exactiones pecuniarum, quas ab aliquibus retroactis temporibus Curia Romana seu Camera Apostolica sub praetextu vacantium beneficiorum Regni et Delphinatus praedictorum, aut alias quovis modo seu colore praemissorum sibi applicari voluit, penitus cessabunt. Intendimus tamen tanquam Christifideles summo Pontifici et Ecclesiae Romanae aeque plusve ceteris in necessitatibus, sive et cum tempus exegerit, succurrere et rationabiliter subvenire: und im Mai das Verbot (ll. cc.), ne aliquis deinceps absque nostra licentia ausu temerario aurum vel argentum, jocalia (*joyaux*, Juwelen), aut alia quaevis pretiosa per literas, bulletas (Scheine),

dem jungen Könige Carl VII. dem päpſtlichen Joche wieder zu fügen anfing (1425) bb); nachdem das dem Coſtnitzer Beſchluſſe gemäß in Pavia und Siena 1423 u. 1424 abgehaltene allgemeine Concilium ohne alle Bedeutung und Wirkung geblieben war; ſo konnte das Papſtthum ganz wieder auf die alte Bahn zurücklenken, ohne ſich durch entgegenſtrebende

---

obligationes aut alias quovis modo, occasione procurationum, annatarum, vacantium, dispositionis antedictorum beneficiorum — extra Regnum transferat. Der Herzog von Burgund bewirkte zwar 1419 einen königl. Widerruf dieſer Befehle, der aber von dem Parlamente nicht angenommen wurde (*Bulaeus V. p.* 335), und im Febr. 1422 (1423) wurden jene Befehle wieder beſtätigt (*Preuves Chap. XXII. no.* 17.).

bb) Königl. Edict dd. X. Febr. 1424 (1425) (*Preuves l. c. no.* 19.), ut omnia quaecunque mandata in debita forma, et rescripta Apostolica a die exhibitionis praesentium fuerunt eidem summo Pontifici concessa, bullaeque et processus inde secuti locum executionis habeant in Regno ac Delphinatu nostris, ac eisdem debite per eos ad quos spectat pareatur, — tam in beneficiorum collatione, quam jurisdictionis Apostolicae potestatis exercitio, modo et forma, quibus felicis recordationis Clementis VII. et Benedicti XIII. temporibus in Regno nostro eisdem summis Pontificibus, eorumque bullis, processibus, et literis parebatur atque obediebatur, non obstantibus ordinationibus regiis, arrestis Parlamenti nostri — et aliis quibuscunque mandatis et usibus in contrarium praedictorum. — Rogantes tamen sancti Patris nostri clementiam, quod — electiones, — et quaevis aliae dispositiones factae in vim ordinationum et arrestorum praedictorum usque in diem exhibitionis praesentium locum habeant, et — confirmentur, defectus si qui sunt privata largitate supplendo. Da der König als Dauphin die Beobachtung der früher (not. aa) erlaſſenen Geſetze beſchworen hatte, ſo entband ihn der Papſt dieſes Eides, ſ. das Breve dd. Kal. Maji 1425 bei *Raynaldus ad h. a. no.* 8.

Maasregeln einzelner Staaten aufhalten zu laſſen cc). Martin zügelte die Cardinäle nur, um durch ſie nicht beſchränkt

cc) So macht Martinus dem Henricus Episc. Wintoniensis (*Raynald.* 1426 *no.* 19.) die heftigſten Vorwürfe wegen eines execrabile statutum, per quod ita Rex Angliae de Ecclesiarum provisione et administratione disponit, quasi vicarium suum Christus cum instituisset; legem condit super Ecclesias, Beneficia, Clericos et ecclesiasticum statum; ad se suamque laicalem curiam causas spirituales et ecclesiasticas jubet introduci. — Quasdam contra clericos adjecit poenas, quae ne quidem contra Judaeos vel Saracenos per ullum de suis statutis promulgatae inveniuntur. Possunt ad Angliae regnum cujuslibet generis homines libere proficisci: soli acceptantes beneficia auctoritate summi Pontificis, vicarii Jesu Christi, jubentur exulare, capi, carcerari, omnibusque bonis exui; executoresque literarum Apostolicarum, procuratores, notarii, et quicunque alii censuram seu processum ab apostolica sede in regnum mittentes aut deferentes ultimo supplicio deputantur, projectique extra protectionem Regis ab omnibus captivandi. Der Biſchof wird an das Beiſpiel illius gloriosissimi martyris b. Thomae erinnert, qui adversus similia decertans statuta holocaustum se Deo offerens pro libertate ecclesiastica occubuit, und aufgefordert, bei König und Parlament Alles in Bewegung zu ſetzen, damit jenes Geſetz aufgehoben werde. Vergl. die päpſtl. Ermahnungsſchreiben an das Parlament (*Raynald.* 1427 *no.* 15.), und an Heinrich Erzb. v. Canterbury (*l. c. no.* 16.), welcher letztere beſonders darüber zur Rede geſtellt wird, quod audivimus te dixisse irreverenter et improbe, propter pecunias exhauriendas abolitionem illius statuti apostolicam sedem ipsam quaerere. Auch in Pohlen waren ähnliche königliche Verordnungen erlaſſen, ſ. *Martini ep. ad Wladislaum Regem Poloniae dd. Kal. Apr. ann.* VIII, alſo 1425, wenn nicht XIII (1429) zu leſen iſt (bei *Raynald. ann.* 1427 *no.* 17.): Refertur nobis quasi omnia in aliam dispositionem mutata esse; in eodem regno conculcari jura Ecclesiae, et ecclesiasticam opprimi libertatem; non multum timeri censuras nostras, et hujus sedis auctoritatem; electiones Ecclesiarum et Monasteriorum, quo-

zu werden dd); und ſo begannen die alten Klagen über die Geldererpreſſungen und Kirchenbedrückungen, wie über die Beſtechlichkeit der Curie bald von neuem ee), und nur die Rö-

---

rum tamen omnimoda dispositio ad nos spectat, non esse liberas, sed fieri ad praescriptum tuum; beneficiorum per nos collatorum provisiones contemni, tum in beneficiis generaliter reservatis, atque in ea re non parere mandatis nostris. In einem andern Schreiben an denſelben dd. 7. Kal. Sept. ann. XIII (b. *Raynald. ann.* 1429 *no.* 13.) beſchwert ſich der Papſt über gewiſſe königliche Schreiben, per quas tua Serenitas Praelatis et Canonicis Ecclesiae Gneznensis mandat sub gravi poena, ne aliquem extraneum in dicta Ecclesia recipiant ad possessionem alicujus beneficii, cum inter Praelatos regni ita statutum sit et conclusum.

dd) Unter den Vorſchriften, welche er den Cardinälen gab, kommt allerdings (b. *Raynaldus ann.* 1424 *no.* 4.) auch vor: Pro Ordinum religionum quorumcunque aut personarum particularium protectione nihil pecuniae percipiant, etiam a sponte offerentibus. Nullas supplicationes ipsi Sanctissimo praesentent, nisi pro pauperibus, vel pro persona sua, seu servitorum, consanguineorum, vel affinium, aut familiarium suorum. Der Geſandte des deutſchen Ordens ſchreibt an ſeinen Hochmeiſter i. J. 1429 (ſ. Raumer's hiſt. Taſchenbuch f. 1833 S. 73): »Sie (die »Cardinäle) dürfen wider den Papſt nicht reden, außer was er gerne »hört; denn der Papſt hat die Cardinäle alle ſo unterdrückt, daß ſie »vor ihm nicht anders ſprechen, als wie er es gerne will, und wer»den vor ihm redend roth und bleich.« Daher waren die Cardinäle dem Papſte auch ſehr feindlich geſinnt, ſ. ebend. S. 173.

ee) *Antonini Summa hist. Tit. XXII. Cap.* 7. §. 3.: Hic igitur Pontifex Martinus, antea nequaquam vir sagax aestimatus sed benignus, in pontificatu tamen ita opinionem de se prius habitam redarguit, ut sagacitas quidem in eo summa, benignitas vero non superflua nec nimia reperiretur (abgeſchrieben aus *Leonardus Aretinus* b. *Muratorius* XIX. *p.* 930). — Hoc in eo communis fama redarguit, nimis cupide insistere cumulationi pecuniae, ut nequaquam dicere valeret id primi Apostolici: *argentum et aurum non est mihi* (*Act.* 3, 6.).

mer, welche nach langer Zeit wieder den Gewinn der Curie theilten, waren mit dem neuen Zuſtande der Dinge zufrie-

---

Pius krank von Rom nach Ancona abgereiſet ſey: Supra Ocriculum maxime consternatus est obvia Crucesignatorum multitudine, quos morae impatientes retinere Carvajalius (der dazu abgeſandte Cardinal) minime poterat, et agmine quum reverterentur, nec rapinis abstinebant: quocirca Medici aversari eo spectaculo illius oculos, obduci lecticae velum perpetuo itinere, causati ventos, jusserunt. *Jacobi Card. Papiensis Comment. lib. I.* (hinter *Gobellini comm.*) p. 357: Confluxerat eo loci turba multa ex variis gentibus: non satis considerate domo egressa. Etenim cum eos solos evocasset Pius peccatorum proposita venia, qui vel annum, vel anni dimidium suo stipendio in exercitu militarent: — illi tamen nescio quo inconsulto zelo compulsi veniendum statuerant, credentes stipendium ac victum ministrante Pontifice non defuturum. Cum autem non invenirent, quae sibi animis finxerant, — venditis armis regrediebantur in patriam. Quorum nihilominus misertus ille, ne omnino frustra venisse se angerentur, decreti sui eos participes fecit (nämlich nach *Platina p.* 750: absolutos peccatis in patriam remisit). Erant vero inter hos, qui consideratius venientes tolerare ad diem praefinitam militiam possent. Horum ergo traducendorum causa naves Venetorum duas dies jam multos in horas singulas expectabat: sic enim illi facturos se ante receperant: sed cum eae diutius tardarent quam oporteret, qui superfuerant crucesignati morae impatientes catervatim abibant, ita ut non multo post appulsis jam navibus miles non superesset, qui illis posset imponi. Ea res causae quoque plurimum accelerandae mortis Pio dedit, dolente eo ac supra modum tristante, quod retineri in eam horam non potuissent.

pp) Platina, von ihm hart behandelt, behandelt ihn wieder in ſ. Vitis Pontiff. ſehr ſtreng. Außer demſelben haben Michael. Cannesius de Viterbio u. Gaspar Veronensis das Leben dieſes Papſtes beſchrieben (in *Muratorii SS. Rer. Ital. III, II. p.* 993 *ss.*). Wichtig für deſſen Regierungsgeſchichte ſind auch *Jacobi Piccolominei Card.*

ſeiner Regierung durch gewaltthätige Vernichtung der kurz vorher eingegangenen Wahlcapitulation qq). Für den Türkenkrieg

---

Papiensis († 1479) *Rerum suo tempore gestarum commentarii libb. VII.* (v. 1464—1469) hinter *Gobellini comm. Frf.* 1614. *p.* 348 *ss.*

qq) Zu den Wahlbedingungen, welche ſchon Eugenius IV. hatte geloben müſſen (ſ. §. 132. not. c), waren allmählig noch mehrere gekommen, vergl. die Capitulation Pius II. b. *Raynald.* 1458. *no.* 5. Die vor der Wahl Paulus II. von den Cardinälen beſchworenen ſ. in *Jacobi Card. Papiensis comm. lib. II. p.* 371: Jurabat vovebatque Deo sanctisque Apostolis Petro et Paulo, quisquis Patrum ad Pontificatum esset assumptus, inchoatam expeditionem in Turcos, quantum Romanae Ecclesiae paterentur opes, continuare, proventumque aluminis ad eam rem integrum adhibere; lapsos etiam curialium nostrorum mores ad Patrum disciplinam restringere; Curiam porro ipsam de provincia in provinciam sine plurium ex Patribus — assensu — non transferre; Concilium generale Christianorum intra triennium cogere, in quo et Principes saeculi ad tuendam religionis causam accenderentur, aegraeque partes Ecclesiae communi medicamento sanitatem reciperent; Cardinales non ante creare, quam ii qui creati jam haberentur, intra viginti quatuor essent reducti, majoremque hoc numero non pati in Ecclesia esse; neminem quoque assumere, qui non trigesimum annum excederet, quique non professus esset vel pontificium jus, vel civile, vel literas sacras; nec nisi unum eumque hujus generis hominem de cognatione sua eligere; in omnibus autem eligendis sententias Patrum non tacitas in aurem, ut ante, sed ex subselliis ad declinandos errores palam accipere; de majoribus insuper committendis sacerdotiis non nisi in Consistorio sententiis auditis decernere; jus ad ea nominandorum nulli omnino permittere; diplomata etiam non dare, quibus ad alienum arbitrium eadem se collaturum promitteret; si qua essent antea data, uno edicto adimere; non destituere sede sua Episcopum quemquam Abbatemve postulatione ulla principum, nisi et talionem ex juris forma in se ante reciperent, auditique rei solemni judicio essent; non

urde fortwährend ſo viel Geld als möglich geſammelt, aber ine Unternehmung zu Stande gebracht. Deutſchland wurde

---

Cardinalem, remve suam apprehendere, nisi ex Patrum sententiis; non damnare etiam, nisi ex synodali constitutione, cujus est initium *Praesul;* nil porro ex omni Ecclesiae patrimonio, quod paulo insignius esset, in quemquam distrahere, aut ejus censum minuere, nisi et assenserint Patres, et concessioni subscripserint; iisdem quoque non consulentibus nulli non subdito bellum inferre, aut ad inferendum foedus quodquam inire; testamenta defunctorum Curialium libera sinere; portoria nova nulla inducere, nec vetera augere; Principi Potentatuive tributum de Clericis sine ratione nullum concedere; arcium custodes jurejurando, vadimoniisque adigere de iis vacante Sede Collegio reposcenti tradendis; eas, quae essent momenti majoris, solis Clericis, qui tamen suae cognationis non essent, committere; eundem vero et arcis custodem et praesidem civitatis non facere; Praesidibus provincia decedentibus administratorum omnium judices dare; ducem ecclesiastici exercitus ex suo genere non constituere; nil in diplomatibus factum dicere ex fratrum consilio, quod ad verum consulentibus eis decretum non esset; demum primo quoque mensium omnium Consistorio imperare has leges ad innovandam memoriam ex scripto praesenti se recitari. Additum et his est, ut bis quotannis per Calendas Decembres Majasque Patres seorsum a Pontifice convenientes cognoscerent inter se, an servatae illae judicarentur: id si minus factum intelligerent, charitate, quae filiis in parentes est debita usque ad tertia rememorationis officia, transgressionis et perjurii illum monerent, ad servandumque precarentur. Die Schmeichler des Papſtes redeten ihm nun aber vor, indignum, vicariam Christi potestatem humanis conditionibus subdi; ipsumque non tam sui arbitrii, quam alienae moderationis ministrum videri; quaerendam libertatem esse, idque agendum, ut auctoritatem Ecclesiae apud se, non Cardinales esse omnes agnoscerent. Auf ihren Rath ſchlug der Papſt folgenden Weg ein: novae quaedam leges quasi ex persona Patrum scribuntur, quarum erat obtentus, quod priores illae cogno-

nicht nur durch die Trägheit des Kaiſers und die Langſamkeit der Reichsverſammlungen, ſondern auch durch die Aufreizungen des Papſtes gegen den ketzeriſchen König von Böhmen Georg Podiebrad gelähmt rr). Die abentheuerliche Wallfahrt des Kaiſers nach Rom (1468) vermehrte nur die Unzahl leerer Unterhandlungen ss). In Italien hatte Paulus mit dem Könige Ferdinand von Neapel, der einen Nachlaß von ſeinem Lehnszins verlangte, ununterbrochene Händel, welche 1469 in offenen Krieg ausbrachen tt). In Frankreich ſcheiterten ſeine Bemühungen, die förmliche Aufhebung der pragmatiſchen Sanction zu erhalten, an der Standhaftigkeit des Parlaments (1467) uu).

---

scebantur inutiles, induxisse eos has novas, quibus tantum obnoxium esse Pontificem vellent. Die Cardinäle wurden zur Unterſchrift theils beredet theils gezwungen: nur einer, Carvajal, beharrte bei der Verweigerung.

rr) Der Papſt ſprach den 23. Dec. 1466 Bann u. Abſetzung über den König aus, und reizte die deutſchen Fürſten, und die Könige von Pohlen und Ungarn auf, das Urtheil zu vollziehen, ſ. Müller's Reichstagstheatrum Th. 2. S. 263 ff. Matthias K. v. Ungarn fing endlich 1468 Krieg mit Böhmen an, nachdem er zu dieſem Zwecke mit den Türken Friede gemacht hatte, Müller S. 311 ff.

ss) Beſchreibung derſelben in *Jacobi Card. Papiensis comm. lib. VII. p.* 438 *ss.* Müller Th. 2. S. 319 ff.

tt) *Platinae in vita Pauli p.* 773. *Jac. Card. Pap. comm. lib. IV. p.* 393 *ss. lib. V. p.* 403 *ss.*

uu) Der zu dieſem Zwecke nach Frankreich geſandte Cardinal Jean Balue erhielt von dem Könige ſogleich das gewünſchte Edict: als er es aber in das Parlament zur Einregiſtrirung brachte, ſo trat Jean de sainct Romain, Procureur général du Roi, dagegen auf: das Parlament weigerte ſich, und die Univerſität appellirte an ein Concilium, vergl. die *Chronique scandaleuse* in den *Mémoires de Phil. de Comines ed. par Lenglet du Fresnoy. T. II. p.* 66. *Preuves des libertez de l'église Gall. chap.* 13. *no.* 11. *Bulaei hist. Univ. Paris. T. V. p.* 684 *s.*

§. 134.

Sixtus IV. (9. Aug. 1471 — 12. Aug. 1484). Innocentius VIII. (29. Aug. 1484 — 25. Jul. 1492). Alexander VI. (11. Aug. 1492 — 18. Aug. 1503).

Stephanus Infessura (Senatus Populique Romani Scriba s. Cancellarius um 1494) *Diarium Romanae urbis* v. 1294 — 1494 in *Eccardi Corpus hist. med. aevi T. I. p.* 1863 u. in *Muratorii Scriptt. Rer. Ital. III, II. p.* 1109; in dem letzteren mit Weglassung einiger anstößigen Stellen.

Johannes Burchardus (aus Straßburg, caeremoniarum Magister, seit 1503 Bisch. v. Horta † 1506) *Diarium Curiae Romanae* v. 1484—1506. Bruchstücke aus demselben gab Leibnitz in d. *Specimen hist. arcanae s. anecdotae de vita Alex. VI. Papae. Hanoverae* 1696. 4.; einen vollständigern, aber sehr fehlerhaften Auszug aus dem Theile über Alexander VI. *Eccard corpus histor. medii aevi T. II. p.* 2017 *ss.* Eine Beschreibung des Ganzen s. in d. *Notices et Extraits des Mss. de la Bibl. du Roi. T. I. p.* 68 *ss.* Das beste vorhandene Ms. ist das in München, s. Paulus Sophronizon. Bd. 6. Heft 1. S. 1. Mittheilungen aus dem Carlsruher Ms. ebendas. S. 6 ff. Bd. 8. Heft 6. S. 96 ff.

Wie tief alle Zucht und Schaam unter den Cardinälen gesunken war, beweiset die Reihe der jetzt folgenden Päpste, die sich nur durch unverhüllte Gemeinheit und Schlechtigkeit, ja Verworfenheit, auszeichnen. Sixtus IV. begann zwar mit gleicher Lebhaftigkeit, obgleich auch mit gleicher Erfolglosigkeit, die Anstalten zum Türkenkriege zu betreiben a): aber vorzugs-

a) *Vita Sixti IV.* (wahrsch. v. Platina) in *Muratorii Scriptt. Rer. Ital. III, II. p.* 1056: Celebrata coronatione ad rem ecclesiasticam christianamque componendam animum adjicit. Concilio itaque tantam rem indigere arbitratus, ad Lateranum se id habiturum ostendit, quo bellum Turcis indici commodius posset, quemadmodum Pius Pontifex instituerat, si ei vivere licuisset. At vero dum hac de re maturius consultaretur, Imperator rem Christianam in magno discrimine cernens,

weiſe trieb ihn eine kleinliche Ehrſucht, ſeine Familie aus ihrer Niedrigkeit zum höchſten Range zu erheben, und ſo ließ er ſich durch ſeinen Nepoten Hieronymus Riario b) zu Schritten verleiten, welche die Verwirrung in Italien noch vermehrten, ſeinen Namen befleckten, und jede Unternehmung gegen

---

Pontificem rogat, ut Utinum habendi Concilium locum idoneum deligat. Sed Pontifex, quum videret Mediolanensium Ducem, aliquotque populos et Italiae Principes id nequaquam approbaturos: quumque etiam proventus suos, belli nervos, absente Curia, imminui videret, non sine suspicione tumultus, si ab urbe discederet, Mantuam primo, mox Anconam proponit, quo Imperator venire commode poterat. — Verum quum hac deliberatione rem in longum protrahi videret, Patrum consensu Legatos decernit, Bessarionem Nicaenum in Galliam, Rodericum Borgiam Vicecancellarium in Hispaniam, Marcum Barbum in Germaniam Pannoniasque. — Oliverium Caraffam Neapolitanum Cardinalem classi maritimae in Turcas praefecit magna cum impensa. Alles ohne Erfolg. Als der Kaiſer nach vielen Berathungen eine neue auf dem Reichstage in Augsburg 1473 anſtellen wollte, und dazu einen päpſtl. Legaten wünſchte, ſagte der *Cardinalis Senensis* im Conſiſtorio (ſ. *Jacobi Volaterrani Diarium Rom.* in *Muratorii Scriptt. Rer. Ital. XXIII. p.* 94), nullius sibi usus eam missionem videri: conventus illorum esse inanes: decem intra non multos annos habitos, quorum non sit fructus perceptus: hoc autem incommodi nunquam deesse, quod populorum de nobis innovantur lamenta: etenim magnis apparatibus Principes — ad illos accedere, eorumque sumtuum ferendorum causa tributa suis imponere, atque identidem dicere, imperio Romani Pontificis se proficisci, et adjuvari profectionem necessarium esse: ita miseras plebes non suorum Principum, sed nostras injurias lamentari.

b) Nach *Nicol. Macchiavelli hist. Florent. lib. VII.* waren die beiden Brüder Hieronymus Riario, Graf v. Imola, u. Peter R., Cardinal, Söhne des Papſtes. Ueber beide ſ. *Raph. Volaterranus Anthrop. l. XXII.* unten.

die Türken hinderten. Zuerſt begünſtigte er die Verſchwörung der Pazzi gegen die Medici in Florenz 1478 c): als dieſelbe mislang, und auch an Geiſtlichen mit Todesſtrafen gerächt wurde, bekämpfte er Florenz mit geiſtlichen, und in Verbindung mit Neapel auch mit weltlichen Waffen d). Der allge-

---

c) Eine Erzählung der Vorgänge ſ. in der *Excusatio Florentinorum per D. Barthol. Scalam dd.* 10. *Aug.* 1478, in *Laurentii Medicis magnifici vita auct. Angelo Fabronio* (Pisis 1784. 4.) *vol. II. p.* 167, in welche auch das Geſtändniß des Joh. Baptiſta Monteſecco, eines bei der Sache thätig geweſenen päpſtl. Condottiere, über den Zuſammenhang der Verſchwörung wörtlich eingeſchaltet iſt. *Raphael Volaterranus* († 1521) *Commentariorum urbanorum Geographia lib. V.* Am 26. Apr. 1478 wurde während des Hochamts in der Kirche Julianus v. Medici ermordet, Lorenz entkam, die Verſchworenen wurden von dem erbitterten Volke grauſam ermordet, der Erzbiſchof v. Piſa an einem Fenſter des Stadthauſes aufgeknüpft. Vergl. *Laurentii Medicis magnifici vita auct. Angelo Fabronio. vol. I.* (*Pisis* 1784. 4.) *p.* 58 *ss.* H. Leo's Geſch. d. italieniſchen Staaten. Th. 4. S. 381 ff.

d) Die Bannbulle des Papſtes *dd.* 1. *Jun.* 1478 (bei *Raynald. ad h. a. no.* 5 *ss.*) erhebt zuerſt mancherlei Klagen gegen Lorenz v. Medici, beſ. wegen der Ermordung der Geiſtlichen, und erklärt dann, quamvis — a praedecessoribus nostris in magnos Principes ob minora facinora acriter saevitum esse conspicialmus, — iniquitatis filios Laurentium, Priores, Vexilliferum, octo de Balia antedictos, und alle welche ihnen gegen die ermordeten Cleriker Beiſtand geleiſtet hätten, für criminis laesae majestatis reos, sacrilegos, excommunicatos, anathematizatos, infames, diffidatos, intestabiles. Ferner wird verordnet, eorundem aedificia in ruinam dari debere, — nullum eis debita reddere, nullumve in judicio respondere teneri, nulli quoque filiorum aut nepotum praedictorum — alicujus aperiri debere januam dignitatis aut honoris ecclesiastici vel mundani. — Quidquid in bonis tunc inveniebatur eorundem, fisci et Reipublicae dominio applicatum fore. Stadt und Gebiet von Florenz wird mit dem Interdicte belegt. — Dagegen holten die Florentiner Gut-

meine Unwille über dieſe Ungerechtigkeit, die Drohungen Lud-

achten der berühmteſten Canoniſten ein, welche zu einer Appellation an ein allgemeines Concil riethen (ſ. *Fabronius I. p.* 81. Das Gutachten des *Franc. Accoltus Aretinus* in deſſ. *Consilia s. Responsa. Venet.* 1573. *p.* 174). Darauf wurde eine Synode der ganzen Geiſtlichkeit des Florentiniſchen Gebietes veranſtaltet, welche von dem Papſte an ein allgemeines Concilium appellirte (*Machiavelli istoria fiorent. lib.* 8.) und in einer von Gentilis B. v. Arezzo abgefaßten Erklärung vom 23. Juli 1478, durch eine genaue Erzählung der Vorgänge und durch die wörtlich eingeſchalteten Ausſagen des Johannes Baptiſta Monteſecco die Mitſchuld des Papſtes erwies, und unter den härteſten Vorwürfen gegen denſelben ſeinen Bann und Interdict für ungültig erklärte. Dieſe Erklärung iſt gleichzeitig gedruckt, ſ. *Storia della Toscana di Lorenzo Pignotti. T. IV.* (*Livorno* 1820. 12.) *p.* 122; wieder, aber fehlerhaft, herausgegeben unter dem Titel *Synodus Florentina contra Sixtum IV.* 1770. 8. (ohne Angabe des Druckorts, aber in Italien), u. findet ſich mit neuen Druckfehlern vermehrt in K. Walchner's polit. Geſch. der i. J. 1478 zu Florenz gehaltenen großen Kirchenſynode u. des Zwiſtes dieſer Republik mit d. röm. Papſte Sixt. IV. Rotweil 1825. 8. S. 132 ff. Aus dem Autographum hat ſie *Fabronius* in *Laurentii Medicis vita vol. II. p.* 136 herausgegeben. Hier heißt es p. 139. Causam tam insolentis odii, et inexspectatae retributionis in familiam de Medicis, quae semper ei et sedi Apostolicae servierat, nullam invenimus, nisi quandam perditam carnis et sanguinis revelationem, qua ob comitem illum suum Hieronymum, in cujus manibus nunc Ecclesia Dei est, delirat, furit, et insanit. Habet hic suus Imolam, s. Romanae Ecclesiae urbem, quam ejecto Thaddeo Manfredo se tenere post mortem sui Pontificis posse diffidebat, nisi vicinum dominium Florentinum aliquo foedere amicitiae obligaret. Major autem obligatio inveniri posse non videbatur, quam si suo beneficio praeessent, qui in ea Republica primates essent: fieri autem id sine status mutatione non poterat, mutari autem status sine morte Laurentii, et Juliani de Medicis impossibile videbatur. — Hac igitur impellente rabie Comes oblitus omnis humani divinique juris, oblitus

beneficiorum, oblitus conditionis suae, qui cerdo fuerat, stirpem Cosmanam delere aggreditur etc. p. 144: Sic se res habuit, Christiani lectores, hac de causa, hoc ordine, his mediis tentata eversio Florentina est. Per haec vestigia eum, *qui venit, ut vitam habeant et abundantius habeant*, Sixtus secutus est. Sanguis optime de Christiana religione meritus per Principem religionis fusus, violata per Pontificem Ecclesia, polluta per summum sacerdotem sacra sunt. Et haec ne quis ignoret aut excusare possit, confirmat aperto bello, et promulgatis censuris coeptam conjurationem sequitur. Eam mulierculam imitatur, quae vento detectum calvitium ut posteriori veste retegeret, nates detexit. In cubiculo suo, ut vidistis, tractata res est, suus Comes Pactios ad necem armavit, suus Cardinalis familiam caedi, praesentiam sceleri praestitit, suus exercitus fideles fines nostros pro Turcis ingressus est. Quis jam non videat, delirum senem his suis promulgatis censuris voluisse notam macula, lutum stercore lavare? — Sed ad repellendam sententiam ejus — veniamus etc. — Zuletzt über die Ermordung des Erzbiſchofes p. 156: Suspensus leno, suspensus parricida, suspensus lusor, suspensus proditor, et id in ipsa enormitate criminis, dum fureret populus in proditores patriae, quorum hic erat caput, dum cives primarii de salute patriae trepidabant. Archiepiscopus non erat, quem popularis ille furor, dum palatium suum defendit, suspendit: Archiepiscopi enim talia non faciunt. Armatus scuto et ense captus est, invasor curiae retentus: ecquis hunc pro Archiepiscopo cognovisset, aut cognitum sacerdotaliter tractasset? Noluissemus ipsum Sixtum sic inventum fuisse a Savonensibus suis. Quod si injiciens manum quocumque modo in Clericum excommunicandus sit, cur non hi, qui manus injecerunt, excommunicantur? Quid miser Laurentius vulneratus et confectus dolore interempti fratris, — de sua vita, de suo statu, de salute patriae anxius impetitur? Quid additur afflicto afflictio, et pro medela illati vulneris vulnus adjungitur? Estne haec illa manifesta et rationabilis causa, pro qua tantam ferri censuram sacri Canones statuerunt? Est hic gladius ille bis acutus ex ore sedentis in throno procedens, ut

laudetur peccator in desideriis animae suae, et iniquis benedicatur! Maledicitur innocens, qui pene occisus est: occisor, et proditor patriae bonae memoriae filius appellatur! Haeccine memoria, Sixte Pontifex, tuae bonitatis et justitiae? Parricidarumne patrem te Cardinales isti creaverunt? — Perfidia fidem, nocentia innocentiam, scelus bonitatem perdidit, et vis ad nomen censurarum benedictum maledictum existimemus? — Caeterum libenter hic intelligeremus ab eo, qui tot tam constanter proponit, unde nunc maledicat, quod modo benedixit. Nonne illa sua vox fuit, cum audivit suspensum fuisse ob proditionem Archiepiscopum et stipatores: *benedicti vos a Domino, qui hominem suspendistis; nunquam voluissemus praefecisse eum illi Ecclesiae!* Nonne etiam mentionem habuit de mittendo Florentiam Legato, qui afflictos consolaretur? Et unde post tam repens exorta in contrarium sententia, tam subito mutata in crudelitatem commiseratio? Nondum erat forsan captus Joannes Baptista (Montesecco), qui sua confessione Sixti occultam voluntatem in apertam necessitatem converteret: vel pendet ab alio, et est Vicarius alicujus hostis nobis ignoti, et hominis, utinam boni, non ejus, qui Ecclesiam suam super firmam petram fundavit. — p. 162. Restat ut sententia nulla sit, quae nullam habuit judicandi causam, falsum sit judicium, quod mendacio nititur, excommunicatus sit, qui alios excommunicare vult violenter et injuste. Acceperit Spiritum Sanctum, non simoniace sit creatus, qui vocem suam veri pastoris, non haeretici hominis vult haberi. — p. 164. Ad alterum igitur lumen, ipsum scilicet Caesarem semper Augustum confugimus, id enim Dominus, ut huic nocti praeesset, creavit: Christianissimum Regem Francorum, in cujus tutela Christi Ecclesia est, — invocabimus: omnes Principes et populos Christianos implorabimus, ut, quando jam vident, simoniace creatum Pontificem templa, Cardinales, Missas ad homicidia fidelium exercere, Concilium, ad quod appellavimus, amplius non differant, sponsam illius, in cujus sanguine baptizati sunt, a tanta turpitudine liberent. — Abeat itaque leno, casta erit mater, angularem lapidem non premat petra scandali etc. Die Signoria v. Florenz erließ den 21. Juli 1478 ein

Schreiben an den Papſt (zuerſt herausgeg. von *Francis Henry Egerton: Lettre inédite de la Seigneurie de Florence au Pape Sixte IV. Paris. Mars* 1814. 4. wiederabgedruckt in *Millin Magasin encyclopédique. Avril* 1814. bei *Pignotti T. IV. p.* 117. Walchner S. 159), in welchem ſie die Beſchuldigungen gegen Lorenz v. Medici widerlegte. U. a. Ejicere vis nos e civitate Laurentium de Medicis: hujus autem voluntatis Tuae duas in literis Tuis potissimum causas colligimus, et quod tyrannus noster sit, et quod publico religionis christianae bono adversetur. Quo ergo pacto, ut primam causam primum diluamus, nos liberi erimus Laurentio ejecto, si tuo jussu erit ejectus! Contraria tuae literae loquuntur, quae, dum libertatem pollicentur, imperando auferunt: et, ut isto te labore liberemus, ejicere nos malos cives Tyrannosque didicimus, et administrare rem nostram publicam sine monitoribus. Redi paulum ad te, beatissime pater, oramus: da locum affectibus, qui sacrosanctam istam sedem, istam gravitatem et sanctitatem pontificalem adeo decorant. Laurentium de Medicis tyrannum clamitas: at nos populusque noster defensorem nostrae libertatis cum caeteris, quos tu arguis, civibus experimur, et una omnium voce appellamus; parati, in quemcunque rerum eventum omnia ponere pro Laurentii de Medicis salute, et civium reliquorum, in qua quidem publicam salutem et libertatem contineri nemo nostrum dubitat. Quod invehuntur in Laurentium illae literae liberius, nihil est quod contradicamus in praesentia: veritas ipsa satis contradicet et tua conscientia: hoc tamen fatebimur, beatissime pater, movent risum omnibus nobis, tam inaniter, ne dicamus maligne, conficta audientibus. — Movet te fortasse, et de ea re Laurentium succenses, quod e furentibus populi armis Raphaelem Cardinalem, tuum nepotem, eripi curaverit, et salvum reddiderit! Movet, quod trucidato Juliano fratre saucius ipse divina potius quam humana aliqua ope sceleratos gladios sacrilegosque parricidarum et mortem evitaverit! Si caedi se passus sit ab missis a vobis efferatissimis satellitibus, si arcem libertatis nostrae, publicum Palatium, captum dolis a proditoribus vestris, non recuperassemus, si trucidandos nosmet, ac magistratus nostros, et ci-

wigs XI. K. v. Frankreich e), der Friede, welchen Ferdinand

---

ves tradidissemus vobis; nihil modo tecum contentionis haberemus.

e) ſ. das Beglaubigungsſchreiben für die kgl. Geſandten an den Papſt vom 20. Nov. 1478 in d. *Preuves des libertez de l'église Gall. Chap.* 13. *no.* 12. Der König klagt hier, daß bei der drohenden Türkengefahr der Papſt u. der K. v. Neapel dissensiones et guerras in Italien erregt hätten. Er habe deshalb die geiſtl. u. weltl. Großen ſeines Reiches in Orleans verſammelt, und dort ſey beſchloſſen, necessarium esse Concilium generale convocari, et sanctissimo Patri nostro Summo Pontifici fore supplicandum, ut — Concilium generale convocari et teneri faceret, — quodque ipse Summus Pontifex exemplo Christi vellet pacem praedicare, et cum dicta illustrissima Liga (Florenz u. ſ. Verbündeten) pacis unionem inire. Deshalb ſende der König dieſe Geſandtſchaft, welcher zugleich aufgegeben ſey, casu quo ipse summus Pontifex praemissa facere denegaverit, seu plus debito distulerit, vel aliqua in contrarium praemissorum, aut aliquid contra nos, regnum et regnicolas nostros fecerit, seu in futurum attentare praesumpserit, ad intimandum et appellationem ab ipso interjectam in congregatione praedicta Aurelianis, et de novo si opus fuerit appellandum ab ipso summo Pontifice male consulto ad eundem summum Pontificem bene consultum, seu praefatum proximum futurum Concilium universalis Ecclesiae. Die Geſandtſchaft wurde im Jan. 1479 im Conſiſtorio vorgelaſſen ſ. *Jacobi Volaterrani*, eines gleichzeitigen Secretarius Apostolicus, *Diarium Romanum* in *Muratorii Scriptt. Rer. Ital. XXIII. p.* 97 *s.*, und drohete hier beſtimmter, daß, wenn der Papſt nicht nachgäbe, nullae vacationes, nullae pecuniae sinerentur ad Apostolicam sedem ex regno illo venire, oder nach ihrer ſchriftl. Erklärung bei *Raynald.* 1478. *no.* 19: quod si non fecerit (Papa), eo ipso petit (Rex) congregari generale Concilium in aliqua civitate regni sui, et illico Pragmaticam indicit Sanctionem, quam servari jubet in regno suo integerrime. Postremo Praelatos, et quasvis ecclesiasticas personas in Romana curia degentes, et in regno suo habentes beneficia ad ipsa beneficia revocat, et per sub-

v. Neapel 1480 mit Florenz abſchloß f), und die Eroberung Otranto's durch die Türken (11. Aug. 1480) nöthigten ihn, nachzugeben g). Jetzt lüſterte der päpſtliche Nepot nach den

---

tractionem fructuum redire compellit. Der Papſt wies zwar alles dieſes entſchieden zurück (*l. c. no. 20 ss.*); indeß auch der Kaiſer und Matthias K. v. Ungarn ermahnten zum Frieden: die Venetianer erkauften von den Türken den Frieden, um die Florentiner unterſtützen zu können (*l. c. no. 30*).

f) *Raph. Volaterranus Geogr. lib. V.*: Laurentius cum jam periculum imminere conspiceret, ultro decrevit ad Regis hostis misericordiam confugere. Itaque — itinere per mare Tyrrhenum facto Neapolim celeriter adplicuit, ubi humaniter exceptus supplex veniam petiit, ac cum Rege animi census pactione transegit, paucisque post diebus incolumis ad suos regressus est, ac bellum dissolutum (Friede den 6. März 1480). Quod factum Pontifex quamquam graviter tulit, quod se neglectum praeteritumque viderit; auxiliis tamen destitutus pacem coactus est facere.

g) Die Einnahme von Otranto erſchreckte den Papſt ſo, daß er anfangs daran dachte, nach Avignon zu entfliehen; dann aber aufs eifrigſte die chriſtlichen Mächte zur Eintracht, beſ. die italiäniſchen zu einem Waffenſtillſtande zu ermahnen, und um Hülfe anzurufen begann, ſ. *Raynald.* 1480. *no.* 17 *ss.* Ueber die Verſöhnung der Florentiner mit dem Papſte ſ. *Raph. Volaterranus l. c.*: Quamobrem oratores XII. ad eum missi, qui veniam praeteritorum peterent ac populum Florentinum communi causa expiarent. — Praesul caput legationis orationem in senatu habuit, veniamque petiit praeteritorum. Die deinde dominico primo Adventus (den 3. Dec.) anno 1480 omnes mane in porticum basilicae Petri conveniunt, Pontificem atque Patres praestolantes. Ibi Pontifex pro foribus templi procumbentes ad genua viritim de more virga converberatos terga expiavit. Ingressi deinde basilicam sacrificio interfuere, quo peracto domum reducti sunt omnium Patrum familiis comitantibus. Nam prius urbem nemine de more obviam procedente ingressi fuerant. Ausführlicher erzählt dies *Jacobus Volaterranus Diar. Rom.* (*Muratori XXIII, p. 113 ss.*).

Beſitzungen des Hauſes Eſte, welches in Ferrara herrſchte: Sixtus verbündete ſich alsbald mit Venedig gegen daſſelbe, der Krieg brach im Mai 1482 aus, und Ferrara, obgleich von Neapel unterſtützt, ſchien bald unterliegen zu müſſen h). Da ließ ſich der Nepot von Neapel gewinnen i), Sixtus ſprang zu der Gegenparthey über (Dec. 1482) und excommunicirte Venedig k). Dennoch blieb dieſe Republik ſo glücklich, daß

---

h) Leo Geſch. d. ital. Staaten. Th. 3. S. 183 ff.

i) Zu den Friedensbedingungen (ſ. *Jacob. Volaterr.* b. *Muratori XXIII. p.* 181) gehörte auch stipendium Hieronymo Comiti in annos tres XL. aureorum millia.

k) *M. Antonius Sabellicus* (Lehrer der alten Literatur in Venedig † 1506) *hist. rerum Venetiarum Decadis IV. lib. II.* (in den *Istorici delle cose Veneziane, i quali hanni scritto per publico Decreto, in Venezia* 1718. 4. *T.* 1. *p.* 842): Percusso cum hostibus foedere, tentavit Pontifex per literas Venetos ab armis revocare, atque eo suadendo hortandoque perducere, ut Ferrariensi bello omnino abstinerent, restituerentque Herculi Aestensi, quaecunque ad eam diem armis illi adempissent. (Dieſes Schreiben *dd.* 11. *Dec.* 1482 bei *Raynald. ad h. a. no.* 19.). Patres ea denunciatione moti, etsi certi erant, semipartam victoriam nolle abjicere, censuerunt tamen, Pontifici respondendum, ac per literas non illi magis, quam toti Italiae, imo Europeis omnibus demonstrandum: — *Venetos ne injuria quidem lacessitos arma prius induere voluisse, quam belli, quod postea Herculi illatum esset, Pontificem non solum auctorem, sed impulsorem etiam habuissent: nec tum quidem eos a pace multum abhorrere, quin veteri civitatis instituto libenter eam complexuros fuisse, nisi alieno tempore proponeretur, tunc sane, quum jam prope debellatum esset, ac tam indignis conditionibus, ut nil aliud esset illam recipere, quam Venetum nomen omnibus gentibus irridendum exhibere. — Quod ad se attineret, statutum esse, bellum, quod semel summo Pontifice auctore suscepissent, bona ipsius venia ad exitum perducere: quem tam felicem sperarent, quam justa visa esset causa, propter quam illud suscipere debuissent.* Haec et

hre Gegner ohne Rückſicht auf die Excommunication Friede machen mußten (7. Aug. 1484). Der Aerger darüber beſchleunigte den Tod des eben ſo gehaßten als verachteten Papſtes 12. Aug. 1484) [1]). An ſeine Stelle trat Innocentius

---

alia in hanc sententiam Venetus. Pontifex autem, pristini foederis oblitus, ubi Venetum in sententia perstare vidit, interdicti spiculum in eum detorsit. Die Bulle *dd.* 23. *Maj.* 1483 b. *Raynald. ad h. a. no.* 8 *ss.* Indeß das Interdict durfte in Venedig nicht beobachtet werden, die Franciscaner, die es verſuchten, wurden exilirt, ſ. *Marinus Sanutus* († um 1535) in ſ. Lebensbeſchreibungen der Dogen in *Muratori Scriptt. rer. Ital. XXII. p.* 1228. Die Venetianer gingen noch weiter, ſ. *Sixti bulla dd.* 15. *Jul.* 1483 (b. *Raynald. ad h. a. no.* 19.): accersitis in eorum ducali Palatio nonnullis Praelatis ecclesiasticis tunc Venetiis commorantibus, coram eis, ut honestis personis, a monitionibus et mandatis hujusmodi nostris ad tribunal omnipotentis Dei, et ad id, quod de proximo celebrari debere temere affirmare non erubuerunt, futurum generale Concilium appellare, et ut appellatio ipsa per eosdem Praelatos reciperetur, laudaretur et admitteretur, ac tandem ad nostram deduceretur notitiam procurare, et Christifidelibus, Clero et populo — locorum eorum ditioni obtemperantium, quod praetextu appellationis hujusmodi — mandatis nostris obtemperare non tenerentur, — persuadere — non formidaruat. Zugleich (*Sabellicus l. c. p.* 858) ad omnes Germaniae et Galliae Reges oratores miserant, qui illos ad publicum conventum ipsi Pontifici ac Christiano nomini indicendum impellerent, ubi fas esset de Pontificis injuria queri, ademque Christianorum omnium adversus illum implorare.

1) Die Friedensbedingungen ſ. b. *Sabellicus l. c. p.* 863 *s.* Was für einen Eindruck dieſelben auf den kranken Papſt machten, ſ. *Jacobi Volaterrani Diarium Rom.* b. *Muratori XXIII. p.* 198 *s.* *Stephani Infessurae Diarium urbis Romae* in *Eccardi Corpus histor. medii aevi II. p.* 1938: Deinde undecima die (Augusti) accesserunt ad eum Ambasciatores Potentiarum, putantes forte afferre ei aliquod gaudium, et exposuerunt ei, qualiter

conclusa esset pax per totam Italiam. — De quo ipse multum obstupuit, et miratus est, quare pax esset conclusa sine eo, attento, ut ipse dicebat, ipsum debuisse principaliter intervenire. Et cum hoc saepius interrogasset ab eis, et audivisset, quod dicta pax esset conclusa adeo, ut non posset amplius retractari, doluit valde. Et causa doloris communi omnium existimatione haec fuit, quia semper in omnibus operibus suis animum ostendit suum in hunc finem et propositum, ut aliquem statum, potentiam sive dominium acquireret Comiti Hieronymo. — Putabat modo in hac pacis conclusione, se posse aliquid dicto Comiti acquirere. Et ista de causa intravit in talem confoederationem, et pecuniam Ecclesiae expendit. Sed postquam vidit, se esse illusum, et cecidisse ab hac spe; — doluit valde, ita ut tam ex primo dolore quam ex novissimo infirmatus sit febre. — et — XII. d. Aug. — mortuus sit Sixtus IV. In quo felicissimo die Deus ipse omnipotens ostendit potentiam suam super terram, liberavitque populum suum Christianum de manu talis impiissimi et iniquissimi regis, cui nullus Dei timor, nullus regendi populi Christiani amor, nulla caritatis et dilectionis affectio; sed solum voluptas inhonesta, avaritia, pompa, seu vana gloria semper et continue praecipue viguit, et in consideratione fuit. Hic, ut fertur vulgo, et experientia demonstravit, puerorum amator et Sodomita fuit. Nam quid fecerit pro pueris, qui serviebant ei in cubiculo, experientia docet, quibus non solum multorum millium ducatorum donavit reditus, verum Cardinalatum, et magnos Episcopatus largiri ausus est. Nam et non propter aliud, ut dicunt quidam, dilexit Comitem Hieronymum, et fratrem Petrum, ejus germanum, ac post Cardinalem s. Sixti, nisi propter Sodomiam. — Hic avarissimus: namque, ut notum est omnibus, nullum unquam contulit beneficium cujuscunque generis, nisi soluta pecunia. — Interdum etiam subhastabatur, ut nulla habita ratione peccati, bonus an malus, dignus vel indignus, literatus an illiteratus esset, qui plus offerret, beneficium consequeretur. Cardinalatus quoque et Episcopatus vendidit infinitissimos, de quibus hic narrare non expedit. Hic pecuniarum quaerendarum causa, quas in bellis et

pompis consumebat, multa et inexcogitata in Curia Romana officia adinvenit, et vendidit his, qui Scytharum vocabulo denominabantur Stradioti, Jannizari, et Mamaluchi. Hi officiales habebant varia exercitia in Curia, et ex his lucrabantur, et sine dubio ut ex illis pecunias, quas pro consequendis exposuerant, rehabere possent, citra modum lucrum extorquebant. Hic officia multa in urbe, non citra avaritiae causam, perpetua et venalia fecit. — Hic gabellam novam imposuit, ut fornarii sive pistores pro quolibet sacco grani, quod macinandum (mahlen) mittebant, ultra consuetam solutionem unum grossum papale solverent. Hic Datium (*dázio* Abgabe) sub nomine decimae immoderatum tam a Clericis, quam ab Officialibus exigebat, et quidem sine aliqua misericordia. Figebat enim praeceptum in ostio Ecclesiae, ut intra certum brevissimum spatium sub excommunicationis et privationis poena et ultra illam, alias centum, et alias quinquaginta Ducati solverentur: quod si ita, ut ponebatur, derepente non esset solutum, Ecclesia ipsa erat interdicta, et Canonici privabantur. Hic Romae dum vixit, panis penuriam semper induxit pecuniarum quaerendarum causa. Nam emebat granum de messibus per omnes ecclesiasticas regiones uno Ducato: — deinde penuria facta — quatuor vel quinque Ducatis revendebat. Aliquando ex regno Regis Ferdinandi granum foetidum et putridum parvo pretio comparabat, illudque in loco quodam, qui Abundantia vocabatur, — non minori quam tribus Ducatis pro rubio distrahebat. Et quia saepe contingebat, quod tanta grani multitudo ibi consumi non poterat, inter fornarios distribuebat, mandabatque illis, ut sub certa poena non possent aliud quam dictum suum granum consumere seu operari, pro pretio tamen XL. Carlinorum pro quolibet rubio, quod nisi solverent, statim carcerabantur. Panis vero, qui ex dicto frumento fiebat, erat ater, foetidus et abominabilis, et ex necessitate comedebatur, ex quo saepenumero in civitate morbus viguit. Hic poenas omnes cujuscunque generis ad pecuniam reduxit, ita ut, si ignem quis meritus fuisset, soluta aliqua pecunia liberaretur. — Et tandem tantum vigebat in eo avaritiae vitium, ut non puderet, nec erubesceret, si aliquando Camera

VIII., welcher trotz der eingegangenen Wahlcapitulation m) mit noch rückſichtsloſerer Gemeinheit ſeine ſieben unehelichen

esset debitrix alicujus, et ipse debitum promiserit, denegare, et in sua fide deficere, et aliquando, quod clarissimum erat, denegare. — Hic literatorum et bonos mores habentium inimicus, solum illi grati erant mali etc. *Raphael Volaterranus Comm. urban. Anthropologia lib.* XXII.: Suorum imprimis amantissimus ac indulgentissimus fuit, quorum causa pleraque praeter fas jusque et agebat et concedebat. Petrum ante omnes ejusdem Ordinis (Franciscani) ac patriae, quem a puero una cum Hieronymo fratre sibi educaverat, ad Cardinalatum usque provexit, virum alioquin natum perdundae pecuniae: nam biennio, quo tantum postea vixit, ducenta aureorum millia in luxu victitando solum absumpsit, LX. millia aeris alieni, argenteorum item CCC. pondo dimisit. Decessit tabidus voluptate annorum XXVIII., opificibus maxime desideratus, quorum officinas novis semper lucris et opibus replebat. Hieronymus vero frater, Forolivii Forocorneliique princeps factus, post eum rem omnem Ecclesiae administravit, vir ingenio severiore ac voluptatibus praeter unicam venationem minimum deditus. Xistus itaque post hos fratrum sororumque filios extulit: neque enim alter propinquis foecundior fuit. Aufzählung dieſer Beförderungen, und der Kriege, die er ad arma conversus, quibus magis quam religioni natus fuerat, führte. Quum igitur tot tumultibus absumpta pecunia indigeret, nova Collegia primus excogitavit, quae liceretur. Angabe derſelben. Verum haec seu necessitati, seu verius proximis ac ministris tribuenda, nam eo Pontificum nullus nec animo munificentior, nec in dando hilarior, nec in promovendis hominibus promptior repertus fuit. Wie er fremde Fürſten aufgenommen, und Rom durch Gebäude verſchönert habe.

m) ſ. dieſelben b. *Raynald.* 1484. *no.* 28 *ss.* Gegen den Nepotismus ſind die Beſtimmungen gerichtet *no.* 30.: De parentela et consanguinitate sua non plures quam unum dumtaxat qualificatum (ad Cardinalatum) promovebit; u. *no.* 38.: quod arces S. Angeli, civitatis vetulae, Tiburis, Spoleti et Caesenae nos

Kinder zu heben und zu bereichern ſuchte n). Mit dem Könige Ferdinand von Neapel führte er bis 1492 zwei Kriege, und ſtellte demſelben den Herzog Renatus von Lothringen als Ge-

---

concedet alicui de parentela sua, nec Praelato, nec saeculari; sed aliis Praelatis et ecclesiasticis personis; neque faciet eundem Castellanum et gubernatorem alicujus civitatis, — nec Capitaneatum generalem Ecclesiae nepoti, nec alicui consanguineo suo concedet.

n) *Infessura* (b. Murat. III, II. p. 1189. Eccard. II. p. 1947) zählt die Verleihungen auf, welche dem Gerüchte nach Innocentius pro habendis vocibus verſprochen haben ſollte, und ſetzt dann hinzu: Quare negari non potest, quin considerata qualitate et vita Viri, qui juvenis et Januensis est, et ex pluribus mulieribus septem filios inter mares et foeminas habet, — ac considerata qualitate electionis, quae multo deterior fuit electione Xisti, quomodo longe pejora et deteriora non sequantur! Schon am vierten Tage nach der Wahl Cardinales animo insatiabili et quadam voracitate inter se omnia officia saecularia tam urbis quam extra urbem diviserunt. Das Verſprechen, omnia officia et beneficia Romana concedere Romanis civibus, ſey nicht geachtet. Et sic in ejus principio sequitur vestigia Xisti, etsi grave est unicuique fidem fallere, sed magis Principi. Sed non est mirum, si populum Romanum decepit, quia Deum omnipotentem, cui in promotione castitatem vovit et promisit, et tamen post septem filios habuit, turpiter fefellit atque decepit. *Raph. Volaterranus Comment. urban. Anthropologia lib. XXII.*: Xisti deinde secutus exemplum quaestus gratia Secretariorum collegium instituit pristinum numerum augendo; Pontificum etiam primus, qui novum et ipse exemplum introduceret palam liberos nothos jactandi, ac soluta omni antiqua disciplina divitiis eos omnibus cumulandi. Das gleichzeitige Epigramm

Octo Nocens pueros genuit totidemque puellas,
Hunc merito poterit dicere Roma patrem

hat die Zahl 8 wohl nur genommen, weil Innocenz der achte dieſes Namens war.

genkönig entgegen o). Er fuhr zwar fort, wie ſeine Vorgänger, die Fürſten und Völker zu Unternehmungen gegen die Türken zu ermuntern p): als aber Dſchem (im Abendlande Zizim od. Zemes genannt), Bruder und Nebenbuhler des türkiſchen Sultans Bajeſſid, von den Rhodiſerrittern ihm ausgeliefert war (1489), ſo zog er es vor, denſelben, anſtatt ihn an der Spitze eines Heeres gegen die Türken zu ſenden, gegen ein Jahrgeld des türkiſchen Sultans in Gefangenſchaft zu halten q). Auch der verworfenſte aller Päpſte Alexander

---

o) Ferdinand wollte den Lehnszins, wie von Sixtus IV., ſo auch von Innocenz VIII. erlaſſen haben. Der Papſt trat mit den unzufriedenen neapolitan. Baronen in Verbindung, Ferdinand mit dem römiſchen Hauſe Urſini. Der erſte Krieg begann 1485 (*Raynald. h. a. no.* 38. 1486. *no.* 1.): den 12. Aug. 1486 wurde ein für den Papſt vortheilhafter Friede geſchloſſen (*Raynald. h. a. no.* 13.), der aber von Ferdinand nicht gehalten wurde. Daher entſtanden bald wieder Zwiſtigkeiten (*Raynald.* 1487. *no.* 9 *ss.*), 1489 erklärte der Papſt den König des Reichs für verluſtig (*Rayn. h. a. no.* 5 *ss.*): der Friede von 1492 war eine Erneuerung des frühern (*Rayn. h. a. no.* 10 *ss.*), vergl. Leo's Geſch. d. ital. Staaten. Th. 4. S. 611 ff. S. 617 f.

p) *Raynald.* 1484. *no.* 60 *ss.* 1485. *no.* 1 *ss.* 1486. *no.* 60 *ss.* 1488. *no.* 10 *ss.*

q) Ueber Dſchems Geſch. ſ. Joſ. v. Hammer's Geſch. des osmaniſchen Reiches. Bd. 2. (Peſth 1828. 8.) S. 250 ff. Er flüchtete 1482 nach Rhodus, wurde von den Rhodiſern in Frankreich gefangen gehalten, und 1489 dem Papſte überliefert, welcher unter dem Vorgeben, denſelben zu einer Unternehmung gegen die Türken zu gebrauchen, ſich ſehr deshalb bemühet hatte. So ſchrieb Innocentius an den Herzog v. Bourbon (*Raynald.* 1485. *no.* 12.): Hortamur nobilitatem tuam, et quanto possumus studio per Redemptoris nostri sanctissimam passionem requirimus, ut pro religione animi tui, et pro communi omnium salute, — [nolueris] pati, ut idem Turci frater ad alias quam nostras manus deveniat: nam si in nostra fuerit potestate, modum et viam adinveniemus, qui-

bus illo tamquam instrumento ad res magnas pro religione Christiana et Dei laude gerendas uti possimus. Ueber Dſchems Einzug in Rom den 13. März 1489 und ſeine Erſcheinung im Conſiſtorio ſ. *Infessura* b. *Murat. III, II. p.* 1224 *s.* Alsbald begannen die Unterhandlungen des Sultans in Rom. Der päpſtl. Legat Angelus Pechinolius (ſ. deſſ. Bericht an den Papſt im Juni 1489 b. *Justus Fontanimus de antiquitatibus Hortae Coloniae Etruscorum. Rom.* 1723. 4. *p.* 488) mußte von dem Könige von Ungarn hören: Orator Soldani, qui est Romae, supplicavit Domino sanctissimo pro parte istius Turci, quod sua Sanctitas sit contenta recipere a Soldano ducenta millia Ducatorum, et quod eum det ad manus Soldani, et sua Sanctitas fuit contenta. Sie misit unum hominem ad Rhodum sub praetextu, quod pro aliquibus fratribus religiosissimis Rhodiensium vadat ad Rhodum: sed inde mutatis vestibus ibit ad Soldanum pro compositione istius pecuniae et aliarum rerum. — Quantum autem deceat unum Papam ista facere, sua Sanctitas, quae prudentissima est, potest melius considerare, et quid sint dicturi alii Christiani Principes, quando ista audierint. Der Legat wußte nur entgegenzuſetzen, daß der Papſt für 200000 Ducaten Dſchem nicht ausliefern werde, da der Sultan ſchon 600000 für denſelben geboten habe. Der König blieb indeß dabei: Domine Legate, si non scit Paternitas vestra, scio ego: et forte, quod plus sunt: sed de ducentis millibus ego sum bene certus. Der König hatte den Dſchem zum Kriege gegen die Türken ſelbſt zu beſitzen gewünſcht: da es jetzt ſchien, als ob der Papſt denſelben einer venetianiſchen Flotte zugeben werde, ſo war der König in Begriff, mit dem Sultan ein Bündniß einzugehen, denn er meinte (p. 484): Veneti non in bellum contra Turcum proficiscentur, sed privata aliqua commoda et privatas eorum passiones ulcisci intendunt, und erklärte dem Legaten geradezu (p. 482): sua Sanctitas vult decimas habere: vere non habebitis: — si portabitis illum Turcum per mare, ego portabo fratrem suum, Turcorum Imperatorem per terram in Italiam. Indeß machte der Sultan einen Verſuch, Dſchem und den Papſt vergiften zu laſſen *Infessura p.* 1232: dann aber (*Infess. p.* 1234) erſchien ein Ambasciator magni Turci den 30. Nov. 1490 mit reichen Geſchenken an den Papſt (zu ihnen gehörte die Lanze, mit welcher die Seite

Chriſti durchſtochen worden war, und der Papſt nahm dieſelbe ungeachtet der Vorſtellungen, daß dieſelbe ſchon in Nürnberg und Paris gezeigt werde, als ächt an, ſ. *Burcard* in d. *Notices et extraits T. I. p.* 94), und bot demſelben an, quod, si retineret dictum Turcam, pro censu se daturum quadraginta millia Ducatorum pro quolibet anno, quousque ipsum retinuerit. Item obtulit pacem et perpetuam securitatem inter Christianos et Turcas, et quod Christiani de caetero possent ire et redire in terras ejus libere et absque aliquo timore. Indeß mußte ihm der Dſchem eine Audienz gewährt werden, weil er erklärte, se nolle solvere tributum praedictum, nisi eum oculata fide videret. Et ita dixit se habuisse in mandatis, ne forte diceretur vivus, et mortuus esset. Vergl. über die Geſchichte Dſchems den Abt *Ludovicus Tubero comm. de temporibus suis* (v. 1490—1522) *lib. VI.* §. 6. u. 7. in *Schwandtner Scripti. rerum Hungaricarum. T. II. p.* 214 *s.* Er erzählt §. 7. zuerſt, wie ſich der König Matthias v. Ungarn bei dem Könige von Frankreich vergeblich bemüht habe, Dſchem zu erhalten, sperans, si Gemium in potestate haberet, non solum facile consecuturum, ut Bajazethes intra fines suos sese contineret, atque invalidior viribus fieret (certo enim sciebat, Gemium a popularibus studio, ut fit, novarum rerum valde desiderari); verum etiam se bonam Imperii partem eo facto Turcis ademturum: quippe arbitrabatur, Bajazethem fraterno metu nullam pacis conditionem ab se dictam recusaturum. Dann fährt er fort: Non ita multo post Innocentius VIII. Pontifex Romanus et sibi amplum fore putans, Regem Turcam tributarium habere, et tanto auro, cujus quidem sacerdotes hac tempestate maxime avidi sunt, potiri cupiens, oblata Rhodiorum Principi dignitate, qua Cardinales sacerdotes Romanae Ecclesiae insigniti sunt, agit cum illo, ut Turcam sibi traderet. Rhodius, non parvum fortunae suae additamentum existimans, in collegium Cardinalium cooptari, accepta conditione hominem suae fidei commissum hujuscemodi facile permutat magistratu. Itaque vidimus, si Deo placet, non pecunia modo, quod jam solemne est, sed etiam perfidia atque humano sanguine sacerdotia apud Christianos parari, si Christiani appellandi sunt, qui nihil praeter nomen habent Christianorum.

VI. (ſ. 11. Aug. 1492) r) kannte kein höheres Ziel als ſeine fünf unehelichen Kinder, und unter ihnen beſonders ſeinen Liebling Cäſar Borgia, mit Ehren und Reichthümern zu überhäufen s). Als Carl VIII., König v. Frankreich, die

r) Trotz der dringenden Ermahnungen, welche in den Predigten des *Leonellus Episc. Concordiensis* (b. *Raynald.* 1492. *no.* 24 *s.*) und des *Bernardinus Carvajal Episc. Pacensis* (in *Martene thes. anecd. II. p.* 1774 *ss.*), den zur neuen Wahl ſchreitenden Cardinälen vorgehalten waren, ließen ſich doch alle, nur fünf ausgenommen, von dem Rodericus Borgia beſtechen, ihn zu wählen, der jetzt als Alexander VI. den päpſtl. Stuhl beſtieg, ſ. *Infessura* b. *Eccard II. p.* 2008 *s.*

s) So vermählte er den 10. Juni 1493 ſeine Tochter Lucretia, nachdem er ſie von ihrem bisherigen Manne getrennt, und dieſen mit Geld befriedigt hatte, an Alexander den Herrn von Peſaro, und richtete, in dem päpſtlichen Palaſte eine große Hochzeit aus, auf der es nicht ſonderlich ehrbar zuging, ſ. *Infessura* b. *Eccard II. p.* 2011 *s.* Infeſſura bemerkt dabei: Alexander consuetudinem jam coeptam per Innocentium de maritanda prole foeminina prosecutus est et ampliavit. Incumbit igitur Clerus omnis, et quidem cum diligentia circa sobolem procreandam. Itaque a majori usque ad minimum concubinas in figura matrimonii, et quidem publice attinent. Quod nisi a Deo provideatur, transibit haec corruptio usque ad Monachos et Religiosos, quamvis Monasteria urbis quasi omnia jam facta sint lupanaria, nemine contradicente. *Raphael Volaterranus comm. urb. Anthropologia lib. XXII.:* Alexander deinde nihil prius habuit quam Innocentii exemplo suos nothos honoribus, verum longe majoribus extollere, quando jam res haec honori et gloriae coepit esse. Itaque *Lucretiam* filiam prius Jo. Sfortiae Pisauriensi Principi locavit, deinde abdicatam (von ihrem Manne verlaſſen, ſ. Machiavelli hiſt. Fragmente, überſ. v. Leo S. 114) Aloisio Aragoni Alfonsi Regis filio notho, quo demum interfecto Alfonso Estensi Ferrariae Duci, cum quo adhuc perseverat. Ex filiis vero alterum minorem natu in regno Siciliae Principem fecit (ſ. *not. t*), alium *Caesarem* Cardinalem (1493.

Rechte des Hauſes Anjou auf Neapel geltend machen wollte, ließ ſich Alexander anfangs durch reiche Vergabungen an ſeine Söhne für den König Ferdinand v. Neapel, und nach deſſen Tode (25. Jan. 1494) für deſſen Sohn Alfons II. gewinnen t), drohete Carln mit dem Banne u), und ſuchte ſelbſt türkiſche Hülfe nach v). Als aber Carl dennoch (d. 31. Dec.

Ludov. Tubero lib. VIII. §. 15.: vix puberem Cardinalem designavit, ementitus, non ex se genitum esse, sed ex viro, cujus uxorem, quod satis constat, ipse adulteraverat), majorem quoque in Hispania ducem (den Johann Borgia v. Arragonia, Herzog v. Gandia, welchen er 1497 noch mit dem Herzogthume Benevent belehnte, ſ. *Burchardus* b. *Eccard II. p.* 2081).

t) Leop. Ranke's Geſchichte der romaniſchen u. germaniſchen Völker v. 1494 b. 1535. Bd. 1. (Leipz. u. Berlin 1824). S. 30. Leo's Geſch. v. Italien. Th. 5. S. 71 ff. Namentlich erhielt Giuffredi Borgia eine natürl. Tochter des Königs Alphons zur Gemahlin und das Fürſtenthum Squillace zur Mitgabe.

u) Ueber die Verſuche des Papſtes, Carln von Italien zurückzuhalten, ſ. *Raynald.* 1494. *no.* 15 *ss.* Nachdem Alexander den Alphons mit Neapel belehnt hatte, appellirte der franz. Geſandte im Conſiſtorio deshalb an ein allgemeines Concilium, der Papſt verlangte dagegen, daß Carl die Entſcheidung ſeiner Anſprüche ihm überlaſſen ſollte *l. c. no.* 18., und drohete mit dem von Pius II. in Mantua gegen eine ſolche Appellation verhängten Anathema (*l. c. no.* 20.).

v) Im Juli 1494 hatte der Papſt mit Alphons K. v. Neapel eine Zuſammenkunft in Vicovarium, in deren Folge Beide Geſandtſchaften an den türk. Sultan ſchickten (*Burchardi Diarium* b. *Eccard. II. p.* 2047 u. *Raynald.* 1494. *no.* 21.). Der päpſtl. Geſandte wurde indeß aufgefangen, und bei ihm die ihm von dem Papſte gegebene Inſtruction gefunden. Dieſe und fünf Schreiben des Sultans an den Papſt ſ. in *Burchardi Diarium* b. *Eccard II. p.* 2053 *ss.* u. in den *Mémoires de Phil. de Comines, nouvelle édition par Messieurs Godefroy, augmentée par M. l'Abbé Lenglet du Fresnoy. T. IV. P. II.* (*Londres et Paris* 1747. 4.) *p.* 47 *ss.* Die fünf Briefe des Sultans auch in den Fundgruben des Orients. Bd. 5. (Wien 1816. Fol.) S. 183. (alle drei Ausgaben aus verſchiedenen

1494) in Rom erſchien, ſprang der Papſt ſogleich zu ihm über, und lieferte ihm den Prinzen Dſchem aus, ſorgte aber

---

Mss.). Die päpſtl. Inſtruction v. Juni 1494 giebt dem Nuntius Georg Bocciardo auf, dem Magnus Turca, Sultan Bajazet auseinanderzuſetzen, qualiter Rex Franciae properat cum maxima potentia terrestri et maritima — huc Romam veniens eripere e manibus nostris Gem Sultan, fratrem Celsitudinis suae, et acquirere Regnum Neapolitanum, — sed etiam in Graeciam transfretare, et patrias Celsitudinis suae debellare. — Et cum nobis opus sit resistere, — cogimur ad subsidium praefati Sultan Bajazet recurrere, sperantes in amicitia bona, quam ad invicem habemus, quod in tali necessitate juvabit nos; quem rogabis, et nomine nostro exhortaberis, ac ex te persuadebis cum omni instantia, ut placeat sibi quam citius mittere nobis Ducatos quadraginta millia in auro Venetos pro annata anni praesentis, quae finiet ultimo die Novembris venturi (das Jahrgeld für Dſchem). Da auf den Beiſtand der Venetianer viel ankomme, ſo persuadebis et exhortaberis Majestatem suam, quam tenemur certiorem reddere ob veram et bonam amicitiam, quam habemus ad invicem, ne patiatur aliquod interesse, ut statim mittat unum Oratorem ad Dominium Venetorum; — quos exhortetur et adstringat, quod pro quanto cari pendant amicitiam suam, debeant esse adjumento et defensioni nostrae et Regis Alfonsi terra marique. — Denotabis pariter magno Turco adventum Oratoris magni Soldani (des Sultans v. Aegypten) ad nos cum litteris et muneribus, quae transmisit nobis, — et promissiones, quas nobis fecit de magno thesauro, ac de multis aliis rebus (wenn ihm nämlich Dſchem ausgeliefert würde): significabis Majestati suae intentionem nostram, in quantum sibi promisimus, firmiter tenebimus, et nunquam contraveniemus in aliqua re: imo nostrae intentionis est accrescere et meliorare nostram bonam amicitiam. Bene gratum nobis esset, et de hoc multum precamur et hortamur D. Serenissimum, quod pro aliquo tempore non impediat Hungarum, neque in aliqua parte Christianitatis, et maxime in Croatia et civitatibus Ragusiae et Leguiae; quod faciendo et observando nos faciemus, quod

alsbald für deſſen Vergiftung, um ſich das verſprochene Blut-

---

Hungarus non inferat ei aliquod damnum, et in hoc Majestas sua habebit compassionem complacendi nobis, attento maxime motu Francorum, et aliorum Principum. Quodsi in bellando perseveraret, habeat pro comperto sua Magnitudo quod in ejus auxilio essent quam plures Principes Christiani, et doleret Majestatem suam non fecisse secundum consilium nostrum, quod damus sibi primo ex officio, quando simus pater et dominus omnium Christianorum, postea desideramus quietem Majestatis suae ad bonam et mutuam amicitiam: quoniam si aliter Majestas sua statueret prosequi et molestare Christianos, cogeremur rebus consulere, cum aliter non possemus obviare maximis apparatibus, qui fiunt contra Majestatem suam. In den Antwortſchreiben des Sultans, alle vom 15. u. 18. Sept. 1494, finden ſich außer der Bewilligung der päpſtl. Wünſche noch folgende Merkwürdigkeiten. In dem vierten: notum sit Tuo supremo Pontificio, quemadmodum Rev. Dominus Nicolaus Cibo Archiepiscopus Arelatensis est dignus et fidelis homo. — Hujus igitur rei causa justum est a vobis decerni, majori in ordine ipsum esse debere: unde et rogavimus dictum supremum Pontificem (*Innocentium VIII.*), ut faceret illum Cardinalem, et assensus est nostrae petitioni. — Verum quia non erat tempus, id est Septembris mensis, non sedet in ordine suo. — Ea de causa scribimus et rogamus Tuam Magnitudinem, — ut adimpleat ipsi Tuum Pontificium, videlicet ut faceret ipsum perfectum Cardinalem. In dem fünften: Inter alia mihi retulit (*Georgius Bussardus*), quomodo Rex Franciae animatus est habere Gem fratrem nostrum, qui est in manibus vestrae Potentiae: quod esset multum contra voluntatem nostram, et vestrae Magnitudini sequeretur maximum damnum, vosque et omnes Christiani paterentur detrimentum. Idcirco una cum praedicto Georgio cogitare coepimus: pro quiete, utilitate et honore vestrae Potentiae, et adhuc pro mea satisfactione bonum esset, quod dictum Gem meum fratrem, qui subjectus est morti et detinetur in manibus vestrae Magnitudinis, omnino mori faceretis, quod, si vita careret, esset et vestrae Potentiae utile, et

geld des Sultans nicht entgehen zu laſſen w). Im März 1495 verband ſich der Papſt wieder mit dem Kaiſer und dem

quieti commodissimum, mihique gratissimum. Et si in hoc Magnitudo vestra contentabit complacere nobis, prout in sua prudentia confidimus facere velle, debet pro meliori Suae Potentiae, et pro majori nostra satisfactione, quanto citius poterit, illo meliori modo, quo placebit Vestrae Magnitudini, dictum Gem levari facere de angustiis istius mundi, et transferri ejus animam in alterum saeculum, ubi meliorem habebit quietem. Et si hoc adimplere faciet Vestra Potentia, et mandabit nobis corpus suum in qualicumque loco citra mare nostrum; promittimus Nos Sultan Bajazet suprascriptus in quocumque loco placuerit Vestrae Magnitudini Ducatorum trecenta millia ad emenda filiis suis aliqua dominia, quae Ducatorum trecenta millia consignare faciemus illi cui ordinabit Vestra Magnitudo, antequam sit nobis dictum corpus datum, et per vestros meis consignatum. Adhuc promitto Vestrae Potentiae, quod vita mea comite et quamdiu vixero, habebimus semper bonam et magnam amicitiam cum eadem Vestra Magnitudine sine aliqua deceptione, et eidem faciemus omnia beneplacita et gratias nobiles. Auch will der Sultan die Chriſten nicht mehr beunruhigen, und bekräftigt zuletzt alle dieſe Verſprechungen durch einen feierlichen Eidſchwur.

w) *Burchardus* b. *Eccard II. p.* 2066, richtiger b. *Raynald.* 1495. *no.* 12.: Feria quarta, vigesima quinta Februarii Gem, frater Magni Turcae, qui nuper Regi Francorum per sanctissimum Dominum nostrum ex pacto et conventione inter eos stipulatis fuerat consignatus, in civitate Neapolitana et castro Capuano ex esu sive potu naturae suae non convenienti vita est functus, cujus cadaver deinde ad instantiam et preces magni Turcae eidem magno Turcae cum tota defuncti familia missum est, qui propterea dicitur magnam pecuniarum summam persolvisse seu donasse, et familiam ipsam in gratiam recepisse. *Ludovicus Tubero* (ſ. not. q) *lib. VI.* §. 7. b. *Schwandtner II. p.* 216: Mortuo Innocentio Alexander, Pontificatum pecunia adeptus, Gemium in Caroli VIII. Francorum Regis, tunc Neapolitanum regnum petentis, coactus — permisit

Könige von Spanien, um die Franzoſen aus Italien zu vertreiben x). Nicht lange aber, ſo verfeindete er ſich mit dem neuen Könige von Neapel Friedrich, Bruder Alfons II., welcher die ausſchweifenden Forderungen des Cäſar Borgia nicht bewilligen wollte y), und näherte ſich wieder dem Könige v.

---

potestatem, dato ei prius veneno haud quidem praesentaneo, sed quod ad occultandam facinoris invidiam aliquot diebus mortem protraheret. Ferunt autem, hunc Pontificem adeo deplorata vita, atque ad extremum perditum fuisse, ut omnia sacra pretio venderet. Quosdam insuper Cardinales divitiis notos veneno sustulisse dicitur, quo eorum pecuniis liberorum suorum ex adulterio susceptorum fortunam augeret. Quare ejus aetate per totum fere Christianum orbem hi versiculi passim decantabantur:

Vendit Alexander claves, Altaria, Christum:
Emerat ista prius, vendere jure potest.

Unde omnibus persuasum est, ipsum Pontificem, qui verius Carnificis nomen obtinere debuit, Venetis quoque non solum consciis, sed etiam internuntiis, propter simultatem, quam cum Rege Carolo habebant, ingentis pecuniae pactione ad hoc scelus a Bajazethe esse inductum, qui quidem in securitatem suam — fratrem e medio tolli magnopere optabat. Atque in hunc maxime modum Christiani, Turcis praesertim finitimi, a quibus minime oportuit, pene proditi sunt. Nam Bajazethes, domestico metu liberatus, statim animo consilia volutare coepit Christianos aperte oppugnandi, atque opportunitate rerum gerendarum, quae ad illam diem haudquaquam patuerat, uti. Vergl. Hammer's Geſch. des osman. Reiches. Bd. 2. S. 277.

x) L. Ranke's Geſch. der roman. u. german. Völker v. 1494—1535. Bd. 1. S. 62 ff. Leo's Geſch. v. Italien. Th. 5. S. 96 ff.

y) Johann v. Borgia wurde 4 Wochen nach ſeiner Erhebung zum Herzoge von Benevent (ſ. not. s) ermordet, wie *Lud. Tubero, lib. VIII.* §. 15. *Machiavelli* († 1527. Hiſt. Fragmente von Nicolo di Bernardo bei Machiavelli überſ. v. H. Leo, Hannover 1828. 8. S. 115) u. *Guicciardini lib. III.* ausdrücklich melden, auf Anſtiften ſeines

rankreich Ludwig XII. In Rom war jetzt alles möglich: er Cardinal Cäſar Borgia wurde des geiſtlichen Standes entunden z), Ludwig XII. von ſeiner Gemahlinn geſchieden aa).

Bruders Cäſar Borgia, welcher von nun an danach ſtrebte, des geiſtlichen Standes entbünden, und ſtatt ſeines Bruders mit weltlichen Ehren überhäuft zu werden. So verlangte er von König Friedrich deſſen älteſte Tochter zur Gemahlinn, u. das Fürſtenthum Tarent zur Mitgift, ſ. Machiavelli a. a. O. S. 159. *Guicciardini lib. IV.* Ranke S. 169 ff.

z) *Burchardus* b. *Eccard II. p.* 2096: Feria sexta, decima tertia Augusti (1498), in secreto Consistorio Dominus Cardinalis Valentinus proposuit, se ab ineunte aetate inclinatum semper fuisse statui saeculari, sed Sanctissimum Dominum nostrum voluisse, ut se daret statui ecclesiastico, et ad Ordinem se promoveri Diaconatus, cujus voluntati se opponere visum non est. Cum autem omnis ejus voluntas et inclinatio sit adhuc ad statum saecularem, supplicavit, S. D. N. dignaretur cum singulari clementia prosequendo secum dispensare, ut dimissis habitu et dignitate ecclesiastica liceat ei redire ad saeculum, ac matrimonium contrahere. Et Reverendissimos Dominos Cardinales rogavit, quatenus hujusmodi dispensationi consentire vellent, et cum eo S. D. N. supplicare. — Cardinales omnes communiter concordi voto remiserunt dispensationem hujusmodi arbitrio et voluntati ejusdem S. D. N. *Lud. Tubero lib. VIII.* §. 15. b. *Schwandtner II.* p. 282: Hoc parricidio (der Brudermord not. y) admisso Caesar Cardinalatu, quem a patre ultro oblatum non religionis studio, sed spe, ut plerique faciunt, opulentioris fortunae acceperat, sese sponte abdicavit, palam professus, se a Pontifice progenitum, et ob id tanto nequaquam idoneum sacerdotio: aeque ac majus flagitium esset, illegitime natum, summum sacerdotium obtinere, quam sacris Deoque dicatis pecuniis, ac in hospitalitatem absumendis abuti, atque his ipsis regna, pulsis justis regibus, per nefas parare. Cäſar wurde darauf 1500 vom Papſte zum Capitaneus Generalis et Confalonerius S. Romanae Ecclesiae erhoben, *Burchard p.* 2115.

aa) Ludwig Herz. v. Orleans folgte im April 1498 auf ſeinen Vetter

Zur Erkenntlichkeit erhob der Letztere den Erſteren zum Herzoge von Valentinois (1498), und unterſtützte ihn dann mit einem Heere, um die mächtigen Vaſallen im Kirchenſtaate nach einander zu überwältigen, und aus deren Beſitzungen ſich ſelbſt ein Fürſtenthum zu bilden bb). Neapel wurde dagegen unter

---

Carl VIII. *Ludov. Tubero lib. VII.* §. 14. b. *Schwandtner II. p.* 254: Qui (Ludovicus Aurelianensis) quidem una cum regno uxorem etiam ipsius Regis in matrimonium accepit, prima conjuge novo inter Christianos exemplo repudiata, apud quos sane conjugium non nisi morte alterius dirimitur. Ferunt autem, Aurelianensem hoc consilio tantum facinus Alexandro VI. Romano Pontifice annuente admisisse, ne scilicet a Francorum regno Armoricae civitates, quas gentes nunc Britones vocant, ad imperium et jus Annae uxoris Caroli spectantes, deficerent, si illa alium virum sibi matrimonio adjungeret. Haec enim mulier, nulla in domo paterna virili sobole superstite, Britonum regionem haereditario jure obtinebat. Nec mirum, si tales nuptiae ab Alexandro VI. Romano Pontifice permissae sunt: cum et ipse Alexander filiam suam, ex quadam adultera susceptam, atque cum Principe Pisauriensium matrimonio conjunctam (ſ. *not. s*), e viri thalamo adversus leges pontificias abripuerit, atque alii in matrimonium, sola fortunatioris conjugii spe, dederit. Welche Gründe der Scheidung als Vorwand dienten, wie Cäſar Borgia die Urkunde anfangs zurückhielt, der König aber, nachdem er das Vorhandenſeyn derſelben erkundet, dennoch die Vermählung vollzog, ſ. Machiavelli's hiſt. Fragmente überſ. v. Leo. S. 154 f.

bb) *Raph. Volaterrani comm. urb. Anthropologia. lib. XXII.*: Post ejus (des Herzogs Joh. v. Borgia) mortem Caesar Cardinalis spreto sacerdotio ejusque ordine, cupidus dominandi se ad Ludovicum Galliae Regem cum magna vi auri ac suppellectilis contulit, ejusque propinquam de Lebreto (Charlotte d'Albert, Schweſter des K. v. Navarra) in matrimonium una cum oppido Valentia accepit. Regis deinde auxilio perpetuoque foedere multum in Italia sibi ditionis paravit, Aemiliam imprimis omnem praeter Bononiam ejectis partimque necatis

Begünſtigung des Papſtes von Frankreich und Spanien ge-

antiquis familiarum possessoribus (woraus der Papſt 1501 für Cäſar das Herzogthum Romagna bildete), in Etruria Populinum, in Piceno Camerinum, Senogalliam, Urbinum, quod ex omnibus per proditionem cepit. Nam cum ut hospes et amicus a Guidone Duce cum exercitu apud Callium exciperetur, extemplo dato signo urbem eam corripuit: inde propere Urbinum invadi mandat. Guido vero cum non satis virium improvisus ad resistendum haberet, ne in manus hostis perveniret, statim [illegible]ictis omnibus nocte sequenti paucis comitibus ad sororium suum Mantuam aufugit. Pontifex interim Roma supplementa res agenti mittebat, una tantum cogitatione occupatus, quonam modo eum maximum Principum constitueret: eapropter in animum induxit proceres urbi finitimos alia atque alia de causa prorsus omnes extinguere: cepitque a Cajetanis, vetusta familia, qui nonnulla apud Volscos oppida possidebant, Jacobum Protonotarium ex ea gente Honorati filium carcere inclusum necavit, adolescentemque unicum Colae filium familiae superstitem absentem trucidari jussit, Columnensium deinde Gallorum auxilio expulsorum imperium omne invasit. Quod reliquum erat cum ad Ursinos anhelaret, nec satis causae haberet, occasionem est nactus, quam optanti hominum promittere nemo potuisset, ipsa dies jam obtulit ultro. Contigit nempe, ut ipsimet Ursini tantos Caesaris successus tantamque imperandi cupiditatem adspicientes sibi quamque amicis timerent, ne cunctis jam sublatis ipsi quoque delerentur. Itaque cum his, qui pari formidine adficiebantur una conspirant. Erant autem hi Joannes Bentivolius, Joannes Paulus Balio Perusinus, Vitellocius Tifernas, Liberoctus Firmanus, Pandulfus Petrucius Senensis, Baptista Cardinalis et Paulus Ursini. Qui omnes prope Perusiam concilio facto contra Caesarem conjurant, e vestigioque irruptione facta Urbinum recipiunt et Camerinum, cohortesque Caesarianas quae ad succurrendum mittebantur in itinere adorti adfligunt, aliaque Aemiliae oppida tentare continuo festinant. Pontifex hoc accepto nuntio magnopere commotus omni studio placare sibi Ursinos imprimis cona-

meinſchaftlich erobert (1501) cc), fiel aber ſchon 1503 aus-

batur, quod facile cunctos ipsorum sperabat auctoritatem secuturos. Itaque omni pollicitatione, humanitate, conditioneque delinitos in suam sententiam adduxit. Illi conciliati jam capta restituunt, de novoque Senogalliam Caesari acquirunt, ubi Paulus et Gravinae dux Ursini, Vitellocius et Liberoctus una convenerant. Caesar igitur, qui Forocornelii se continebat, opportunum tempus se vindicandi ratus, eo cum exercitu Vasconum de improviso proficiscitur; illi obviam inermes procedentes veniam [illegible]tunt praeteritorum; humaniter excepti sunt, custodiaeque interim clam adhibitae, ne fugere possent. Itaque jam deducendi officio functi cum discedere vellent, simulatione simul colloquendi restare jussi sunt. Cum in conclave venissent, extemplo clausa janua, et a militibus ad hoc ordinatis capti Vitellocius et Liberoctus eodem die strangulati, paucis post diebus reliqui (Dec. 1502 Jan. 1503). Nec mora, Perusia Tifernumque ejectis Vitelliis ac Balionibus Pontifici sese dediderunt. Pontifex interea Romae ubi per nuntium celerem noctu captos hos esse accepit, Cardinalem Ursinum, quem multa prius blanditia speque securum reddiderat, mane hortatur ad Palatium venire, fingitque Columnenses prope urbem adesse, pontesque cepisse. Ille credulus ubi obtemperavit, capitur et in molem Hadriani conjicitur cum Abbate Alviano Ursinarum partium. Praesul vero Florentinus et Jacobus Sanctacrucius eadem hora capti in Palatio sunt custoditi. Sanctacrucius postera die dimissus vadibus datis, consentiente Cardinale, ad oppida Ursinorum Pontifici adsignanda: ipse vero Cardinalis paucis post diebus est elatus, causa mortis omnibus facile judicata (*Burchardus b. Eccard. II. p.* 2150: biberat, ut vulgo aestimabatur, calicem ordinatum, et jussu Papae sibi paratum. — Papa commisit socio meo, ut haberet curam funeris defuncti. Ego nolui interesse: nolui enim sapere plusquam oportet). Vergl. *Guicciardini lib. IV.* Ranke's Geſch. der roman. und german. Völker. Bd. 1. S. 173 ff. 201 ff. Leo's Geſch. v. Italien. Th. 5. S. 133 ff. 147 ff.

cc) Ranke S. 179. Leo Th. 5. S. 141 ff.

ſchließlich an Spanien dd). Während dieſer Zeit ſuchte Alexander durch Beneficienhandel, Ablaßverkauf, Ausübung des Spolienrechtes, und Türkenſteuern, wie durch Ermordung reicher oder hinderlicher Perſonen, ſo viel als möglich Geld zuſammmenzuraffen, um den üppigen Aufwand und die ſchändlichen Ausſchweifungen ſeines Hofes zu beſtreiten, und für ſeine Kinder Schätze zu ſammeln ee). Endlich gab das Gift,

dd) Ranke S. 195 ff. 207 ff. Leo Th. 5. S. 157 ff.

ee) Im J. 1502 kam von Deutſchland ein an den von dem Papſte beraubten Sylvius de Sabellis gerichtetes, aber gedrucktes Schreiben nach Rom, welches *Burchardus* b. *Eccard II. p.* 2144 *ss.* mittheilt. Es wird derſelbe darin aufgefordert, bei dem Papſte (hoc monstruoso capite — hac infami bellua) keine Verſuche mehr zu machen. Haec tibi in publicis Principum conventibus enarranda, haec committenda pluribus exemplis atque per omnium manus tradenda sunt et disseminanda: frustra queri Christianam religionem de Mahometo antiquo ejus hoste, — cum iste novus Mahometus omni criminum foeditate illum longe superaverit: — venisse tempora, quibus jam Antichristus — appareat, neque enim ullum omnino unquam nasci aut excogitari potuisse, qui apertior Dei hostis, Christi oppugnator, fidei et religionis subversor inveniretur. Jam beneficia et dignitates ecclesiasticas — publica venditione dissipari, et illis solummodo cedere, qui aperta emptione plus pecuniarum quam caeteri largiuntur. — Omnia jam apud Pontificem esse venalia, dignitates, honores, matrimoniorum copulas, eorundem solutiones, divortia et repudia uxorum. — Nihil esse jam scelerum aut flagitiorum, quod non Romae publice et in Pontificis domo committatur: superatos esse Scythas latrociniis, Poenos perfidia, immanitate et saevitia Nerones et Cajos: nam caedes, rapinas, stupra, et incestus referre, innumeri et infiniti prope operis foret. — Longum esset prosequi —, qui vel interfecti, vel vulnerati, vel vivi in Tiberim dejecti, aut veneno consumpti sunt: quorum cum sit infinitus numerus, et in dies crescat pernicies; — nemo in urbe est etiam privatae fortunae, qui sibi et suis jam non

welches der Papſt einem reichen Cardinale beſtimmt hatte, um ſich des Vermögens deſſelben zu bemächtigen, ihm ſelbſt den verdienten Tod (18. Aug. 1503) ff).

---

timeat. Quis horrenda libidinum monstra enarrare non formidet, quae aperte jam in illius domo et spreta Dei atque hominum reverentia committuntur; quot stupra, quot incestus, quot filiorum et filiarum sordes, quot per Petri Palatium meretricum, quot lenonum greges atque concursus, prostibula atque lupanaria. Feria Novembris solemnibus omnium sanctorum cerimoniis dedicata quinquaginta meretrices urbanae ad convivium in Palatium vocatae foedissimum et detestabilissimum spectaculum praebuere: et ut ad irritandum exempla non deessent, actitata est sequentibus diebus in publicum spectaculum equa, quae spectante cum filiis Pontifice intromissos admissarios nimio Veneris ardore concitatos in furorem et rabiem converteret (ſ. dieſe Schändlichkeiten erzählt von *Burchardus p.* 2134). Nihil esse jam auri, quod non ex omnibus populis Christianis ad filiorum luxum summa aviditate conquiratur. Propositum est in Turcas bellum publicare: ob eam speciem per omnes urbis basilicas preces indictae, et venditae exteris civitatibus erratorum indulgentiae: ut scilicet ex hac conquisitione largos sumptus suppeditarent, ut esset, unde filia Pontificis gemmis atque auro onerata, pompam et Romanae Ecclesiae tributa secum trahens, luxu inaudito ad maritum accederet; unde bellum antiquis civitatibus et veris Dominis inferretur. Pulsos esse sedibus veteres incolas, maximam urbis nobilitatem proscriptione atque exilio ablegatam, antiquos Latii dominos suis fortunis et possessionibus privatos, ut ex eorum cladibus Pontificis iidem filii et nepotes, ex incestuoso partu adhuc in cunis vagientes, ad regna et opes promoverentur.

ff) *Guicciardini lib. VI. Ludov. Tubero lib. VIII.* §. 15. b. *Schwandtner II. p.* 283. *Petrus Bembus* (Cardinal † 1547) *hist. Venet. lib. VI. p.* 218. vergl. Paulus im Sophronizon Bd. 8. Heft 5. S. 8 ff. Ueber Alexanders Character ſ. *Raph. Volaterranus Anthropol. lib. XXII.*: In Alexandro, ut de Annibale Livius scribit, aequabant vitia virtutes. Inerant namque in-

genium, ratio, cogitatio, memoria, diligentia, eloquentia vero quaedam naturalis, et ad persuadendum apta, ut nemo rem cautius proponeret, aut acrius defensitaret, seu quovis cuperet impelleret, sese unum omnium animis adcommodando: cum jucundis de remissione, cum severis de disciplina, cum patribus de republica loquebatur. Suos adversarios placabilitate ac patientia devinciebat: nam eorum, qui de numero Patrum exulabant, quosve suspectos habuerat, nihil de pristina dignitate detraxit; Gallorum animos contumacissimos ita sedavit, ut amicissimi discederent; in tanta procerum Romanorum vastatione, quod sane incredibile, nullum in urbe tumultum, nulla sensimus arma: omnia ipse obire, parum in rebus arduis cuiquam fidere. Idem in otio solutissimus, in metu constantissimus: nunquam negotia seu legationes audiendas voluptate praevertit, res in multam noctem protrahebat, brevissimi somni cibique. Artes liberales, si non colebat, admirabatur, juris praesertim scientiam ubi esse contingeret. Salaria doctoribus, stipendia militibus, mercedem operariis nunquam est differre, nedum auferre, visus, cujus rei gratia exercitum, quem magnum saepe nutriebat ductore filio, fidelissimum habuit: brevique tempore ac negotio totam fere Aemiliam, quae tributa non exsolverat, ei subegit. In annonae difficultate, quae bis contigit, advecta e Sicilia magna vi frumenti ita diligenter urbi providerat, ut plebes nullum fere sentiret incommodum. Has igitur animi dotes magnis obruerat vitiis, quae narrare non attinet: tantum referam, quae vulgus adspexit. Si quando rerum fasce non premeretur, omni se remissionis generi sine discrimine dedidit: quapropter comoedias Plautinas, caeteraque ludicra libenter spectavit, frequenterque in Hadriani molem ventitabat, ut palam personatos per eorum ferias, ac omnes dies festos si quid elegantius in hominum genere per viam praeteriret, propius adspiceret. In nuptiis filiae, quae ad virum Ferrariam profectura erat, equestres ludos et venationem in Vaticano extra ordinem dedit. In urbe gladiatorum nunquam licentia major, nunquam populo Romano libertas minor. Delatorum magna frequentia, brevissimo maledicto poena mortis erat. Grassatorum insuper omnia plena; nec

§. 135.

Pius III. (22. Sept. — 18. Oct. 1503). Julius II. (31. Oct. 1503 — 21. Febr. 1513). Leo X. (11. März 1513 — 1. Dec. 1521).

Paris de Grassis (ſ. 1504 Magister ceremoniarum, ſ. 1513 Biſch. v. Peſaro † 1528) *Diarium curiae Romanae* v. 1504—1522. (Excerpta aus demſelben b. *Raynald.* u. *Roscoe*; ſ. d. J. 1517 in *Mabillon Museum Ital. II. p.* 587; ſ. 1518 — 1522 in *Hofmanni nova Scriptorum ac Monument. collectio. T. I. p.* 395 *ss.* Beſchreibung des Ganzen in *Notices et extraits des Mss. de la Bibl. du Roi. T. II. p.* 546 *ss.* Vollſtändige Mss. ſind auch in Wolfenbüttel u. München, ſ. Sophronizon VI, 1. S. 3 ff.).

The life and Pontificate of Leo the tenth by *Will. Roscoe.* 4 voll. Liverpool 1805 ss. gr. 4. aus dem Engl. von Glaſer mit Anm. von Henke. 3 Bde. Leipz. 1806—1808. 8.

---

noctu tutum per urbem iter, nec interdiu extra urbem. Roma, gentium refugium, et arx populorum omnibus saeculis, nobilis jam carnificina facta erat. Quae quidem omnia suorum causa, quibus omnia indulserat, permittebat. Ipse quoque Caesar, dum haec ei licuere, ea fuit indole, ut si ab initio in bonos incidisset vitae monstratores, perpetuam sibi reique Romanae gloriam peperisset: nam et in ea adolescentia, quantum perspicere potuimus, nec deliberanti consilium, nec ductanti exercitum majorum disciplina, neque sermonem habenti facundia defuere: eaque demum a natura liberalitate, ut patris avaritiam saepe palam detestaretur: a justitia quoque, uti videbatur, minime abhorrens; quin in Aemilia jam adepta summa aequitate populos regebat, ac judicem gravissimum Antonium Montanum jure dicundo praeposuit, tanta subditorum probatione, ut illi vel defuncto Alexandro, quod minime putabatur, in officio persisterent. Verum ut sterile solum et intemperies coeli bona frugum semina praecipitant, sic et hunc prava institutio, ac proximorum libido a recta virtutis semita detorserunt, ex quo seque ac omnem Italiam variis calamitatibus involvit.

Gleich nach Alexanders Tode zerfiel Cäſar Borgia's neugeſchaffener Staat wieder: die einzelnen Theile unterwarfen ſich theils von neuem den alten vertriebenen Herren, theils dem Papſte: während dieſer Verwirrung fingen aber die Venetianer an, in der Romagna Eroberungen zu machen a). Der kriegeriſche Julius II. wollte alles der päpſtlichen Herrſchaft wieder unterwerfen. Zuerſt entriß er Perugia und Bologna ihren Herren (1506). Da das mächtige Venedig ſeine Eroberungen nicht herausgeben wollte, ſo entſchloß er ſich endlich, obwohl ungern, ausländiſche Hülfe zu benutzen, trat der zwiſchen Frankreich und dem Kaiſer d. 10. Dec. 1508 geſchloſſenen Ligue von Cambray bei b), und half mit geiſtlichen und weltli-

a) Ranke's Geſch. der romaniſchen u. germ. Völker v. 1494—1535. Bd. 1. S. 216, 221 ff. Leo's Geſch. d. ital. Staaten. Th. 5. S. 168 ff.

b) Ranke Bd. 1. S. 273 ff. 302 f. Der Papſt, der Kaiſer, und die Könige von Frankreich u. Aragonien verbanden ſich hier gegen Venedig (*Raynald.* 1509. *no.* 4.) pro recuperatione seu reintegratione omnium deperditorum. — Nec prius a praedicta invasione, seu guerra, aut armis per aliquem eorum desistetur, quam omnino et integre Apostolica sedes recuperaverit Ravennam, Cerviam, Faventiam, et Ariminum, — ac omnia alia, quae de statu et juribus Ecclesiae Romanae dicti Veneti occupant et detinent; et — Imperator recuperaverit Roveretum, Veronam, Paduam, Vicentiam, Tarvisium, Forumjulium, — necnon Patriarchatum Aquilegiensem, — omniaque alia loca et dominia per ipsos Venetos in hoc ultimo bello capta et occupata ex terris et dominiis domus Austriae; et pari modo ipse Christianissimus Francorum Rex recuperaverit totaliter Brixiam, Bergomum, — et generaliter omnia ea, quae fuerunt antiquitus de ducatu et dominio Mediolani; — et similiter ipse serenissimus Rex Aragonum recuperaverit ea omnia, quae ipsi Veneti de regno Neapolitano — quovis modo abstulerunt, — videlicet Tranum, Brundusium, Otrantum et Gallipolim. Ueber den Verſuch, welchen Julius trotz

chen Waffen die Republik bekämpfen c). Um den übermächtigen Bund zu trennen, gab das hart bedrängte Venedig jetzt

---

des Bündniſſes noch machte, ſich mit Venedig zu verſöhnen, ſ. *Petrus Bembus* (aus Venedig, Cardinal † 1547) *hist. Venetae lib. VII.* in den *Istorici delle cose Veneziane, i quali hanno scritto per publico Decreto. T. II. p.* 260: Confecto foedere Julius tametsi cupiditate ferebatur Arimino Faventiaque potiundi, quia tamen et Gallorum Regem magnae per se potentiae multo majorem suo permissu fieri nolebat, et cum illam nationem, tum Germaniae populos in possessionem Italiae venire, optimaeque ejus partis atque populosissimae dominos fieri, sibi reliquisque Italis detrimentosum existimabat futurum, ut ab illis Venetos opprimi sineret, adduci prope non poterat.

c) *Bembus hist. Venet. lib. VII. p.* 273: Julius — praeter quod exercitum in fines reipublicae introduxisset, ad illud etiam pertinaciter descendit, ut Lauredano Principi, Senatuique omni Veneto, et civibus singulis quos et igni interdiceret, ejusque rei literas omnibus hominibus vulgandas proponeret maledictorum et execrationum plenas, nisi die praestituta non Faventiam modo atque Ariminum, sed Ravennam quoque Cerviamque sibi tradiderint: quae quidem oppida centum ferme annos in reipublicae imperio fuerant, neque ullus ea Pontifex Maximus in dubium revocaverat, quin jure a republica possiderentur. (Die Bulle v. 27. Apr. 1509 b. *Raynald. ad h. a. no.* 6. drohet nach Ablauf einer Friſt von 24 Tagen nicht blos mit Anathema u. Interdict, ſondern auch, was Raynald ausgelaſſen, aber *Guicciardini lib. VIII. p.* 737 *s.* bemerkt hat, daß man ſich in allen Ländern der Güter der Venetianer bemächtigen, und ſie zu Leibeigenen machen ſollte). Qua intellecta re ne plebs ejusmodi literis, plus quam tempora et reipublicae difficultates postularent, permoveretur, Senatus cavit, ne reciperentur, neve, qui afferrent, admitterentur: appellavit etiam de eo futurum Concilium, missis Romam affixisque in templorum foribus publicae expostulationis literis, missis etiam in Pannoniam ad Thomam Cardinalem Strigoniensem: nam ei propter Patriarchatum Constantinopolitanum, cui praeerat,

dem Papſte nach: Julius, über die Fortſchritte der Franzoſen in Italien bereits beſorgt, gewährte gern Verzeihung (20. Febr. 1510) d), und trat nun den Franzoſen und ihrem Bundesgenoſſen Alphons, Herzog von Ferrara, feindlich gegenüber. Den König von Frankreich erklärte er d. 3. Jul. 1510 Neapels verluſtig, und belehnte mit dieſem Reiche ausſchließlich Ferdinand den Katholiſchen e), gegen den Herzog v. Ferrara erließ er d. 9. Aug. ein Verdammungsurtheil f). Vergebens ſuchte Ludwig XI. durch das Nationalconcilium von Tours (Sept. 1510) g), Deutſchland durch harte gravamina, und

---

una cum tribus Episcopis Concilium cogendi jus potestasque antiquitus erat attributa.

d) *Bembus lib. VIII. p.* 285, 291, 294. *lib. IX. p.* 350, *lib. X. p.* 358. Ranke Bd. 1. S. 322 ff. Leo Th. 5. S. 217 ff.

e) Urkunde b. *Raynald.* 1510. *no.* 25.

f) b. *Raynald.* 1510. *no.* 15.

g) Ueber daſſelbe ſ. die Berichte der dort anweſenden kaiſerl. Geſandten an Margarethe v. Oeſterreich in den *Lettres du Roy Louis XII. et du Cardinal George d'Amboise* (*à Brusselle.* 1712. 4 *T.* 12.) *T.* 2. *p.* 29. Der Canzler mußte auf Befehl des Königs das Concil eröffnen (p. 32), narrant tous les biens et grans plaisirs, que ledit Seigneur Roy avoit fait au Pape avant et après sa Papalité et mesmement pour le faire eslire Pape, narrant aussi l'ingratitude et la mécongnoissance dudit Pape envers ledit Seigneur Roy, et comme sans cause ny raison il avoit rompue l'alliance faicte à Cambray entre si nobles Princes de Chrestienté, aussy l'emotion qu'il avoit fait des Suisses, et ce qu'il avoit voulu faire contre Gennes, et la ligue qu'il avoit faite avec les Venitiens, et semblablement ce qu'il faisoit contre le Duc de Ferrare son allié: et leur a fait donner aucuns articles par escript, sur lesquels il demandoit leur advis et conseil. Von dieſen Artikeln oder Fragen, und den von dem Concilio darauf ertheilten Antworten giebt es drei Texte, den erſten in den Concilienverſammlungen (z. B. *Harduin IX. p.* 1555), den zweiten in franz. Ueberſetzung in *Nic. Gilles Croniques*

1511 nach Piſa berufenes allgemeines Concilium ver-

---

stantiam contraveniunt. II. Quod electiones Praelatorum quandoque rejiciuntur. III. Quod electionibus Praeposituarum, quas quarundam Ecclesiarum Capitula multo aere impetrarunt, contravenitur. — IV. Quod beneficia et dignitates majores Cardinalibus et Protonotariis reservantur. V. Quod expectativae gratiae absque numero conceduntur, et multae interdum ad unum collatorem. Unde surgunt quotidianae lites, et pecuniae dilapidantur. — VI. Quod annatae absque dilatione et sine misericordia, etiam Episcopis intra paucos annos mortuis, exiguntur. Interdum plus, quam debeatur, extorquetur propter nova officia et novos familiares. — VII. Ecclesiarum regimina minus dignis (Romae videlicet) committuntur, qui ad mulos magis, quam homines pascendos et regendos essent idonei. VIII. Indulgentiae novae cum revocatione aut suspensione veterum, laicis contra Clerum murmurantibus, ad corradendas pecunias conceduntur. IX. Decimae sub praetextu expugnandorum Turcarum exiguntur, nulla expeditione subsecuta. X. Causae, quae in Germania, in qua etiam docti et justi judices sunt, terminari poterant, ad tribunalia Romana indistincte trahuntur. Dann folgt *Remedium contra gravamina nationis Germ.*, Vorſtellungen, welche dem Papſte gemacht werden ſollen, theils von der Größe und Ungerechtigkeit dieſes Druckes, theils von der Lage Deutſchlands hergenommen. Namentlich wird angeführt, wie der Mainzer Stuhl früher nur 10000 Fl. Annaten gegeben habe, wie ihm dann 20000, und nachher ſogar propter nova officia bald 25000, bald 27000, bald 24000 abgedrungen ſeyen. Non sine causa Jacobus Archiepiscopus Moguntinus jam fere moriens dixit, se de morte sua non adeo dolere, quam ob id, quod subditi sui pauperes iterum pro pallio gravem exactionem dare cogerentur. Mitius ergo summus Pontifex, velut pius pater, filiorum suorum amator, et fidelis ac prudens pastor, cum filiis suis Germanicae nationis agat, *ne propediem vel in universos Christi sacerdotes persecutio suboriatur, vel instar Bohemorum plerique ab Ecclesia deficiant Romana.* In dem *Remedium pro civitatibus Imperii et animarum salute* fol-

mogte durch das Schreckbild einer Kirchenreformation den hef-

gen alsdann Vorſchläge gegen die Pluralität der Beneficien, und zu würdiger Beſetzung der Canonicate und Pfarren. Darauf kommen *Avisamenta ad Caesaream Majestatem*, in welchen eine der franzöſiſchen ähnliche pragmatiſche Sanction, wie ſie freilich ſchon früher vergeblich beabſichtigt war (ſ. §. 133. not. t), vorgeſchlagen wurde. Sicut regnum Franciae pragmaticam habet sanctionem, cui in conferendis beneficiis innititur, sic Imperium Romanum habet concordata Principum, utque ea illaesa conserventur, interest Caesareae Majestatis. — Posset etiam Caesarea Majestas per literas aut oratores facile in regno Franciae experiri, quomodo illic beneficia conferantur, et quam auctoritatem in conferendis beneficiis habeat summus Pontifex. Secundum hoc posset moderamen fieri in Imperio Romano, et frenum inexplebili avaritiae Curtisanorum adhiberi. Si praeclarae universitates, praecipue facultas theologica Parisiensis approbaverit modum illum, qui de disponendis et conferendis beneficiis in Francia servatur: nemo dubitet, Caesaream Majestatem et Principes Germanos, si se isto modo conformaverint, apud Deum tutos fore et excusatos. Praesumendum enim est, quod tanti Praelati, tanti doctores, tam probati viri, qui in regno Franciae ac in Studio Parisiensi vivunt, nihil approbent, quod contra Deum aut justitiam committeretur. Provideat tamen Caesarea Majestas, ne Archiepiscopi Electores in hoc sancto instituto a se dissentiant — propter censuras Apostolicas quas timebunt: et populus interdictum diu non sustinebit. Provideat etiam Caesarea Majestas, ne fratres mendicantes contra ipsam praedicent, qui sedi Apostolicae libenter deferunt, timentes perdere privilegia sua. — Timeat Caesarea Majestas, ne Papa mandet Electoribus, ut ad electionem novi Regis Rom. procedant, sicut contra Fridericum secundum Lantgravius Thuringiae et Guilelmus Hollandiae comes jubente Papa fuerunt electi. Timeat Caes. Majestas omnes Praelatos Ecclesiarum, praecipue Praepositos (alle Propſteyen vergab der Papſt ſ. §. 133. not. d), qui ex juramento tenentur avisare Papam. etc. Die *Conclusio et pia exhortatio ad Caes. Majestatem* ſchließt das

tigen Papſt nicht zu beugen i). Julius berief vielmehr d. 18. Jul. 1511 zum April 1512 ein ökumeniſches Lateranconcilium

---

Ganze. Als Wirkung deſſelben iſt das angehängte kaiſerl. Edict dd. Oeniponte 1510 zu betrachten gegen Pluralität der Beneficien, und gegen betrügliche und ſimoniſtiſche Erwerbung derſelben, welche sub poena criminis laesae Majestatis et gravissimae nostrae offensae verboten wird. Der Kaiſer gab darauf dem Jacob Wimpheling dem in den Avisamentis ertheilten Rathe gemäß den Auftrag, die Sanctio pragmatica der Franzoſen für Deutſchland zu bearbeiten. Das Schreiben Maximilians an Wimpheling, des Letzteren Antwort, und ein Vorſchlag, wie die pragm. Sanction für Deutſchland umgeändert werden könnte, ſ. in *Flacii Catal. ed. Francof.* 1666. *p.* 474. *Georgii p.* 315 *ss.*

i) Gleich nach dem Concilio in Tours erſchien Matthäus Lang, Biſch. v. Gurk als Abgeſandter des Kaiſers zuerſt in Frankreich, um die Ligue von Cambray zu erneuen (*Lettres du Roy Louis XII. T. II. p.* 67 *ss.*), und begab ſich dann nach Italien, um das Verhältniß beider Theile mit dem Papſte wiederherzuſtellen. Indeß, da alle Verſuche des Papſtes, den Biſchof zu beſtechen (l. c. p. 107), und des Biſchofes, den Papſt von ſeiner Hartnäckigkeit abzubringen (p. 168 pour mettre le Pape hors de la obstinée et dyabolique pertinaxité où il est), vergeblich blieben (vergl. die Schreiben des Biſchofs v. Gurk an den Biſch. v. Paris p. 160 ss.), ſo reiſete der Biſch. v. Gurk Ende Aprils 1511 unverrichteter Sache wieder ab (p. 205). *Paris de Grassis* b. *Raynald.* 1511. *no.* 57. vergl. Leo's Geſch. v. Italien. Th. 5. S. 229 ff. Indeſſen verſammelten ſich im April viele franz. Prälaten, um das Concilium vorzubereiten, in Lyon (*Lettres II. p.* 145): in Mailand aber verhandelten drei Cardinäle, welche von Julius abgefallen waren, in ihrem und in dem Nahmen von ſechs andern Cardinälen mit kaiſerlichen und franz. Geſandten, und ſchrieben aufgefordert von denſelben den 16. Mai 1511 ein allgemeines Concilium für den 1. Sept. nach Piſa aus, wie es in der *Convocatio Concilii* in *Richerii hist. Concill. lib. IV. P. I. cap.* 3. heißt, considerantes quantum reipublicae Christianae utilitatem Concilia generalia universalis Ecclesiae attulerint, quantumque detrimenti ex eorum intermissione Christiana respublica sit passa; cumque impraesentiarum conspiciant

(Conc. Lateranense V.) k), und ſchloß dann mit Venedig und

clare, magnam instare necessitatem universalis Concilii congregandi pro vera pace Christianorum fundanda, et sufficienti bello contra infideles stabiliendo: necnon potissime pro reformatione morum universalis Ecclesiae in capite et in membris plurimum collapsorum, ac emendatione criminum gravissimorum notoriorum, continuorum ac incorrigibilium universalem Ecclesiam scandalizantium; — quumque tempus decennii post ultimum universale Concilium jamdudum sit efluxum, et saluberrima decretali Constantiensi constitutione edita, quae incipit *Frequens*, singulis decenniis universale Concilium congregari debeat, et S. D. N. Dominus Julius P. II., cui primo curae esse deberet illud convocandi, tanto tempore hoc neglexerit, maxime cum voverit et juraverit post biennium a creatione sua illud tenere, et nedum negligens in praecepto Ecclesiae et Concilii, sed et voti et juramenti hujusmodi transgressor, illud non tenuerit, tempusque interpellet pro homine, cumque nunquam sua auctoritate aut voluntate futurum Concilium credatur celebrandum: et cum de gravibus Ecclesiae scandalis in capite agendum sit, quo casu — ad summum Pontificem congregatio Concilii non attinet, sed secundo loco ad Revv. DD. Cardinales. Der Papſt wird dann aufgefordert, abstinere a creatione novorum Cardinalium, et a publicatione creatorum, — et processu contra antiquos Cardinales, aliosque Praelatos et personas ad Concilium ipsum accedere volentes, — necnon ab impediendo hujusmodi convocationem Concilii directe vel indirecte, publice vel occulte, quovis quaesito colore, et ab alienatione feudorum seu terrarum S. R. E. In quibus omnibus causis cum omni humilitate protestamur de nullitate actus etc. Zwei Schreiben der Cardinäle an Carl Prinz v. Spanien und Erzherzog v. Oeſterreich, und an Margarethe Erzherz. v. Oeſterreich u. Statthalterinn der Niederlande ſ. in d. *Lettres du Roy Louis XII. T. II. p.* 235 *ss.*

k) Die Ankündigungsbulle b. *Raynald.* 1511. *no.* 9 *ss.* Julius widerlegt in derſelben die Vorwürfe, welche ihm von den abtrünnigen Cardinälen gemacht waren, erklärt die convocationem schismaticae

Spanien ein enges Bündniß (Oct. 1511) l). Die Synode von Piſa entbehrte, weil faſt nur aus franzöſiſchen Prälaten beſtehend, allen Nachdrucks, und ihr den Baſeler Vätern nachgeahmtes Verfahren gegen den Papſt erſchien als eitles Spiel m).

---

conventiculae, synagogae Satanae et Ecclesiae malignantium, per Dathan et Abiron, auctores schismatum eorumque socios für nichtig; verbietet ſie mit Androhung aller Kirchenſtrafen, ſelbſt der Infamie; und belegt jeden Ort, in welchem ſich jenes Concil verſammeln würde, mit dem Interdicte. Et nihilominus bonam intentionem nostram exequi volentes, ut antiquae haereses, quae in diversis Christianorum partibus nondum extinctae sunt, et pessimum noviter pullulans schisma extinguantur, reformationique morum tam ecclesiasticorum, quam saecularium personarum, quae de jure vel consuetudine reformationi vel determinationi Concilii subjiciuntur, bellorumque imminentium seditioni consulatur, unicuique quod suum est reddatur, — Christique fideles — congregati ad faciendum expeditionem contra infideles, jam regnum Siciliae infestantes, meliora ac nobiliora loca Christianorum occupantes, praesertim Jerusalem matrem nostram antiquam, et ex antiqua Christianorum negligentia deperditam, facilius et promtius intendant: in nomine sanctae et individuae Trinitatis, P. et F. et S. S. — oecumenicum, universale ac generale Concilium in alma urbe nostra, communi omnium patria, loco aptissimo et tutissimo, apud Lateranum, ubi plurima Concilia per antiquos patres nostros habita fuerunt, et Altissimus Petri sedem collocari voluit, — inchoandum a. D. MDXII. die lunae XIX. mensis Aprilis — denuntiamus, convocamus etc.]

l) Die Artikel deſſelben in den *Lettres du Roy Louis XII. T. III. p.* 65 *ss.*

m) Ihre Acten in *Richerii hist. Concill. gener. lib. IV. P. I. cap.* 3. In der *Sessio I.* den 5. Nov. 1511 werden alle päpſtl. gegen das Concil gerichtete Verordnungen für ungültig erklärt. *Sess. III.* den 12. Nov. werden die Coſtnitzer Decrete über das Anſehen allgemeiner Concilien (ſ. §. 131. not. h) wiederholt, und dann beſchloß

Nachdem die Franzoſen von den Schweizern aus Italien vertrieben waren, und der Kaiſer ſich für den Papſt und das Lateranconcilium erklärt hatte n); ſo verſchwand jene Synode von

die Synode absque ulla sui dissolutione ſich nach Mailand zu verlegen. Sie verſuchte mit dem Papſte Unterhandlungen über ein gemeinſchaftlich zu beſchickendes Concil anzuknüpfen: da aber ihre Geſandten von demſelben gar nicht zugelaſſen wurden, ſo ſprach ſie *Sess. VIII.* den 21. April 1512 die Suspenſion über ihn aus mit der Erklärung, ipsam papalem administrationem, propter gubernationis defectum, ne Ecclesia discrimen aliquod patiatur, ad ipsam sacrosanctam Synodum fuisse, esse et fore ipso jure devolutam. Dieß war aber auch die letzte Sitzung: bald darauf zerſtreueten ſich die meiſten Väter aus Furcht vor den Schweizern, ein unbedeutender Reſt des Concils verlegte ſich nach Aſti, und bald darauf nach Lyon. In Piſa wie in Mailand galt das Concil für unrechtmäßig, und das Interdict wurde beobachtet, *Guicciardini lib. X.* Für das Concil ſchrieben *Philippus Decius*, Canoniſt in Piſa, dann in Pavia, Consilium pro Ecclesiae auctoritate supra Papam u. Apologia sacri Pisani Concilii moderni (beide b. *Richer lib. IV. P. I. c.* 2.), und *Zacharias Ferrerius Vicentinus Abb. Subastensis* (ſ. *Raynald.* 1513. *no.* 51.): gegen daſſelbe *Thomas de Vio Cajetanus* de potestate Papae supra Concilium, *Franciscus Poggius* u. *Angelus Anachoreta Vallumbrosanus* (ſ. *Raynald.* 1511. *no.* 31. u. *Mansi ad h. l.*). In die Zeit dieſes Concils gehört auch die Goldmünze Ludwigs mit der Aufſchrift: Perdam Babilonis nomen (ſ. *Le Blanc traité hist. des monnoyes de France ad p.* 263. *N.* 3. *Tab.* 46.), welche Harduin (*Supplément du Journ. des Sçavans Janv.* 1707. *p.* 194) vergeblich auf Cairo beziehen wollte: ſ. *Ch. S. Liebe Roma Babylon ex numis. Lips.* 1714. 4. *Deyling observatt. sacr. P. III. p.* 498 *ss.*

n) Als Julius im Auguſt 1511 todtkrank lag, faßte Maximilian die Idee ſelbſt Papſt zu werden, cf. *ejus epist. ad Baronem Paulum a Lichtenstein dd.* 16. *Sept.* 1511 (in b. *Lettres du Roy Louis XII. T. III. p.* 324 *ss.*): nihil nobis honorabilius, nihil gloriosius, nihil melius obtingere posse, quam si praefatum Pontificatum, ad nos proprie pertinentem, Imperio nostro recuperaremus. Er beauftragt den Biſchof von Gurk mit Unter-

Piſa bald, während das Lateranconcil, als Werkzeug der päpſtlichen Rache, Bannſtrahlen gegen dieſelbe, gegen die pragmatiſche Sanction, und gegen ganz Frankreich ſchleuderte o). Un-

handlungen, daß ihn der Papſt zum Coadjutor annehme, wies ihm Summen zur Beſtechung der Cardinäle an, und ſprach auch gegen ſeine Tochter Margarethe, Statthalterinn der Niederlande, dd. 18. Sept. (wahrſch. 1511) die Abſicht aus (*Lettres T. IV. p. 1 ss.*), de avoir le Papat et devenir Prester et après estre Saint, et que yl vous sera de necessité, que après ma mort vous serés contraint de me adorer, dont je me trouveré bien gloryoes. *S. E. S. Cyprianus de Maximiliano I. Imper. Pontificatum maximum affectante* in deſſ. *Dissertationes varii argumenti. Coburg* 1755. Durch Ferdinand den Kathol. ließ ſich Maximilian ſeit Apr. 1512 zur Ligue hinüberziehen (Ranke Geſch. der roman. u. german. Völker. Bd. 1. S. 371 f.): in der 3. Seſſion des Lateranconcils den 3. Dec. 1512 erſchien Matthäus Lang Biſch. v. Gurk, um im Namen des Kaiſers dem Concilio feierlich beizutreten (*Paris de Grassis* b. *Raynald.* 1512. *no.* 92. die Beitrittsurkunde in *Labbei et Cossartii Concil. T. XIV. p.* 80 *ss.*).

o) Das Concilium wurde eröffnet den 10. Mai 1512. *Sess. II.* den 17. Sept. erfolgte eine Verdammung des Conciliabuli Pisani (*Labbeus et Cossart XIV. p.* 63). *Sess. III.* den 3. Dec. (*l. c. p.* 82 *s.*) wurde eine päpſtl. Verordnung vom 13. Aug. erneut, in welcher regnum Franciae, et praesertim Lugdunum, ducatu Britanniae excepto, — ecclesiastico subjecimus interdicto, nundinasque Lugduni fieri solitas in Lugduno extunc de cetero fieri inhibuimus, dictasque nundinas in civitate Gebennensi (Genf) faciendas transtulimus. *Sess. IV.* den 10. Dec. (l. c. p. 97 ss.) begann der Angriff gegen die pragmatiſche Sanction. Zuerſt wurde das Schreiben Ludwigs XI. verleſen, in denen derſelbe die Aufhebung verſprochen hatte (ſ. §. 133. not. kk), denn ein *Monitorium contra Pragmaticam et ejus assertores* erlaſſen: Dudum displicenter per nos pluries accepto, per multa temporum spatia per nonnullos Praelatos Gallicae nationis, et nobiles laicos, — praesertim cujusdam sanctionis praetextu, quam ipsi pragmaticam vocant, Apostolicae sedi, sanctaeque Romanae universalis Ecclesiae capiti, libertati et auctoritati

ter dem friedliebenden Leo X. wurden zwar die Verhältniſſe mit Frankreich ſogleich milder, und Ludwig XII. trat ſogar im Dec. 1513 dem Lateranconcilio bei p): deſſenungeachtet war aber der Friede noch nicht völlig wieder hergeſtellt, als der junge König Franz I. unwiderſtehlich in Italien eindrang (1515) q). Leo wußte indeß die ihm drohende Niederlage dadurch in einen Sieg zu verwandeln, daß er ſchnell mit demſelben Friede ſchloß r), ihn bei der perſönlichen Zuſammenkunft in Bologna (im Dec. 1515) mit Hülfe des gewonnenen franzöſiſchen Kanzlers du Prat zur völligen Aufhebung der pragmatiſchen Sanction beredete, und dafür ein Concordat mit ihm abſchloß, durch welches ſich Papſt und König in die alten Freiheiten der gallicaniſchen Kirche theilten s). Das Lateranconcil mußte darauf

---

enormiter detractum, canonibusque praefatis derogatum fuisse; rem adeo perniciosam, in Dei offensam, et Ecclesiae praefatae vilipendium et evidens detrimentum, amplius ferre nequeuntes, cum sanctio ipsa ab omni ad id potestate carentibus — facta, sed quodam abusu tantum in illis partibus introducta et observata fuerit, — quam etiam clarae memoriae Ludovicus undecimus Francorum Rex abrogavit; — Gallicos Praelatos, Capitula Ecclesiarum et Monasteriorum, Parlamenta, et laicos illis faventes, cujuscunque dignitatis, etiamsi regalis existerent, sanctione praefata abutentes, seu illam approbantes, — per edictum publicum — moneri et citari — ad comparendum coram nobis et Concilio praefato, causasque dicendas, quare sanctio praefata illiusque corruptela et abusio — nulla et invalida declarari, decerni et abrogari non deberet, — statuimus.

p) *Sess. VIII.* den 17. Dec. 1513 ſ. *Labb. et Coss. Conc. XIV. p.* 177 *ss.*

q) Leo's Geſch. v. Italien. Th. 5. S. 274 ff.

r) in Viterbo den 13. Oct. 1515. Leo S. 286.

s) Die Aeußerlichkeiten jener Zuſammenkunft berichtet ſehr genau *Paris de Grassis* b. *Raynald.* 1515. *no.* 29 *ss.* von den Verhandlungen aber ſagt er nichts. Die Reſultate derſelben werden zuerſt von Leo X.

der pragmatiſchen Sanction und deren Grundſätzen ein feierli-

in der 11. Sitzung des Lateranconcils den 19. Dec. 1516 durch die Bulle *Primitiva illa ecclesia* (*Labbei et Cossartii Concill. XIV. p. 292 ss.*) eröffnet: Sane inter arcana nostrae mentis revolventes, quot tractatus inter piae memoriae — Romanos Pontifices, praedecessores nostros, et clarae memoriae Reges Franciae Christianissimos super abrogatione certae constitutionis in dicto regno Franciae vigentis, quae Pragmatica vocatur, habiti fuerunt; et licet Pius II. praefatus, nuntiis ad cl. m. Ludovicum XI. Franciae Regem Christianissimum destinatis, tantis eidem persuaserit rationibus, ut Rex ipse pragmaticam sanctionem hujusmodi, tanquam in seditione et schismatis tempore natam, suis patentibus literis abrogaverit; tamen hujusmodi abrogatio, nec etiam literae apostolicae praefati Sixti super concordata, cum oratoribus praefati Regis Ludovici ad praefatum Sixtum praedecessorem destinatis habita, expeditae per Praelatos et personas ecclesiasticas dicti regni receptae fuerunt, nec ipsi Praelati et personae ecclesiasticae illis parere, nec monitis Innocentii et Julii praedictorum aures praebere, sed eidem pragmaticae constitutioni inhaerere voluerunt. Unde — Julius — in praesenti Concilio Lateranensi — abrogationis pragmaticae sanctionis hujusmodi negotium — congregationibus — commisit, Gallicosque Praelatos etc. — citari — ad comparendum coram eo — jussit. — Et cum super his in forma juris — procederetur, — nosque — ad summi Apostolatus apicem assumpti fuissemus, et contra Praelatos, Capitula, conventus, et personas hujusmodi ad nonnullos actus processissemus: tandem considerantes, pacem esse vinculum caritatis, — matura deliberatione cognovimus, non per nuntios aut legatos nostros, sed in praestatione obedientiae filialis, quam carissimus in Christo filius noster Franciscus, Francorum Rex Christianissimus, personaliter nobis praestitit, haec cum Majestate sua coram discutere, eamque paternis hortari monitis, ut ad laudem Dei et sui honorem prompto animo libens ac volens dictae pragmaticae sanctioni abrenuntiare, et secundum canones et constitutiones s. Romanae Ecclesiae,

ches Todesurtheil fällen, und dagegen die unumſchränkte Macht

---

quemadmodum caeteri Christiani, vivere, mandatis apostolicis et provisionibus, quae a sede apostolica pro tempore emanarent, parere et obedire vellet: et cum ex electionibus, quae in Ecclesiis cathedralibus et metropolitanis ac Monasteriis dicti regni a multis annis citra fiebant, grandia animarum pericula provenirent, cum pleraeque per abusum saecularis potestatis, nonnullae vero praecedentibus illicitis et simoniacis pactionibus, aliae particulari amore et sanguinis affectione et non sine perjurii reatu fierent, cum electores ipsi, etiamsi ante electionem per eos faciendam magis idoneum, et non eum, quem promissione aut datione alicujus rei temporalis, seu prece vel precibus per se vel alium interpositis electionem procurare didicissent, eligere sponte jurarent, juramentum hujusmodi non servarent, sed contra proprium hujusmodi juramentum in animae suae praejudicium venirent, ut nobis notorie constat ex crebris absolutionibus et rehabilitationibus a nobis et praedecessoribus nostris petitis et obtentis: idem Franciscus Rex nostris paternis monitis, tanquam verus obedientiae filius parere volens — in locum dictae pragmaticae sanctionis — constitutiones infrascriptas — cum praefato Rege concordatas — acceptavit. — (l. *De electione*): quod cathedralibus et metropolitanis Ecclesiis in regno, Delphinatu, et comitatu Diensi ac Valentinensi, — etiamsi per cessionem in manibus nostris et successorum nostrorum — sponte factam vacantibus, illarum Capitula et Canonici ad electionem seu postulationem inibi futuri Praelati procedere non possint; sed illarum occurrente hujusmodi vacatione Rex Franciae — unum gravem Magistrum seu Licentiatum in theologia, aut in utroque seu in altero jurium Doctorem aut Licentiatum in Universitate famosa, et rigore examinis, et in vigesimo septimo suae aetatis anno ad minus constitutum, et alias idoneum, infra sex menses a die vacationis — nobis et successoribus nostris — nominare, et de persona per Regem hujusmodi nominata per nos et successores nostros — provideri; et si contingeret, praefatum Regem personam taliter non qualificatam ad dictas Ec-

clesias sic vacantes nominare, per nos — de persona sic nominata eisdem Ecclesiis minime provideri debeat, sed teneatur idem Rex infra tres alios menses — alium — qualificatum nominare: alioquin — Ecclesiae tunc sic vacanti per nos et successores nostros — de persona, ut praefertur, qualificata, necnon Ecclesiis per obitum apud sedem praedictam (apostolicam) vacantibus semper, nulla dicti Regis praecedente nominatione, libere provideri possit; decernentes electiones contra praemissa attentatas, ac provisiones per nos et successores nostros — factas nullas et invalidas existere. Consanguineis tamen praefati Regis ac personis sublimibus ex causa rationabili et legitima —, necnon religiosis mendicantibus reformatis, eminentis scientiae et excellentis doctrinae, qui juxta sui Ordinis regularia instituta ad gradus hujusmodi assumi non possint, sub prohibitione praemissa minime comprehensis. Auf dieſelbe Weiſe ſoll es mit den Monasteriis et Prioratibus conventualibus et vere electivis vacantibus gehalten werden. Per praemissa tamen non intendimus in aliquo praejudicare Capitulis Ecclesiarum, et Conventibus Monasteriorum, et Prioratuum, hujusmodi privilegia a sede apostolica proprium eligendi Praelatum obtinentium, quo minus ad electionem — juxta privilegia eis concessa libere procedere possint: — dummodo de privilegiis sibi concessis hujusmodi per literas apostolicas seu alias authenticas scripturas docuerint, omni alia specie probationis eis in hoc adempta. (2. *De reservationibus*) Volumus quoque et ordinamus, quod in Regno, Delphinatu et Comitatu praedictis de caetero non dentur aliquae gratiae expectativae, ac speciales vel generales reservationes ad vacatura beneficia per nos et sedem praedictam non fiant: et si de facto per importunitatem, aut alias, a nobis et successoribus nostris et sede praedicta emanaverint, illas irritas et inanes esse decernimus. In cathedralibus tamen — et collegiatis Ecclesiis, in quarum statutis caveretur expresse, quod nullus ibidem dignitatem — obtinere possit, nisi in illis actu Canonicus existat, Canonicos ad effectum dumtaxat inibi obtinendi dignitatem — creare posse intendimus. (3. *De collationibus*) Bei jeder Cathedralkirche ſoll ein Canonicatus et praebenda theologalis einem Magistro, seu

Licentiato, aut Baccalaureo formato in theologia ertheilt werden, qui per decennium in Universitate studii generalis privilegiata studuerit, ac onus residentiae, lecturae et praedicationis actu subire voluerit. Außerdem ſollen alle Collatoren den dritten Theil der Beneficien viris literatis, graduatis et per Universitatis nominatis ertheilen, und zwar ſo, daß denſelben die im 1ſten, 4ten, 7ten u. 10ten Monate vacant werdenden Beneficien zufallen. Dabei wird für dieſelben auch eine von ihnen nachzuweiſende Zeit der Univerſitätsſtudien vorgeſchrieben, die für die Adligen abgekürzt iſt. (4. *De mandatis apostolicis*). Statuimus quoque et ordinamus, quod quilibet Romanus Pontifex semel dumtaxat tempore sui Pontificatus literas in forma mandati, juxta formam inferius annotatam, et non ultra dare possit hoc modo; videlicet unum collatorem habentem collationem decem beneficiorum in uno, habentem autem collationem quinquaginta beneficiorum et ultra in duobus beneficiis gravare possit. — (5. *De appellationibus*). Statuimus quoque et ordinamus, quod in Regno, Delphinatu et Comitatu praedictis omnes et singulae causae, exceptis majoribus, in jure expresse denominatis, apud illos judices in partibus, qui — illarum cognitionem habent, terminari et finiri debeant. Et ne sub umbra appellationum, quae nimium et nonnunquam friyole interponi consueverunt atque etiam in eadem instantia ad prorogationem litium saepe multiplicari, injustis vexationibus materia praebeatur; volumus, quod si quis offensus coram suo judice justitiae complementum habere non possit, ad immediatum superiorem per appellationem recursum habeat, nec ad aliquem superiorem, etiam ad nos et successores nostros — omisso medio. Nec a gravamine in quacunque instantia ante diffinitivam sententiam quomodolibet appelletur, nisi forsitan tale gravamen extiterit, quod in diffinitiva reparari nequiret, et eo casu non nisi ad immediatum superiorem liceat appellari. Si quis vero immediate subjectus sedi Apostolicae ad eandem sedem duxerit appellandum, causa committatur in partibus per rescriptum usque ad finem litis, videlicet usque ad tertiam sententiam conformem inclusive, si ab illis appellari contigerit; nisi propter defectum denegatae justitiae, aut justum metum: et tunc committi debeat in partibus convici-

nis. — Processus autem contra praemissa attentatos nullos et irritos esse volumus. — Statuimus etiam et ordinamus, quod judices causas, quae in partibus terminari debent, — infra biennium terminare debeant. (6. *De pacificis possessoribus*) gegen ungegründete Beunruhigung der Beneficieninhaber. (7. *De publicis Concubinariis*). Solche Cleriker ſollen auf drei Monate a perceptione fructuum omnium beneficiorum ſuſpendirt, dann ihrer Beneficien beraubt werden. Quia vero in quibusdam regionibus nonnulli, jurisdictionem ecclesiasticam habentes, pecuniarios quaestus a Concubinariis percipere non erubescunt, patientes eos in tali foeditate sordescere; sub poena maledictionis aeternae praecipimus, ne deinceps sub pacto, compositione, aut spe alterius quaestus talia quovis modo tolerent aut dissimulent. (8. *De excommunicatis non vitandis*). Ad vitandum scandala et multa pericula, subveniendum quoque conscientiis timoratis wird verordnet, daß Niemand zu meiden ſei praetextu — censurae ecclesiasticae — ab homine vel a jure generaliter promulgatae, ſondern nur wenn die Sentenz gegen eine Perſon oder Gemeinſchaft specialiter et expresse ausgeſprochen ſei. (9. *De interdictis non leviter ponendis*). Ueber Ortſchaften ſoll das Interdict nur verhängt werden culpa ipsorum locorum, aut Domini seu Rectoris, vel officialium; wegen der Schuld einer Privatperſon nur dann, wenn die Ortsobrigkeit, von dem geiſtl. Richter aufgefordert, den Excommunicirten nicht wegweiſet oder zur Genugthuung anhält. (10. *De sublatione Clementinae literae*). Reſignationen auf Beneficien ſollen nur dann als rechtsgültig betrachtet werden, wenn ſie per publica instrumenta vel documenta authentica erwieſen werden. (11. *De firma et irrevocabili Concordatorum stabilitate*). Nachdem dieſe feſtgeſetzt iſt, wird beſtimmt, daß dieß Concordat, wenn es nicht binnen ſechs Monaten ratificirt, und von den franz. Prälaten und Parlamenten acceptirt ſey, ungültig ſeyn ſolle. Et nihilominus praefato Francisco — in virtute sanctae obedientiae mandamus, quatenus — praesentes literas — publicari, et ea inviolabiliter observari faciat, contradictores, cujuscunque dignitatis et praeeminentiae fuerint, per censuras ecclesiasticas et pecuniarias poenas, aliaque juris et facti quaevis opportuna remedia (appellatione qualibet omnino postposita) compe-

des Papſtes ausſprechen t). So groß auch die Entrüſtung

scendo. Außer dieſem Concordate wurde noch Anderes in Bologna verabredet. Vergl. *Ce que le Pape octroya au Roy* und *Capita tractatus circa Concordata* in *Leibnitii Mantissa Cod. jur. gentium I. p.* 158 *ss.* u. Münchs Concordate Th. 1. S. 219 ff. Der Papſt verwilligte den Erlaß einer Geldſchuld Ludwigs XII., mehrere Privilegien u. Indulgenzen, une decime u. la croisade (*Cap. tractatus* §. 10. De Decima Papa concedit, ut, si quae pars debeat dari Papae pro fabrica basilicae Principis Apostolorum de urbe, [*caetera sit*] relicta libertati ipsius Regis. De Cruciata Papa est paratus concedere, dummodo pecuniae deponantur penes idoneos mercatores, convertendae pro sancta expeditione contra Turcas). Dagegen mußte der König die Wiederherſtellung der Annaten verwilligen, obgleich dieſelben in den Concordaten mit Stillſchweigen übergangen ſind (*Cap. tractatus* §. 6. quod Papa mittat unum Legatum in Regnum Franciae, qui una cum aliquibus Praelatis, deputandis per Regem Franciae, taxas Ecclesiarum et Monasteriorum omnium moderetur augendo vel minuendo, etiam apud Monasteria, quae in libris Camerae apostolicae taxata non reperiuntur: et interim servetur taxa libri dictae Camerae hactenus servata).

t) In derſelben 11. Sitzung in der von dem Concilio beſtätigten Bulle *Pastor aeternus* (b. *Labbeus et Cossart XIV. p.* 309): Pastor aeternus — migraturus ex mundo ad Patrem, in soliditate petrae Petrum ejusque successores vicarios suos instituit, quibus ex libri regum testimonio ita obedire necesse est, ut qui non obedierit, morte moriatur. Et ut alibi legitur, in Ecclesia esse non potest, qui Romani Pontificis cathedram deserit. — Sane felicis recordationis Julius Papa secundus — provide considerans cum eodem sacro Lateranensi Concilio Bituricensem regni Franciae corruptelam, quam illi pragmaticam sanctionem vocant, cum maximo animarum periculo et scandalo, ac dignitatis sedis Apostolicae detrimento et vilipendio retroactis temporibus viguisse et adhuc vigere, — quamquam sanctio praefata ex multis nullitati notorie subjaceret, — ex abundanti tamen cautela — Gallicos Praelatos etc. — monuit et citavit, ut — coram eo et Concilio compa-

darüber in Frankreich war, ſo konnte doch gegen das Bündniß

---

rerent, causasque dicerent, quare sanctio praefata — nulla et invalida declarari non deberet. — Nos — ad summi Apostolatus apicem assumpti — terminum citationis — ad alium tunc expressum terminum jam diu effluxum in diversis sessionibus pluries prorogavimus. Cum autem moniti et citati praedicti — coram nobis et dicto Concilio non comparuerint, nec comparere curaverint, — possinſque merito contumaces reputari: — nos mature attendentes, pragmaticam sanctionem, vel potius, ut dictum est, corruptelam, schismatis tempore a non habentibus potestatem editam, — et a clarae memoriae Ludovico XI. Francorum Rege Christianissimo revocatam, cassatam, atque abolitam, auctoritatem, libertatem ac dignitatem dictae sedis violare ac diminuere, — ipsamque notorie nullitati subjacere, nulloque nisi alicujus temporis seu potius tolerantiae cujusdam adminiculo fulciri; — ab ejusdem improbae sanctionis extirpatione et totali annullatione, sine nostra et tantorum patrum in praesenti Concilio congregatorum nota, ac nostrae et dictorum illa utentium animarum periculo, abstinere seu desistere non posse, Augustino teste, judicamus atque censemus. — Nec illud nos movere debet, quod sanctio ipsa et in ea contenta in Basileensi Concilio edita, et ipso Concilio instante a Bituricensi congregatione receptata et acceptata fuerunt, cum ea omnia post translationem ejusdem Basileensis Concilii, per fel. mem. Eugenium P. IV. — factam, a Basileensi conciliabulo — facta extiterint, ac propterea nullum robur habere potuerint: cum etiam solum Romanum Pontificem pro tempore existentem, tanquam auctoritatem supra omnia Concilia habentem, tam Conciliorum indicendorum, transferendorum, ac dissolvendorum plenum jus et potestatem habere, nedum ex sacrae Scripturae testimonio, dictis ss. Patrum ac aliorum Romanorum Pontificum, — sed propria etiam eorundem Conciliorum confessione manifeste constet. — Cupientes quoque hujusmodi negotium ad debitum finem perduci, — de apostolicae potestatis plenitudine, eodem sacro approbante Concilio tenore praesentium praefatam pragmaticam sanctionem seu corruptelam — nullius ro-

der höchſten geiſtlichen mit der höchſten weltlichen Gewalt jeder

---

boris vel momenti fuisse et esse decernimus et declaramus. Necnon ad abundantiorem cautelam eandem Bituricensem sanctionem sive corruptelam — revocamus, cassamus, — annullamus ac damnamus. — Et cum de necessitate salutis existat, omnes Christi fideles Romano Pontifici subesse, prout divinae Scripturae et ss. Patrum testimonio edocemur, ac constitutione fel. mem. Bonifacii P. VIII. — quae incipit *Unam sanctam* declaratur: pro eorundem fidelium animarum salute, ac Romani Pontificis et hujus sanctae sedis suprema auctoritate, et Ecclesiae sponsae suae unitate et potestate constitutionem ipsam sacro praesente Concilio approbante innovamus et approbamus, sine tamen praejudicio sanctae memoriae Clementi P. V., quae incipit *Meruit* (ſ. Abth. 3. §. 96. not. b): inhibentes in virtute sanctae obedientiae, ac sub poenis et censuris infra dicendis omnibus et singulis Christi fidelibus — in praefato regno Franciae, Delphinatu, et ubicunque praedicta pragmatica — vigeret, quomodolibet existentibus, — ne de caetero praefata pragmatica sanctione, seu potius corruptela, quomodolibet — uti — praesumant, — nec praefatam pragmaticam sanctionem, aut in ea contenta capitula seu decreta ulterius in domibus suis, aut aliis locis publicis vel privatis teneant: quinimo illam ex quibusvis archivis, etiam regiis, seu capitularibus, et locis praedictis infra sex menses a data praesentium computandos deleant seu deleri faciant, sub majoris excommunicationis latae sententiae, necnon quoad ecclesiasticas — personas — omnium — dignitatum aut beneficiorum ecclesiasticorum saecularium, et quorumvis ordinum regularium privationis, et inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda; quo vero ad saeculares praefatae excommunicationis, necnon amissionis quorumcunque feudorum, tam a Romana quam alia Ecclesia — obtentorum, — inhabilitatisque ad omnes et singulos actus legitimos quomodolibet faciendos, infamesque ac criminis laesae majestatis in jure expressis poenis eo ipso — incurrendis: a quibus — nisi a Romano Pontifice, — praeterquam in mortis articulo constituti, absolvi nequeant.

Widerſtand nur vergeblich bleiben u). So ſchien das Papſtthum jetzt endlich den feindlichen Geiſt, der ſich in Coſtnitz und

u) Vergl. *Relation de ce qui se passa sur la publication et l'enregistrement du Concordat au Parlement de Paris* (in Münchs Sammlung aller Konkordate. Th. 1. S. 255, in latein. Ueberſ. in *Richerii hist. Concill. lib. IV. P. II. cap.* 4. §. 13.). Im Febr. 1517 berief der König zuerſt eine große Verſammlung von Prälaten, Parlamentsräthen, und Univerſitätsgelehrten, und ließ ihnen durch ſeinen Canzler über das abgeſchloſſene Concordat Vortrag halten. Dieſer redet zuerſt von der Feindſchaft der Päpſte gegen den König und die pragmatiſche Sanction, und von der Vorladung des Königs und der gallican. Kirche vor das Lateranconcil. Allgemein ſey eingeſehen, daß eine Vertheidigung der Sanction in Rom mit deren Verdammung endigen werde, parceque l'assemblée de Latran n'était composée que de courtisans de la cour de Rome, qui à cause de leur extrême avarice, et de leur ambition avaient la pragmatique en horreur, et étaient résolus de l'anéantir à droit ou à tort. Il paraissait donc plus avantageux de se laisser condamner par défaut et sans que la partie fût entendue. Mais comme le Roi savait que, s'il voulait s'opposer à l'abolition de la pragmatique, Léon X. avec son assemblée de Latran procéderait contre lui et contre son Royaume par des censures et par des interdits, et que si ces interdits et ces censures subsistaient une année entière, il s'en suivrait contre l'église gallicane une condamnation de schisme et d'hérésie, et que le Pontife Romain, ayant recours à la ruse et aux ligues, à l'exemple de Jules II., livrerait en proie le Royaume de France. Il voyait aussi, qu'il n'avait aucun moyen d'empêcher l'abrogation de la pragmatique, et il n'ignorait pas, que, s'il n'y consentait, la France serait bientôt livrée au trouble et à la confusion, qui y régnaient avant le Concile de Constance et de Basle à cause des abus insupportables des réserves et des grâces expectatives. Enfin, pour remédier à tous ces inconvéniens, pour s'assurer ainsi qu'aux princes du Royaume et à toute son armée un retour facile et tranquille en France, pour dissiper les ligues faites contre lui, le Royaume de France,

Baſel gebildet, und in Frankreich ſeinen Hauptſitz gefunden

et ses principautés d'Italie, François Ier fut forcé de traiter avec le Pape Léon X.; et malgré tous ses efforts il ne put le faire, qu'en consentant à l'abolition de la pragmatique et à l'institution des Concordats. Durch ein Edict vom 12. Mai 1517 (in *Leibnitii Manticsa cod. jur. gent. P. I. p.* 161 *ss.* und bei Münch Th. 1. S. 224) publicirte darauf der König das Concordat. Hier wiederholt er, daß er, da ſich die pragmatiſche Sanction nicht habe halten laſſen, darauf habe denken müſſen, dem Wiedereindringen der alten vor der Sanction herrſchenden Unordnung geſetzlich zu wehren. Dieß leiſte das Concordat, nämlich in der Art, ut pleraque pragmaticae sanctionis capita firma nobis posthac rataque futura sint. — Quod vero ad electiones pertinet, minime quod optabamus obtinere potuimus, causis in dictis conventis latissime insertis. Das Parlament weigerte ſich indeß, das Concordat zu regiſtriren und zu publiciren, und gab nach einander zwei *Remonstrances* gegen daſſelbe bei dem König ein (in *Leibnitii Mantissa P. II. p.* 335 *ss.* und b. Münch Th. 1. S. 268 ff.). Hier wird beſonders der Wiedereinführung der Annaten widerſprochen, die höchſt gefährlich ſey, pour évacuer en peu de temps ce Royaume d'or, d'argent et de finances, u. welche ne se pourroit practiquer sans commettre le peché de Simonie. Eben ſo erklärt ſich das Parlament gegen die Beſtimmung, que les grandes causes, les causes des Cardinaux et officiers de Cour de Rome ne seront traictees en ce Royaume, mais en la dicte Cour, und weiſet die gefährlichen Folgen derſelben nach; ferner dagegen daß der Papſt die Stellen beſetzen ſolle, qui vacqueront par mort en Cour de Rome; daß derſelbe nur auf die Reſervationen der beneficia vacatura verzichtet habe, und alſo post illorum vacationem ſie reſerviren könne. Dann werden ausführliche Bedenklichkeiten gegen die Abſchaffung der Wahlen der Biſchöfe und Aebte vorgetragen, welches Recht ſey moult ancien, et fondé en droict divin. Endlich wird die Gefährlichkeit der Bulle, durch welche die pragmatiſche Sanction aufgehoben ſey, nachgewieſen. Die zweiten *Remonstrances* ſchließen mit der Erklärung, que les dicts Concordats sont contre l'honneur de Dieu, les libertés de l'Eglise, l'honneur du Roy et le bien publie de son Royaume.

hatte, völlig wieder beſiegt zu haben: und gerade jetzt war es ſeinem tiefſten Falle nahe.

Dennoch beſtand der König auf ſeinem Verlangen, und wurde immer heftiger und drohender. Das Parlament appellirte den 19. März 1518 (ſ. *Relation* b. Münch Th. 1. S. 267) au Pape mieux conseillé, et au premier concile général légitiment assemblé: u. als der König dennoch das Concordat im Parlamente den 22. März publiciren ließ, ſo wiederholte daſſelbe den 24. März dieſe Appellation (ſ. den Anhang zu der *Relation* von dieſem Tage, der bei Münch fehlt, in der latein. Ueberſetzung bei *Richer*). Dieſem Beiſpiele folgte die Univerſität Paris den 27. März 1518 (stylo gall. 1517) und appellirte ebenfalls a Domino nostro Papa non recte consulto, et jam dicti sacri Basileensis Concilii et ei adhaerentis pragmaticae sanctionis statutorum abrogatione, novorum statutorum editione, consensus praestatione, et attentata illorum quadam publicatione, et omnibus inde sequutis et sequuturis — ad futurum Concilium legitime ac in loco tuto [congregatum], et quod libere et cum securitate — adire poterimus, et ad illum vel ad illos, ad quem seu ad quos de jure — vel alias nobis provocare et appellare licet. (Der Text dieſer Appellation in *Leibnitii Mantissa T. II. p.* 358 *ss.* und daraus bei Münch Th. 1. S. 307 iſt fehlerhaft und in vielen Stellen unverſtändlich: einen reineren Text ſ. in *Richerii hist. Concill. lib. IV. P. II. c.* 4. §. 14., und in den *Preuves des Libertez de l'église gallicane. chap. XIII. no.* 18.). Beide Appellationen mußten zwar der königl. Gewalt weichen: indeß die Stimmung gegen die Concordate dauerte noch lange fort. So ſagt *Gilbertus Genebrardus* (Prof. der hebr. Sprache in Paris, ſ. 1593 Erzb. v. Aix † 1597) *Chronographia Paris* 1580. *fol. ad ann.* 1515 von Leo X.: Pragmaticam sanctionem sustulit, Concordata quae vocantur cum Rege Francisco agitans de nominatione Episcoporum et Abbatum, specioso praetextu, ut Rex propter electionem abusus — nominare teneretur: revera autem ageretur mysterium illud iniquitatis, quo perditam Ecclesiam Gallicanam cernimus, und weiter unten: Anno 1516 abrogata est in Galliis pragmatica sanctio, et Concordata, ut vocant, substituuntur, fremente universo clero, scholasticis,

§. 136.

Ueber die Stellung des Papſtthums im Allgemeinen.

Durch die reformatoriſchen Concilien zu Coſtnitz und Baſel gelangte der bis dahin geltenden Lehre von einer abſoluten Monarchie des Papſtes gegenüber, auch die andere das Papſtthum durch die kirchliche Ariſtocratie beſchränkende Theorie, welche ſich ſchon früher in Frankreich ausgebildet hatte, zu einer kirchlichen Geltung [a]). Der Streit zwiſchen dieſen beiden

---

populo, bonis denique et doctis omnibus. Derſelbe ſchrieb auch noch *De sacrarum electionum jure et necessitate ad Ecclesiae Gallicanae redintegrationem*, welches Buch aber zum Feuer verurtheilt wurde.

a) Ueber die verſchiedenen Theorieen dieſer Zeit ſ. *Gerson de potest. ecclesiastica* (in Coſtnitz während des Concils geſchrieben) *consid. XII.* (*Opp. ed. du Pin II. p.* 246): Potestas ecclesiastica papalis non ita habet dominia et jura terreni simul et coelestis imperii, quod possit ad libitum suum de bonis Clericorum et multo minus laicorum disponere; quamvis concedi debeat, quod habet in eis dominium quoddam regitivum, directivum, regulativum, et ordinativum. Declarationem hujus considerationis, quam discretio moderatrix atque mediatrix ponit inter errores oppositos, dum facere meditarer, occurrere visa est protinus in ipso meditationis meae secreto duplex improba pestis. Nomen unius Detractio livida, nomen alterius Adulatio subdola: prima potestatem ecclesiasticam deprimens subjiciebat temporali; altera sustollebat in immensum, velut ad similitudinem Altissimi, confundens jura cujuslibet alterius potestatis. Tolle, tolle, clamat Detractio, temporalitatem omnem, jus vel dominium ab Ecclesiasticis. Quare? quia sic instituit Christus, cujus ista vox est: *Nisi quis renuntiaverit omnibus, quae possidet, non potest meus esse discipulus* (*Luc.* 14, 33.). — Addit Detractio, quod Ecclesiastici nequaquam capaces sunt jurisdictionis temporalis, etiamsi Principes illis conferre voluerint. Inducit Apostolum, quia *Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus*

ten das Concilium von Florenz b) und das fünfte Lateraniſche das Papalſyſtem geltend. Unter den ſchriftſtelleriſchen Fehden über dieſen Gegenſtand iſt die zwiſchen dem Dominicaner Tho-

---

hoc possit, hoc teneat, et ratum sit, licet hoc sine causa, licet cum peccato suo peregerit: quamvis peccatum circa hoc vult Adulatio longe a Papa sic facere, ut eum simoniam posse neget committere, quoniam sua sunt omnia ecclesiastica bona, concedit insuper quod super jus est, potens ab altero jus suum tollere; et quod nec ab eo appellari, neque eum judicialiter evocari, nec obedientiam ab eo subtrahi, praesertim extra casum haeresis, sit aliquatenus possibile. Hic solus symbolum fidei condere, hic solus causas ejusdem fidei, et majores caeteras tractare potest; solus, ut jam tactum est, definitiones, regulas, leges et canones condit: alioquin quidquid per alios definitur, decernitur, conditur, statuitur, irritum est et inane; nec aliquid ex eis quae statuerit potest, nisi per ipsum, quomodolibet cassari vel infringi: ipsum vero aliena qualiscumque constitutio ligat nulla. Fallor, si non ante celebrationem hujus sacrosanctae Constantiensis Synodi sic occupaverat mentes plurimorum, literalium magis quam literatorum, ista traditio, ut oppositorum dogmatizator fuisset de haeretica pravitate vel notatus, vel damnatus. Hujus rei signum accipe, quia post declarationem ex theologiae principiis luce clariorem, et quod urgentius est, post determinationem et practicationem ejusdem sanctae Synodi inveniuntur, qui talia palam asserere non paveant: tam radicatum, et ut cancer serpens tam medullitus imbibitum fuit hoc priscae adulationis virus letiferum.

b) In der *Definitio s. oecumenicae Synodi Florentiae* (*Labbei et Cossartii Concilia. T. XIII. p.* 515) heißt es: Item diffinimus, — ipsum Pontificem Romanum successorem esse b. Petri, principis Apostolorum, et verum Christi vicarium, totiusque Ecclesiae caput, et omnium Christianorum patrem ac doctorem existere; et ipsi in b. Petro pascendi, regendi, ac gubernandi universalem Ecclesiam a domino nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse.

mas de Vio Cajetanus und dem Doctor der Sorbonne Jacobus Almainus am Ende dieſer Periode die merkwürdigſte c). Die Hauptſätze des neu entſtandenen monarchiſch-ariſtocratiſchen Syſtems ſind, daß die weltliche Macht von der geiſtlichen unabhängig ſey d), daß die höchſte und geſetzgebende Gewalt in der Kirche allein den allgemeinen Concilien zukomme e), denen die meiſten Theologen dieſer Parthey zugleich

---

c) Cajetanus ſchrieb 1511 zur Beſtreitung der Synode v. Piſa ſ. *tract. de comparatione auctoritatis Papae et Concilii* (u. a. in *Rocaberti biblioth. max. Pontificia. T. XIX. p.* 443), in welchem er auf die ſchroffeſte Weiſe das Papalſyſtem vertheidigte. Die Synode v. Piſa ſchickte denſelben mit einem Schreiben dd. 10. Jan. 1512 (ſ. in *Richerii hist. concill. lib. IV. P. I. c.* 2. §. 9.) an die Univerſität Paris, mit der Aufforderung, ihn zu widerlegen. So veranlaßt ſchrieb *Jac. Almainus tract. de auctoritate Ecclesiae et Conciliorum generalium* (in *Gersonii Opp. ed. du Pin II. p.* 976) im Juni 1512. Cajetanus ſchrieb dagegen *de comparata auctoritate Papae et Concilii Apologiae Partes II.* (b. *Rocaberti XIX. p.* 493), und ſpäter i. J. 1521 *de Romani Pontificis institutione et auctoritate* (*l. c. p.* 526). Almainus wurde durch ſeinen Tod († 1513) verhindert zu antworten. Gegen Cajetanus ſtritt auch gleichzeitig der Doctor der Sorbonne *Johannes Major*, ein Schotte, in mehreren in *Gersonii Opp. ed. du Pin II. p.* 1121 *ss.* abgedruckten Schriften.

d) ſ. *Nicolai Cusani de concord. cathol.* (ſ. §. 132. not. m) *lib. III.* in *Schardii Syntagma tractatuum p.* 356 *ss.* *Johannes Major comm. in Sentent. lib. IV. dist.* 24. (abgedruckt in *Gersonii Opp. ed. du Pin II. p.* 1121), und *Scholia in Evang. Matthaei cap.* 16. geſchr. i. J. 1518 (unter dem Titel: *disp. de potestate Papae in rebus temporalibus.* ibid. p. 1145). *Jac. Almaini Expositio circa decisiones M. Guil. Occam super potestate summi Pontificis* (*Gersonii Opp. II. p.* 1013).

e) *Gerson de potest. eccl. consid. XI.* (*Opp. II. p.* 243): Potestas ecclesiastica in sua plenitudine est in Ecclesia, sicut in fine, et sicut in regulante applicationem et usum hujusmodi plenitudinis ecclesiasticae potestatis per se ipsam, vel per gene-

rale Concilium, ipsam sufficienter et legitime repraesentans. Constat itaque, datam fuisse Petro plenitudinem ecclesiasticae potestatis a Christo ad aedificationem Ecclesiae suae, sicut conformiter ad Apostolum ponit descriptio. Propterea loquitur Augustinus cum aliis quibusdam, quod *claves Ecclesiae datae sunt non uni, sed unitati*, et quod *datae sunt Ecclesiae.* — Potest etiam dici in Ecclesia vel in Concilio haec plenitudo ecclesiasticae potestatis nedum in se formaliter, sed aliis duobus modis, videlicet quoad applicationem ad hanc vel illam personam, et quoad usum regulandum, si forsassis in abusum verti quereretur. — Cum igitur summus Pontifex habens eam subjective sit peccabilis, et possit hanc potestatem in destructionem Ecclesiae velle convertere; similiter sacrum Collegium, quod ei datum est et coassistit quasi communitas aristocratica, non est in gratia vel fide confirmatum: superest, ut aliqua sit relicta inobliquabilis et indeviabilis regula ab optimo legislatore Christo, secundum quam possit abusus hujusmodi potestatis reprimi, dirigi atque moderari. Haec autem regula est vel Ecclesia, vel generale Concilium. — Hic fundantur ea multa, quae per hoc sacrum Concilium (Constantiense) et constituta et practicata sunt: ut quod Papa judicari potest et deponi per Concilium etc. *Nicolaus Cusanus de concord. cathol. lib. II. c.* 34. *b. Schardius p.* 349: Si universalis catholica Ecclesia infallibiliter per Christi assistentiam dirigitur; tunc concurrente omnium Christianorum consensu ad quamcunque conclusionem necessitatem salutis includentem, necessario sequitur, illam christianam, fidelem et veram. Universale vero Concilium dictans talem conclusionem consensu et legatione omnium fidelium, necessario ex Christi assistentia et Spiritu Sancto inspirante vere et infallibiliter dictat eandem. — Omnes autem provinciales Synodos, ac etiam Romanos Pontifices hoc privilegium non attingit. *p.* 351: Nec fuit Petrus ex illo primatu Ecclesiae major: quoniam ipse ab Ecclesia et propter eam nominatur secundum Augustinum. — Quare illa Petri majoritas non fuit majoritas supra, sed infra Ecclesiam. Unde licet os sive caput esset Apostolorum ac Ecclesiae, — tamen nihilominus tanquam membrum subfuit. —

Unitas fidelium est illa, ad cujus servitium et observantiam praesidentia est super singulos. Hinc unitas fidelium, quam nos Ecclesiam dicimus, sive universale Concilium catholicae Ecclesiae ipsam repraesentans est supra suum ministrum ac singulorum praesidem. *Andreae Episc. Megarensis Gubernac. Concil.* (ſ. §. 132. not. t) in *v. d. Hardt Conc. Const. VI, IV. p.* 147: haec plenitudo potestatis papalis non fuit data Petro, ut Petro, sed fuit data universali Ecclesiae. p. 162: quando Petrus claves accepit, has potius tota Ecclesia suppositaliter accepit in ipso Petro, sive per ipsum Petrum, et ipse Petrus claves accepit in typo, mystice; et ministerialiter ab ipsa Ecclesia universali. Claves enim, quas Ecclesia non poterat per omnes exercere universaliter, voluit quod exequerentur per Petrum et ejus successores particulariter. p. 158: potestas universalis Ecclesiae seu Synodi generalis convocatae canonice est major, quam potestas Papae: — quia potestas Concilii est a Deo, Christo Jesu immediate, duntaxat; et potestas Papae est a Christo et Conciliis. *Alphonsus Tostatus* (Lehrer in Salamanca, dann Episc. Abulensis u. Rath des Königs † 1454) *comm. in Numer. c.* 15. *quaest.* 48.: Claves Ecclesiae datae sunt a Christo toti Ecclesiae: quia tamen non poterat tota Ecclesia dispensare illas, cum non esset aliqua persona, tradidit eas Petro nomine Ecclesiae. Si tamen intelligeretur, claves traditas esse Petro specialiter, non solum sequeretur inconveniens commune, quod alii Apostoli non habuissent aliquam auctoritatem clavium, quod falsum est, quia illis data est potestas remittendi peccata, ut patet *Joannis* 20. *cap.* scil. *accipite Spiritum Sanctum*, et *quorum remiseritis peccata, remissa erunt, et quorum retinueritis, retenta erunt:* ista tamen est sola potestas clavis: ergo alii Apostoli susceperunt claves. Sed aliud inconveniens majus erat, scil. quod defuncto Petro non mansissent claves, quod necesse erat, si soli Petro datae fuissent, et non solum si ipsi soli, sed etiam si omnibus Apostolis datae fuissent claves specialiter tanquam determinatis personis, defunctis illis non mansissent claves in Ecclesia, quia isti non habebant potestatem dandi aliis claves, faciendo eos successores suos, cum nemo posset Praelatum successorem sibi facere. Et tamen omnes

successores b. Petri et aliorum Episcoporum habent claves, sicut habuit Petrus et alii Apostoli: ergo non fuerunt datae claves illis tanquam determinatis personis, sed tanquam ministris Ecclesiae, et tunc magis dabantur claves Ecclesiae, cum Ecclesia, quae habet ipsas radicaliter, nunquam moriatur. *Quaest.* 49.: Ecclesia suscepit claves a Christo, et Apostoli tanquam ministri Ecclesiae; et nunc Ecclesia illas habet, et Praelati etiam, sed aliter Ecclesia quam Praelati: nam Ecclesia habet secundum originem et virtutem, Praelati autem habent secundum usum earum. Dicitur Ecclesia habere secundum virtutem claves, quia potest illas conferre Praelato per electionem: — Ecclesia autem a nullo suscipit, postquam semel a Christo suscepit, ideo illas per originem et virtutem habet. *Praef. ad Evang. b. Matthaei* in Beziehung auf das Concilium der Apoſtel: Hoc factum est Spiritu S. dictante, ut recognosceretur per hoc auctoritas et potestas Concilii generalis, qua nulla est major super terram, et non potest errare in pertinentibus ad fidem, nec erat in pertinentibus ad mores. Quilibet autem homo, quantumcunque sanctus et quantaecunque potestatis potest errare in fide et effici haereticus. Sicut de multis summis Pontificibus legimus, ut de Liberio, de Joanne XXII., et aliis quibusdam. *Dionysius Carthusianus* (eig. de Leewis aus Rydel, Carthäuſer in Ruremonde † 1471) *de auctoritate Papae et Concilii lib. I. art.* 31.: Concilium generale nonnisi propter causas singulariter magnas et arduas, utputa quae aliter congrue expediri non queunt, congregandum celebrandumque esse omnes fatentur. Porro hae causae sunt extirpatio haereticae pravitatis ac schismatis, declaratio fidei atque editio symboli ejus, universalis reformatio Ecclesiae in capite et in membris. Itaque in expeditione istorum major dicitur potestas Concilii generalis quam Papae, quoniam Christus promisit Ecclesiae seu Concilio ipsam repraesentanti infallibilem directionem et gloriosam assistentiam incessantem; ita quod errare non potest in fide, neque in his, quae ad bonos pertinent mores; eo quod in talium determinatione regatur immediate a Spiritu Sancto. Unde et Papa in talibus tenetur stare determinationi Ecclesiae, seu statuto Concilii, tan-

Infallibilität beilegten f), daß der Papſt denſelben unterge-

quam ordinationi et sententiae Spiritus Sancti. Cumque Papa possit errare in fide et moribus et caeteris, quae sunt de necessitate salutis; ejus judicio non videtur ultimate et certitudinaliter standum in istis, cum non sit infallibilis regula, neque indeviabile fundamentum. *Jac. Almainus de auct. Eccl. et Concill. generall.* c. 7 *ss.* (*Opp. Gersonii II. p.* 989 *ss.*).

f) Die Unfehlbarkeit allgemeiner Concilien kommt vor dem Concilio zu Coſtnitz nur als beſtrittene Schulmeynung vor, und wurde daher auf dem Concilio ſelbſt ohne allen Anſtoß von *Petrus de Alliaco* geläugnet, ſ. oben §. 131. not. d. Seit dem Concilio von Coſtnitz bildete ſich dieſe Lehre aus, ſ. (Blau's) krit. Geſch. der kirchl. Unfehlbarkeit, Frankf. a. M. 1791. S. 240 ff. und wird von Johann Gerſon, Alphonſus Toſtatus, Dionyſius Carthuſianus, Nicolaus Cuſanus entſchieden behauptet. Andere legten indeß zwar der allgemeinen Kirche, nicht aber den allgemeinen Concilien Irrthumsloſigkeit im Glauben bei; ſo *Joannes Breviscoxa* (Doctor Paris. ſ. 1420 Biſch. v. Paris, ſ. 1422 Biſch. v. Genf) *tract. de fide, Ecclesia, Romano Pontifice et Concilio. Art.* 3. in *Gersonii Opp. ed. du Pin I. p.* 898; *Thomas Netterus Waldensis* (Carmeliterprovincial in England † 1430) *doctrinale antiquitatum fidei cathol. adv. Wiclevitas et Hussitas.* T. I. lib. II. c. 19. 27.; *Nicolaus de Tudesco, Archiep. Panormitanus* (berühmt als Mitglied des Baſelſchen Concils, und als Canoniſt, unter den Nahmen Abbas od. Panormitanus) *comm. in Decretal. lib.* 1. *Tit.* 6. *c.* 4.; *Antoninus Archiep. Florentinus Summa theol. P. III. Tit.* 23. *c.* 2. §. 6. ſ. Blau a. a. O. S. 241 ff. Allmählig wurde aber die Lehre von der Infallibilität der allgemeinen Concilien unter den liberaleren Theologen als Gegenſatz zu der curialiſtiſchen Meinung von der Infallibilität des Papſtes allgemein herrſchend. S. *Jac. Almainus de auct. Eccl. et Conc. gen. c.* 10. (*Gersonii opp. II. p.* 1001): Papa potest errare errore judiciali, de errore personali omnibus notum est. Probatur ista propositio: duo summi Pontifices determinaverunt contraria, etiam in his, quae fidem tangunt, ergo alter eorum erravit errore judiciali. Antecedens patet de Joanne XXII. et Nicolao,

ordnet, nur ein caput ministeriale Ecclesiae, und nicht berechtigt ſey, der Kirche Geſetze zu geben g), und daß von dem

quorum unus determinavit judicialiter, Christum et Apostolos nihil habuisse in communi, nec in proprio; alter oppositum, ut videre est in eorum extravagantibus. Secundo Innocentius III. et Caelestinus determinaverunt contraria super ista propositione: uno conjugum ad haeresim transeunte, alter qui remanet in fide potest ad secunda vota transire. Determinatio Innocentii III., quod non potest, ponitur in cap. *Quanto*, *De divortiis*. Determinatio Caelestini, ut dicit Glossa in eodem Cap. olim ponebatur in Decretalibus *de conversione conjugatorum* in fine. Tertio, aliqui statuerunt contra Evangelium, ut Pelagius, qui fecit constitutionem, quod omnes Subdiaconi Siciliae a suis uxoribus abstinerent, quas in minoribus Ordinibus duxerant, aut ab officio cessarent: quam (quia erat iniqua et contra Evangelium) retractavit Gregorius I., ejus successor, ut patet 31. Dist. Can. *Ante triennium*, in textu et in glossa. — Ex his satis patet, quod summus Pontifex potest errare, sententiando in materia fidei. — Sequitur secundo, quod ultima resolutio in his quae fidei sunt, non spectat ad summum Pontificem. — Concilium universale in his quae fidei sunt errare non potest, et sic ad ipsum ultima fidei decisio spectat.

g) ſ. not. e. *Gerson de modis uniendi ac reformandi Ecclesiam in Conc. univ. c.* 2. ſ. §. 131. not. a. *Responsio synodalis Conc. Basil. ann.* 1432. (ſ. §. 132. not. o) b. *Mansi XXIX. p.* 249: Etsi sit *caput ministeriale Ecclesiae*, non tamen est major tota Ecclesia. Ueber die Verbindlichkeit der päpſtl. Verordnungen ſ. *Gerson de potest. eccl. consid. IV.* (*Opp. II. p.* 232): Ecclesia potest condere leges obligantes, et regulantes etiam ipsum Papam, tam quoad personam, quam respectu usus potestatis. Non sic e contra potest Papa judicare totam Ecclesiam, vel usum suae potestatis limitare: immo si Papa condat leges et canones, videtur observandum illud quod dicit Augustinus: *leges instituuntur cum promulgantur, firmantur autem cum moribus utentium approbantur.* Hoc enim dicitur ad reprimendam praesumptionem quorundam summorum Pontificum

Infallibilität beilegten f), daß der Papſt denſelben unterge-

quam ordinationi et sententiae Spiritus Sancti. Cumque Papa possit errare in fide et moribus et caeteris, quae sunt de necessitate salutis; ejus judicio non videtur ultimate et certitudinaliter standum in istis, cum non sit infallibilis regula, neque indeviabile fundamentum. *Jac. Almainus de auct. Eccl. et Concill. generall. c. 7 ss.* (*Opp. Gersonii II. p.* 989 *ss.*).

f) Die Unfehlbarkeit allgemeiner Concilien kommt vor dem Concilio zu Coſtnitz nur als beſtrittene Schulmeynung vor, und wurde daher auf dem Concilio ſelbſt ohne allen Anſtoß von *Petrus de Alliaco* geläugnet, ſ. oben §. 131. not. d. Seit dem Concilio von Coſtnitz bildete ſich dieſe Lehre aus, ſ. (Blau's) krit. Geſch. der kirchl. Unfehlbarkeit, Frankf. a. M. 1791. S. 240 ff. und wird von Johann Gerſon, Alphonſus Toſtatus, Dionyſius Carthuſianus, Nicolaus Cuſanus entſchieden behauptet. Andere legten indeß zwar der allgemeinen Kirche, nicht aber den allgemeinen Concilien Irrthumsloſigkeit im Glauben bei; ſo *Joannes Breviscoxa* (Doctor Paris. ſ. 1420 Biſch. v. Paris, ſ. 1422 Biſch. v. Genf) *tract. de fide, Ecclesia, Romano Pontifice et Concilio. Art.* 3. in *Gersonii Opp. ed. du Pin I. p.* 898; *Thomas Netterus Waldensis* (Carmeliterprovincial in England † 1430) *doctrinale antiquitatum fidei cathol. adv. Wiclevitas et Hussitas.* T. I. lib. II. c. 19. 27.; *Nicolaus de Tudesco, Archiep. Panormitanus* (berühmt als Mitglied des Baſelſchen Concils, und als Canoniſt, unter den Nahmen Abbas od. Panormitanus) *comm. in Decretal. lib.* 1. *Tit.* 6. *c.* 4.; *Antoninus Archiep. Florentinus Summa theol. P. III. Tit.* 23. *c.* 2. §. 6. ſ. Blau a. a. O. S. 241 ff. Allmählig wurde aber die Lehre von der Infallibilität der allgemeinen Concilien unter den liberaleren Theologen als Gegenſatz zu der curialiſtiſchen Meinung von der Infallibilität des Papſtes allgemein herrſchend. S. *Jac. Almainus de auct. Eccl. et Conc. gen. c.* 10. (*Gersonii opp. II. p.* 1001): Papa potest errare errore judiciali, de errore personali omnibus notum est. Probatur ista propositio: duo summi Pontifices determinaverunt contraria, etiam in his, quae fidem tangunt, ergo alter eorum erravit errore judiciali. Antecedens patet de Joanne XXII. et Nicolao,

gleich die Vertheidigungsgründe für dieſe Theorie vornämlich aus den ältern Kirchengeſetzen, welche ſich in den geltenden

---

Petrum aliquid a Christo singularitatis recepisse, et Papam in hoc successorem esse. Sed scimus, quod Petrus nihil plus potestatis a Christo recepit aliis Apostolis. — Nihil enim dictum est ad Petrum, quod etiam aliis dictum non sit. — Ideo rec e dicimus, omnes Apostolos in potestate cum Petro aequales. — Unde cum potestas ligandi et solvendi, in qua fundatur omnis ecclesiastica jurisdictio, sit immediate a Christo; — et quia ab illa potestate ligandi et solvendi est divinae jurisdictionis potestas; patet, omnes Episcopos, et forte etiam Presbyteros aequalis potestatis esse quoad jurisdictionem, licet non exequutionis. Quod quidem exercitium exequutivum sub certis positivis terminis clauditur et restringitur propter melius et causam cum majori parte perducendi omnes homines ad finem suum, scil. Deum: ob quem finem finaliter omnis potestas, et jurisdictio, et statuta humana per media proportionata tempori et loco tendere debent. Unde cessante causa statuti illius, — puta vel ob negligentiam inferiorum, vel necessitatem, tunc cessant illa positiva jura. — Quare dicimus, — quod omnes Episcopi unius sunt potestatis et dignitatis: quae supra sunt, scil. Archiepiscopalis, Patriarchalis, et Papalis sunt administrationes. — Quare hoc solum singularitatis in Petro inveniemus, quod ipse fuit major in administratione, ad quam volentibus Apostolis a Christo est electus, quia senior. — Sicut principatus Petri a legatione Christi dependebat, ita et omnium Episcoporum: — quare qui eos audit, Christum audit. — Apostolicum praeceptum habent omnes Episcopi regendi se et gregem. — Si dicis, Papam subditos Episcoporum absolvere et ligare, dico idem in aliis, quando consensus propriorum intervenit. Actus enim, aliter nullus, per consensum aut gratificationem proprii sacerdotis in hac materia validus efficitur. — Cum ergo usu communi sit hoc introductum, et ex usu consensus elicitur, patet quod efficacia hujus vigorem ex consensu recipit. — Igitur non legitur, antiquos Romanos Pontifices se de his intromisisse,

probis in exemplum, und bezeugte, quod nihil unquam mali, dignum suspicione, contra morem Ecclesiae, in devotis hujus patriae sexus utriusque invenit delitescere, sed omnes et singuli vitam veram apostolicam Ecclesiae primitivae, ut veri Christiani, ad purum servarent. Der Inhalt der Grabo'ſchen Schrift geht aus dem von ſeinem Vertheidiger auf dem Concilio zu Coſtnitz an den Papſt gerichteten Schreiben hervor, in *v. d. Hardt Conc. Const. III. p.* 106: cum lector (M. Grabo) — videret, plures personas sexus utriusque novae Religionis habitum assumentes, et conventicula facientes, nullum habitum approbatum profitentes, statuentesque sibi ipsis Superiores pro libitu voluntatis, et sub simulata devotione populum attrahentes, et multa contra veritatem sacrae Scripturae ac sacros Canones attentantes, et de eleemosynis Christifidelium domos sumptuosas ad modum monasteriorum regularium aedificantes, et se invicem in eis includentes cum observatione quorundam rituum minime per Ecclesiam approbatorum: coepit super hoc apud semetipsum ardenter cogitare, et an hoc stantibus regulis fidei et sacris canonibus Ecclesia dissimulare deberet; revolvensque diligentius sacrae scripturae sanctorumque Doctorum libros et sacros Canones, quasdam conclusiones, reprobantes illorum modum vivendi, extraxit, et scripturae commendavit. Quarum una principalis est, ex qua aliae deducuntur exceptis paucis: *nullus potest licite et meritorie, imo nec veraciter, obedientiae, paupertatis, et castitatis universalia consilia conjunctim, extra veras Religiones manendo, adimplere.* Nämlich ad saeculares pertinet tantum particularia vota offerre, ad regulares autem universalia praedicta. Ferner die conclusio undecima: *abdicare quemquam omnia propter Christum, extra praedictas religiones manendo, seu nisi veram aliquam Religionem ingrediatur, est sibi et suis, quorum cura sibi incumbit, vitam subtrahere:* quod est, homicidium tot hominum committere quot ejus curae subduntur. Haec est de mente *s. Thomae Secunda Secundae Qu.* 33. Ex quibus sequitur, quod *nullus potest abdicationem omnium propter Christum facere extra veram Religionem manendo sine peccato mortali:* quia subtraheret sibi vitam. — Ex quibus sequitur, quod *dicens pertinaciter, omnia esse*

men ſogleich für die Brüder b), und Grabo wurde zur Ab-

meritorie abjicienda propter Christum in saeculo manenti, haereticus est dicendus. — Ex quibus sequitur, quod *proprietas temporalium rerum est statui saeculari essentialiter annexa.* Et per consequens *Dominus Papa salva auctoritate sua non potest dispensare cum saecularibus, ut omnibus in singulari careant, seu nihil in singulari habeant.* — Si enim Dominus Papa posset hoc alicui concedere, — posset ei concedere propriae vitae subtractiones etc. — Sequitur etiam, quod *religiosus sine peccato mortali non potest abdicare voluntatem habendi communia* (vergl. Abth. 3. §. 111. not. f. ff.): — quia sine illis vivere non posset, cum per suam professionem renunciaverit omnibus et singulis propriis singularibus. — Vollſtändiger noch ſind Grabo's Behauptungen in den darauf folgenden 25 Artikeln zuſammengefaßt. Die letzten derſelben ſind: XXI. Excommunicati sunt omnes communem vitam ducentes extra Religionem approbatam. XXII. Quare similiter excommunicati sunt illi, qui vitam communem extra Religionem approbatam ducentibus praebent eleemosynam. Et qui tales fovent consilio et auxilio vel defensione, similiter stant et sunt in statu perpetuae damnationis. Et nisi de hujusmodi eorum excessibus magna contritione poenituerint, ad vitam aeternam non possunt pervenire, neque salvi permanere. XXIII. Omnes vitam communem ducentes extra Religionem approbatam sunt illi, a quibus Salvator noster praecipit esse abstinendum, et tanquam a falsis Prophetis attendendum. XXIV. Quilibet faciens contra jura canonica peccat mortaliter. XXV. Nullus corpore validus absque communi utilitate et necessitate potest extra veras Religiones sine peccato eleemosynas Christifidelium tollere.

b) Namentlich Petrus de Alliaco u. Jo. Gerson in ihren Gutachten über die Propoſitionen des Grabo bei *v. d. Hardt III. p.* 112 *ss.* Der Erſte bemerkt zu Act. 4, 32. 34., quod in illa congregatione primitiva fuerunt multi uxorati et alii diversarum conditionum saeculares (und die dennoch alles gemein hatten), qui scilicet non erant adstricti per votum ad tria consilia evangelica castitatis, obedientiae, et paupertatis, quemadmodum

ſchwörung ſeiner Irrthümer verurtheilt c). Mit der Windsheimer Congregation der regulirten Canonici verbreitete ſich

---

sunt professi Religionum per b. Basilium, Benedictum et Augustinum ac similes introductarum. Quas iste, ponens hujusmodi conclusiones, appellat veras Religiones, tanquam extra illas non sit vera Religio, quod falsum est, imo haereticum, si sic per praecisionem intelligatur: quoniam christiana vera est Religio etiam apud saeculares. Er erklärt den tractatus des Grabo für haereticalis et igni tradendus. Dieſem Gutachten ſtimmte auch Gerſon bei, und erklärte ſich beſonders ſtark gegen den Misbrauch des Wortes Religio, ſ. *l. c. p.* 116: *Propositio III.* Religio Christiana potest absque voto obligante ad consilia perfecte, imo perfectissime, observari. Patet de Christo, qui non legitur vovisse consilia, qui fuit tamen suae legis perfectissimus observator. Patet insuper de Apostolis et discipulis Christianis in primitiva Ecclesia, quorum multi erant uxorati, multi possessiones habuerunt, quidam in communi, quidam in proprio. — *Prop. IV.* Religio christiana non requirit ad perfectiorem sui observationem tam in praeceptis, quam in consiliis, quod superaddatur alia religio. Quales dicuntur observationes institutae per sanctos Basilium et Augustinum etc., et quales Anshelmus vocat religiones factitias. *Prop. V.* Religiones hujusmodi factitiae satis improprie et abusive et forsan arroganter dictae sunt status perfectionis. Gerſon entſcheidet dahin *Corollarium III.*, quod tota doctrina fratris istius innititur stultae et insanae fantasiae, imo et blasphemiae. — *Coroll. IV.*, quod fautores et defensores istius fratris sunt arcendi seu repellendi, et nisi desistere voluerint, graviter puniendi; ita tamen, quod non laxetur nimia licentia ad defensionem Begardorum et Beguttarum, si reperiantur effrenes, et discoli, et scandalosi in sacris observationibus.

c) *Jo. Buschii Chron. Windeshemense lib. II. c.* 58. *p.* 549: Die vom Concilio zur Unterſuchung der Sache angeordneten Richter dictum fratrem Grabonem miserunt in carcerem. Et nisi librum suum propter articulos erroneos in eo comprehensos ipse damnaret, et se plurimum errasse publice proclamaret,

on jetzt an auch das Institut der Brüder des gemeinschaftlichen Lebens in den Niederlanden und in Norddeutschland d).

---

ceteraque similia juxta sua demerita juste sibi injungenda libenter perficeret, de carcere exire nisi ad ignem omnino non posset. Qui pelli suae pertimescens, saniori usus consilio, reum se cognovit, cuncta praemissa et multo majora in publica omnium audientia aperte confessus, librum suum damnavit, vitam et conversationem devotorum Presbyterorum, Clericorum et Beginarum Daventriae, Zwollis et alibi in communi sine professione viventium valde recommendavit, et sic ignem mortemque evadens in pace fuit dimissus. Haec omnia seriatim Patres dictarum congregationum registrata conservant. Die Abschwörungsformel des Matth. Grabo s. bei *v. d. Hardt III. p.* 118 *ss.* Ueber die ganze Sache s. *Mosheim de Beghardis et Beguinabus p.* 461 *ss.*

d) *Jo. Buschii Chron. Windeshem. lib. II. c.* 15. *p.* 316: Sicut magister Gerardus Magnus origo fuit et pater primus omnium hominum modernae devotionis hujus patriae, ad quem Deo servire cupientes securum semper habuere recursum, et post eum pater venerabilis Dominus Florentius Radewini primus Rector congregationis Clericorum in Daventria; ita devotus pater noster, frater Joannes de Huesden, Prior in Windesem (v. 1391—1424), eorum fidelis factus est successor in cura consulendi, auxiliandi, et defendendi. Ipse enim discreta sua providentia, caritateque latissima omnium corda devotorum benigne ad se trahens, unum ex ipsis se fuisse, et etiam semper mansisse, verbis, rebus, et moribus ubique demonstravit. Qui totum mundum salvare cupiens, plurima servorum et ancillarum Dei habitacula undique in patria multiplicari procuravit: nam et fratres domus suae, Capitulique generalis ad hoc aptiores in loca diversa transmisit pro novis monasteriis Ordinis nostri erigendis, fundandis et consummandis, antiquisque reformandis et in regulari observantia debite instituendis: patres etiam Congregationum valde sollicitavit, ut Presbyteros, Clericos, et sorores sive Beginas ad hoc utiles vel idoneos ad diversas mundi partes, in civitates, oppida et villas, pro novis congregationibus in-

Die zahlreichen Fraterhäuſer zeichneten ſich fortwährend wie durch einen practiſch religiöſen Myſticismus, ſo durch mannich-

---

choandis, et in communi vita more suo instituendis, animo pio et volenti [*mittere*] non tardarent. — Factum est autem, ut plurima Ordinis nostri Monasteria, multaeque Clericorum et sororum devotarum Congregationes per totam istam patriam Zallandiam, Westphaliam, Gelriam, Brabantiam, Hollandiam, Zelandiam, Drentheam, Twentheam, Frisiam, Trajectum, et circa partes Rheni in diebus nostris de novo sunt constructa, et etiam ex antiquis plurima reformata. Ex quibus *patres, fratres et sorores de tertia regula s. Francisci nuncupati plus quam centum domos sive Congregationes devotas extrahentes*, sub uno provinciali Capitulo regulariter vivere, et Deo fideliter deservire usque hodie comprobantur; et *ipsi patres Congregationum devotarum primi*, juxta morem Ecclesiae primitivae sub regula Christi caritate pariter in communi secundum Evangelium viventes, *habent adhuc hodie domos sexus utriusque unitas numero paene quinquaginta*, virorum videlicet paene viginti, et sororum triginta; nosque jam habemus *Monasteria Ordinis Canonicorum regularium sexus utriusque Capitulo generali de Windesem incorporata plus quam septuaginta, virorum videlicet sexaginta duo, et tredecim sanctimonialium.* — Patres ergo devoti in diebus Domini Florentii Radewini pro sui status et devotionis conservatione in Daventria simul ad colloquium consueverant convenire; post ejus transitum ad Congregationem Clericorum in Zwollis — ad colloquium annuale in Dei timore celebrandum omnes pariter convenerunt in *Dominica Misericordias Domini* post Pascha, aut in feriis consequentibus, cum Ecclesia generale Capitulum in Windesem celebraret, propter loci convenientiam, et Capituli nostri generalis propinquitatem, et maxime propter Priorem nostrum in Windesem, ad quem finito colloquio cuncti Patres eorum principaliores accedere solebant, ut cuncta in ipsorum decreta colloquiis perpetue de ipsius consilio firmarentur. Simili modo Patres Congregationum Westphaliae, Saxoniae, Coloniae *Dominica Jubilate* in Monasteriensem civitatem ad colloquium annuale

faltige nützliche Thätigkeit aus e). Manche Brüder waren in Schulen oder für dieselben thätig f), Andere trieben allerlei Gewerbe, um dadurch ihren Unterhalt zu verdienen g). Da-

---

pariter conveniunt, Priore de Northorn, aut Priore de Bodike ibidem tunc praesente. Nähere Nachrichten über die einzelnen Fraterhäuser s. *Verhandeling over de Broederschap van G. Grote, en over den invloed der Fraterhuizen op den wetenschappelijken en godsdienstigen Toestand, voornamelijk van de Nederlanden, na de XIV. Eeuw, door G. H. M. Delprat. Utrecht* 1830. 8. *p.* 36 *ss.*

e) S. *Delprat p.* 193 *ss.*

f) Manche Fraterhäuser eröffneten selbst Schulen, z. B. die in Delft (*Delprat p.* 92), in Herzogenbusch (*p.* 96), in Gent (*p.* 106), in Utrecht (*p.* 127), in Lüttich (*p.* 142) u. in Cambray (*p.* 145). In diesen Schulen mag der Unterricht zuweilen höchst unvollkommen gewesen seyn, s. *Erasmi epist. ad Lamb. Grunnium* unten not. n. Anderswo begnügten sich die Brüder, die vorhandenen Stadtschulen zu fördern, dürftige Schüler mit Wohnung, Kost und Büchern zu versehen, unter Aufsicht zu nehmen, und ihnen Gelegenheit zu geben, sich selbst etwas zu verdienen. So verdankte die Schule in Zwoll ihre Blüthe, welche unter dem Rector Joannes Cele († 1417 s. über ihn *Buschii Chron. Windesem. lib. II. c.* 68. *p.* 601 *ss.*) begann, zum großen Theile den dortigen Brüdern (*Delprat p.* 63). So unterstützten die Brüder auch die Schulen in Gouda (*Delprat p.* 109), Groningen (*p.* 116) und Harderwyk (*p.* 119): vor allem aber die Schule in Deventer, als dieselbe unter dem Rector Alexander Hegius (v. 1465—1498 s. über ihn *Herm. Hamelmanni oratio de doctis Westphaliae viris* in dess. *Opp. genealog. ac hist. I. p.* 94 *ss.* *Delprat p.* 295) fast weltberühmt wurde, und mehrere Brüder halfen auch am Unterrichte in dieser Schule (*Delprat. p.* 54 *ss.*). In Herford unterrichteten die Brüder in der Schule der Pusinnenkirche, s. Knefel's Gesch. des Friedrichsgymnasiums in Herford. Herford 1817. S. 9.

g) Die Congregationen oder Fraterhäuser bestanden aus Presbyteris, Clericis und Laicis, deren Beschäftigungen natürlich verschieden waren. Die Presbyteri hatten die Leitung der Gesellschaft, den Gottesdienst und den Unterricht zu besorgen, Clerici waren die jun-

bei war es ein Hauptaugenmerk des Vereins, religiöſe Volksbildung zu befördern h), und namentlich fromme Geiſtliche

gen Leute, welche Bildung empfingen, in der Regel um ſich dem geiſtlichen Stande zu widmen, Laici die frommen Layen, welche allerley Gewerbe trieben. Vorzüglich gaben ſich die Brüder fortwährend mit Abſchreiben von Manuſcripten ab (*Delprat p.* 314), das Fraterhaus in Hildesheim verſorgte die reformirten Klöſter in der Umgegend mit den nöthigen kirchlichen Büchern (*Busch de reform. monast. I*, 54 in *Leibnitii Script. Brunsv. II. p.* 855), in dem Fraterhauſe in Gouda wurde bald nach Erfindung der Buchdruckerkunſt auch eine Druckerey errichtet, die erſte in den Niederlanden (*Delpr. p.* 111. 313): in dem Fraterhauſe zu Herford wurde das zu Abſchreibern nöthige Pergament bereitet, Bier zum Verkaufe gebraut, Oblaten verfertigt u. dgl. Knefel's Geſch. des Friedrichsgymnaſiums in Herford S. 9.

h) Dazu dienten beſonders ihre Collationes (niederl. Collatien), gottesdienſtliche Verſammlungen an den Sonn- und Feſttagen, in denen in der Landesſprache Abſchnitte aus den Evangelien vorgeleſen u. practiſch erklärt wurden, wobei die Redner auch Fragen an die Anweſenden richteten. Auch breiteten die Brüder religiöſe Tractätchen unter das Volk aus (*Delprat p.* 213. 261). Proben derſelben ſ. bei *Delprat p.* 306 *ss.* Vergl. *Jo. Busch Chron. Windesem. lib. I. c.* 47. *p.* 214: Quantae in saeculo sunt personae sexus utriusque, quae amicitia his (congregationibus) conjunctae a saeculi vanitate per eas conversae, et ad meliora, sanctum videlicet propositum, et bonam voluntatem libenter Deo serviendi, ipsarum exemplo inductae et provocatae, quamvis ad omnia evangelica consilia statim arripienda propter multa impedientia nondum dare se valent, vitam attamen sanctam, a peccatis alienam, ad earum informationem student observare, quis enumerabit? Dieſe Thätigkeit war natürlich den Bettelmönchen am unangenehmſten, und ſo mochten ſich oft Vorfälle ereignen, wie der folgende, welchen *Jo. Busch de reform. Monaster. III. c.* 17. in *Leibnitii Scriptt. Brunsv. II. p.* 925 *s.* erzählt: Lector quidam Ordinis Fratrum Praedicatorum in Zutphania publice praedicavit, quod laici libros teutonicales habere non deberent, et sermones non nisi ad populum in Ecclesia

und Mönche zu bilden: bald wurde er eine fruchtbare Pflanzschule für die Klöster i). Diese Wirksamkeit und die Achtung,

---

fieri deberent. Ego autem simplex tunc frater in Windesem, in Zutphaniam missus cum fratre pro negotio, hoc audiens et sciens, plus quam centum congregationes sororum et Beginarum in terra Trajectensi plures habere libros teutonicales, et eos quotidie legere singulariter et in refectorio, constanter contradixi. Busch wendete sich deshalb an den Prior der Dominicaner. Dieser erwiderte zuerst: Laici quidam altos habent in teutonico libros, videlicet Sententiarum et similes, quos quidam Ordinis nostri transtulit in teutonicum ex latino, Valens Doctor; alii Missale etiam cum Canone habent in teutonico: ergo non valet, quod laici libros legant in teutonico. Darauf antwortete Busch: Hoc non approbo, quod simplices laici, viri vel foeminae, tam altos et divinos libros habent teutonicales: imo et Canonem, in teutonico apud Moniales inventum, ego combussi. Veruntamen libros morales de vitiis et virtutibus, de incarnatione, vita et passione Christi, de vita et sancta conversatione et martyrio ss. Apostolorum, Martyrum, Confessorum et Virginum; homilias quoque et sermones Sanctorum, ad emendationem vitae, morum disciplinam, inferni timorem, patriaeque coelestis amorem provocantes, habere et quotidie legere cunctis doctis et indoctis utilissimum est. Quod si istos admittere non vultis, ego dicta doctorum s. Ecclesiae, Augustini, Gregorii, Ambrosii et Hieronymi, caeterorumque orthodoxorum in scriptis vobis ostendam, quod hujusmodi habere libros omnino utile est et licitum. Am Ende drohete er ihm mit dem Bischofe von Utrecht: und so nöthigte denn der Prior den Lector öffentlich zu widerrufen.

i) *Jo. Buschii Chron. Windesemense II. c. 16. p. 321*: Licet nos Canonici regulares altiorem in Ecclesia militante gradum super patres et fratres Congregationum devotarum obtinere videamur, et in oculis hominum statum gerere digniorem; tamen Pater noster Joannes Huesden (s. oben not. d) frequenter nobis valde eos commendavit, dicens, quod ipsi in veris virtutibus, vita sancta, conversatione et moribus in

welche die Brüder unter dem Volke genoſſen, hielt den Neid der Bettelmönche rege: und ſofern jene unter die große Claſſe

---

regno Dei nos saepe praecedent, quia vere vitam ducunt apostolicam, in Ecclesia primitiva sub s. Spiritus regimine ab omnibus Christianis observatam, a mundo jam tunc despectam et parum reputatam. — Commendavit autem eos non solum ex eo quod vitam sanctam et communem, simplicem obedientiam, cordis et corporis castitatem, sub simplici habitu et humili statu, Deo noti, hominibus despecti, summa devotione gestiunt custodire; verum etiam et maxime quia cunctis Ordinibus reformatis, imo toti Ecclesiae Dei de bonis religioni ac regimini aptis Clericis et personis quotidie satagunt providere. Frequentantes enim Clericos, et laicos servientes saepissime ad se accersientes, ad mundi contemptum, emendationis vitae propositum, religionis desiderium, morum disciplinam, Dei timorem, gehennae horrorem, patriaeque caelestis amorem suis sanctis exhortationibus miris modis solent inducere: quos consequenter ad amica familiariaque colloquia invitare, de vitiis exstirpandis, virtutibusque acquirendis ac tentationibus resistendis informare, et ad meliora provocare, in Dei timore conservare, humilem habitum facere portare, in confessionibus expedire, et si forent pauperes, hospitia et bona habitacula diligenter procurare, atque continuo ad monasteria transmittendos componere solent et praeparare. Cumque in scientiis usque ad sacerdotium, et in sanctis moribus usque ad vitam regularem viderunt eos profecisse, tunc ad loca confugii, ubi animas suas poterunt salvare, videlicet ad monasteria Ordinum diversorum juxta desiderium omnium et singulorum per literas testimoniales eos solent dirigere, aut propriis in personis ipsis conventibus ad habitandum praesentare. Tali namque modo cuncta Ordinis nostri monasteria jam annis plus quam septuaginta per Patres praefatos in debita observantia noscuntur conservata. — Quemadmodum igitur Patres jam praedicti nostra monasteria per idonearum Deum timentium personarum subministrationem in sancta religione probantur conservare; ita nos vicissim sanctam conversationem eorum

der Begharden gehörten, ſo konnte es bei der Zweideutigkeit dieſes Namens den Letzteren an Vorwänden zur Verfolgung nicht fehlen k). Eugenius IV. nahm zwar die Verfolgten in Schutz l): dennoch aber fanden ſich viele derſelben bewogen,

---

et vitam Deo placentem *ab hominum iniquorum, maxime Mendicantium non reformatorum perniciosa infestatione omnino defendamus*; — qui omnes ex uno fonte initium nostrum primordiale agnoscimur habuisse.

k) ſ. not. h. i. *Jo. Busch de reform. Monaster. III. c.* 45. in *Leibnit. Scriptt. Brunsv. II. p.* 923: Praedicator Ordinis Fratrum Minorum, Dominus German, — Lector et Guardianus in Hanover, publice in ambone praedicavit in Hanover, omnes Beginas fore condemnandas, quae sine tertia regula s. Francisci pariter habitarent, sive in communi sive in propriis viventes. Die Beghinen in Hannover wendeten ſich deshalb an Buſch, damal. Propſt in Sulta; dieſer nahm ſich der Sache an, der Guardian berief ſich zwar auf die Conſtitutionen Clemens V. (Abth. 3. §. 113. not. a), und wollte klagen, verſtand ſich indeß bald zum Widerrufe.

l) Durch die an alle Biſchöfe in Deutſchland, Brabant und Flandern gerichtete Bulle *Piis votis fidelium dd. IV. Idus Maji* 1431 (b. *Mosheim de Beghardis et Beguinabus p.* 668 *ss.*), in welcher zuerſt die Bulle Gregors XI. (Abth. 3. §. 113. not. e) aufgenommen und beſtätigt iſt, und es dann u. A. weiter heißt: Et quanquam praedicti pauperes (oben heißen ſie *dilecti filii de cellis, seu voluntariae paupertatis pauperes*), viri de per se scilicet, et mulieres seorsum, in suis distinctis domibus absque mutua eorum conversatione commorantes, in paupertate et continentia, in humilitatis spiritu Ecclesias devote frequentent; et Romanae Ecclesiae ac eorum Ordinariis — in omnibus reverenter obediant; nullisque erroribus seu ritibus, qui salutaribus praeceptis et fidei orthodoxae repugnent, se involvant; sed liberaliter — miserabiles ac alias honestas personas, ad eorum loca declinantes, gratia hospitalitatis recipiunt, ac requisiti infirmorum curam gerunt, decedentium fidelium corpora, etiam tempore furoris pestilentialis in ter-

ſich den Tertiariern der Franciscaner anzuſchließen m), um Ruhe zu bekommen. Später indeß wurden die Bettelmönche

ris, quas habitant, ad sepulturam ecclesiasticam deferendo, ac alia pietatis et caritatis opera exercendo; etiam de his, quae manibus propriis et mendicatis acquirunt suffragiis, egenis erogando, viventes in communi; adeoque Christifideles populi zelo sinceritatis, favoris et dilectionis ipsos plurimum complectuntur: — verumtamen iidem pauperes, ut fidei digna relatione percepimus, a quibusdam haereticae pravitatis inquisitoribus, ac diversis maxime Religiosis Ordinum mendicantium, ac aliis eorum aemulis in ipsorum bono proposito indebite et injuste inquietantur et perturbantur; ac praetextu praemissorum, captatis exinde quibusdam occasionibus et fictis coloribus, eis diversa gravamina inferuntur pariter et jacturae in animarum molestantium periculum, et pauperum hujusmodi laesionem et scandalum. Dagegen wird dieſen Geſellſchaften geſtattet, auf die bisherige Weiſe zuſammenzuleben: es wird verboten, ſie zu beunruhigen, den Inquiſitoren und Mendicanten wird alles Recht über ſie genommen, ita quod ipsi inquisitores fratres et quivis alii nullam inquisitionis, visitationis, jurisdictionis, superioritatis potestatem vel officium in eosdem, eorumque domos valeant exercere, nec in ipsos excommunicationis seu alias sententias vel poenas promulgare. Dieſelben ſollen allein unter den Ordinarien ſtehen: umherſchweifende Begharden aber nicht geduldet werden. Den Ordinarien wird die Macht gegeben, gegen alle Verfolger jener Geſellſchaften mit allen kirchlichen Cenſuren zu verfahren. Endlich ſoll dieſe Bulle nicht ſo gedeutet werden, als ob ſie statum praedictorum, ut ordinem religionis approbatae, beſtätige. Eine andere Bulle Eugenius IV. zu Gunſten der Brüder dd. 15. Dec. 1431 ſ. bei *Revius Daventria illustris p.* 68 *ss.*

m) nach des Jo. Busch mehreremal wiederholter Angabe, u. a. Chron. Windesem. II, 15. oben not. d, war dieß von mehr als 100 Congregationen geſchehen. Andere hielten dagegen feſter an ihrer Freiheit und Eigenthümlichkeit. So ſchlugen die Brüder in Deventer es aus, als der Cardinal Nicolaus von Cuſa ſie in Canonici verwandeln wollte, ſ. *Dumbar Analecta T. I. p.* 173. *Delprat p.* 191.

den Brüdern geneigter: denn die mönchiſche Bildung, welche dieſelben der Jugend gaben, führte auch jenen manche Novizen zu n).

n) *Erasmi epist. ad Lambertum Grunnium* (in *Opp. ed. Lugd. Bat. T. III. P. II. p.* 1822 ob. *App. Ep.* 442): Zwei hoffnungsvolle Jünglinge ſeyen, um ſie für das Mönchthum zu gewinnen, ſtatt auf eine Univerſität, geſandt in contubernium quorundam, qui vulgo Fratres Collationarii vocantur, qui nusquam gentium non nidulantes, instituendis pueris quaestum factitant. Horum illud praecipuum est studium, ut si quem puerum videant indole generosiore et alacriore, cujusmodi fere sunt ingenia felicissima, eam plagis, minis, objurgationibus, aliisque variis artibus frangant ac dejiciant, id appellant cicurare, vitaeque monasticae fingant. Quo quidem nomine satis amantur a Dominicanis ac Franciscanis, quod dicant ipsorum Ordines brevi interituros, nisi penes illos aleretur seminarium. Ex illorum enim cortibus legunt suos tirones. Equidem arbitror et inter illos esse viros quosdam minime malos: sed quum optimorum auctorum inopia laborent; quum in suis tenebris suis quibusdam moribus ac ritibus degant, seque non aliis, sed sibi ipsis comparent; quum bonam diei partem cogantur precum et operarum pensis impendere; non video, quo pacto valeant liberaliter instituere pueritiam: certe res ipsa loquitur, non aliunde prodire adolescentes inelegantius doctos, aut moribus deterioribus. — Unus praeceptorum talis erat, ut Florentius (der Eine jener Jünglinge) neget, se usquam vidisse monstrum vel indoctius, vel gloriosius. Et tales non raro praeficiuntur pueris. Non enim eliguntur eruditorum judicio, sed arbitrio patriarchae, qui plerumque litteras nescit. Alter vero, qui semper visus est unice delectari indole Florentiana, quum sentiret agi de reditu in patriam, coepit privatis colloquiis sollicitare animum adolescentis, ut ipsorum accederet instituto, multa commemorans quibus pueri solent illectari. Quod utinam esset factum! Nam aut volentem pietatis amor apud illos detinuisset, aut si res ita tulisset, licuisset in pristinam redire libertatem. Neque enim hoc hominum genus, quod habent praecipuum

In Oberdeutſchland und in der Schweiz fanden dieſe Brüder des gemeinſamen Lebens keinen Eingang, und hier blieben die Geſellſchaften der Begharden fortwährend dem Bettel ergeben und Pflanzſchulen der Ketzerei o).

---

bonum, ac priscae religionis vestigium, votis insolubilibus adstringitur. — Ex hac hominum sodalitate novi, qui non modo terriculamentis ac blanditiis, verum etiam horrendis obtestationibus, ac prope dixerim, exorcismis et incantamentis pueros nondum egressos annum decimum quartum civites ac bene natos conati sunt obtundere, ut insciis parentibus ipsorum instituto semet addicerent.

o) Vergl. beſ. die gegen die Begharden gerichteten Schriften des *Felix Hämmerlin* (ſ. §. 139. not. g): *Contra validos mendicantes, Descriptio Lolhardorum, Glossa bullarum per Beghardos impetratarum*, ſämmtlich um 1438 geſchrieben; z. B. in der *Descriptio Lolhardorum* (*Opp. fol. C. 2. a*): Frequenter etiam accidit, ut patet, quod inter illam malam societatem fuerunt sectae et haereticorum conventicula in diebus et in terris nostris. — Et summarie quod in tota Alemannia superiore non est contra fidem catholicam haeresis introducta, nisi per vulpeculas illius sectae Beghardorum, Lolhardorum et Beghinarum malitiosissimae: absque eo quod quamplures latrones et Sodomitae sunt in eorum habitu reperti. In der Schweiz hielt ſich ein Theil der Begharden in den Städten auf, ein anderer Theil führte ein Anachoretenleben, ſ. *Glossa Bullarum* (*fol. C. 3.*): Infirmorum curam gerunt illi frequenter, qui in civitatibus morantur, et ad hoc opus sylvestres et anachoretae non conveniunt, sed in talibus pure quiescunt. — In sepulturis quorumcunque se non intromittunt, qui in nemoribus degunt. Vergl. *ejusd. liber de Religiosis proprietariis* (fol. B. 5. a): Anachoretas nunc fallaciter se simulant Beghardi et Lolhardi in nemoribus et extra morantes, nullam regulam profitentes, et aliqui de tertia regula fratrum Minorum se recognoscentes, et fallaciter scapulare sumentes.

§. 143.

Neue Orden.

Der merkwürdigste der in dieser Zeit gestifteten Orden ist der der Minimen [a]). Der Stifter Franciscus von Paula [b]), einem Städtchen in Calabrien, lebte nach einem kurzen Aufenthalte in einem unreformirten Franciscanerkloster zuerst als Einsiedler in der Nähe seiner Vaterstadt in ungewohnter Strenge, und sammelte dann seit 1457 eine Gesellschaft Gleichgesinnter um sich. Mit dem Rufe von seiner Wunderkraft [c]) verbreitete sich auch sein Orden, welcher von Sixtus IV. 1474 mit der Bezeichnung der Mitglieder als Eremitae s. Francisci bestätigt wurde [d]), zuerst in Italien, dann auch, nachdem der abergläubische Ludwig XI. in seiner Todesfurcht den Stifter zu sich berufen hatte (1482) [e]), in Frankreich, und von da nach Spanien. Der Orden, vor den übrigen Mönchsorden besonders durch die stete Beobachtung der vita quadragesimalis ausgezeichnet, erhielt alsdann noch von seinem Stif-

---

a) *Helyot* hist. des ordres religieux T. VII. p. 426 ss. Pragmatische Geschichte der vornehmsten Mönchsorden. Bd. 9. S. 7 ff.

b) Ueber sein Leben s. *Acta Sanctorum Apr. T. I. p.* 103 *ss. ad d.* 2. *Apr.* Die älteste und glaubwürdigste Lebensbeschreibung, von einem Schüler des Heiligen i. J. 1502 abgefaßt, *ibid. p.* 106 *ss.*

c) Auch der älteste Biograph, ein Schüler des Heiligen, erzählt Wunderthaten in großer Zahl. Doch sind es noch ziemlich gewöhnliche Wunder: und der Verfasser gesteht selbst, daß dem Heiligen nicht alle Wunderheilungen gelungen seyen, s. §. 57. *Acta SS. l. c. p.* 119: Hic vero posset interrogare aliquis, cur non ii omnes exauditi sunt, qui ejus opem imploraverunt? In promptu autem responsio est, multos languere corporaliter, ut spiritualiter vivant etc.

d) Durch die Bulle Sedes Apostolica dd. 23. Maji 1474.

e) vergl. darüber den Bericht des Augenzeugen *Philipp de Comines Mémoires l. VI. c.* 8.

ter eine Regel f), und mit derſelben, um ſich von den fratres minores zu unterſcheiden, und dieſelben noch zu überbieten, den Nahmen Ordo Minimorum fratrum Eremitarum Fratris Francisci de Paula. Der Stifter wurde bald nach ſeinem Tode († 1507 in Plessis les Tours) ſelig geſprochen (1513) g): um ihn zum Heiligen zu erheben, begann man, den Franciscanern nachäffend, auch ihm Aehnlichkeiten mit Chriſto anzudichten h), und dieſe abgeſchmackten Dichtungen

---

f) Die erſte Regel wurde von Alexander VI. 1492 beſtätigt. Später nahm Franciscus aber Aenderungen mit derſelben vor, und ſo folgten vier Regeln nach einander, die zweite von Alexander VI. 1501, die dritte 1502, und die vierte und letzte von Julius II. dd. V. Kal. Aug. 1506 beſtätigt. Dieſe vierte Regel zerfällt in drei Theile, in die Regula fratrum, Regula sororum, und Reg. Tertiariorum. In der zweiten und dritten Regel war zu den drei Mönchsgelübden noch als viertes das votum vitae quadragesimalis geſetzt: in der vierten Regel wird dieſelbe cap. 6. mit dieſen Worten verordnet, ut singuli hujus Ordinis fratres a cibis carnalibus omnino abstineant, et dignos poenitentiae fructus in cibo quadragesimali taliter agant, quod ipsi carnes ac omnia sementinam originem a carnibus ipsis trahentia penitus vitent. Carnes igitur et pinguedo, ova, butyrum, caseus, et quaevis lacticinia ex eisdem congesta et producta, intus et extra, omnibus et singulis, fratribus ipsis et oblatis, sint omnino et irrefragabiliter interdicta.

g) Die Bulla beatificationis von Leo X. dd. Non. Jul. 1513 in den *Act. SS. l. c. p.* 165.

h) So kommt in den Proceſſen, welche wegen ſeiner Canoniſation angeſtellt wurden, zuerſt vor, daß er, nachdem ihn ein Schiffer ohne Geld nicht habe nach Sicilien überſetzen wollen, zu Fuß über die Meerenge gegangen ſey, ſ. *Act. SS. l. c. p.* 168: discessit ab eis usque ad balistae ictum, et orationem fecit et mare benedixit. Et in illo instanti aspexerunt b. Franciscum solum super undas euntem: et sic per illam partem transfretavit in Siciliam. Dort beruht freilich noch das Ganze auf der Verſicherung: (testis) apud maritimam terrae Royae audivit dici: indeß nach-

wurden auch nach seiner Canonisation (1519) i) von den Minimen fortgesetzt und vermehrt k).

Viertes Capitel.

Innere Geschichte der Kirche.

§. 144.

Geschichte der Scholastik.

Die Zeit eigener Hervorbringung war für die Scholastik längst vorüber: die verschiedenen Schulen wiederholten und vertheidigten nur, was ihre Stifter einst gelehrt hatten: ihr höchstes Ziel war, sich in Disputirfertigkeit zu überbieten. Der Nominalismus behauptete sein gewonnenes Uebergewicht, ungeachtet immer noch Verdacht gegen seine Rechtgläubigkeit auf ihm haftete: Ludwig XI. verbot zwar 1473 alle nominalistische Lehre a); nachdem er sich aber schon 1481 veranlaßt

---

her wurde die Erzählung immer gewisser und anschaulicher. Dann kommt daselbst vor p. 173, wie Franciscus de Paula wenige Aepfel unter viele Menschen vertheilt habe, cum unusquisque malum unum cepisset, nihilominus cistula evacuata non fuit, sed plena remansit; eben so p. 186, wie derselbe mit wenigen Broten viele Menschen gespeiset habe, et non videbatur deficere nec diminui, sed potius crescere; p. 182, wie er das wüthende Meer stillte, und dadurch ein Schiff rettete: viso navigio coepit clamare: *Jesu, Jesu*, signum crucis faciendo. Unde immediate mare tranquillum factum est, et tempestas fugata est et cessavit.

i) s. *Acta SS. l. c. p.* 217.

k) So findet sich die Nachricht, bei der Geburt des Heiligen hymnodiam personuisse angelicam, sicut Christo nato, zuerst in einer Schrift des *Nicolaus Rovillardus*, *Romae* 1623, s. *Act. SS. l. c. p.* 198.

a) Das königl. Edict vom 1. März 1473 s. in *Bulaei hist. Univ. Paris. V. p.* 706 *ss.* s. p. 708: Et ulterius statuimus et edici-

mus, quod praedicta Aristotelis doctrina ejusque commentatoris Averrois, Alberti M., s. Thomae de Aquino, Aegidii de Roma, Alexandri de Hales, Scoti, Bonaventurae aliorumque Realium Doctorum, quorum doctrina, ut dictum est, retroactis temporibus sana securaque comperta est, tam in sacra theologia quam in artium Facultatibus in praedicta Universitate Paris. deinceps more solito legatur, doceatur, dogmatizetur, discatur et intimetur. Alteram autem praedictorum Nominalium — in eadem civitate aut alibi quoquoversum in regno nostro deinceps palam nec occulte quovismodo nullatenus esse legendam, docendam et dogmatizandam, aut aliquatenus sustinendam expresse decernimus. Alle Lehrer der Univerſität ſollen ſchwören, dieſes Edict beobachten zu wollen. Der gleichzeitige *Robertus Gaguinus* Ep. 25. berichtet einem Freunde in Rom (*l. c. p.* 711): Res autem eo deducta est, ut Nominalibus veluti Elephantiae pruritu pestilentibus edictum sit exilium. Quorum celebriores libri, quos et bibliothecis Pontificum interdicto distrahi nefas erat, ferro et clavis tanquam compedibus, ne introspectentur, vinctos esse jussit Rex Ludovicus. Putares misellos codices arreptitia quadam phrenesi et daemonico furore, ne visentes impetant, esse ligatos. Sic indomitos leones et belluas vinclis cohibemus et carcere. Eine Vertheidigungsſchrift der Nominaliſten giebt die Veranlaſſungen dieſer Verfolgungen ſo an (*d'Argentré collectio judiciorum de novis erroribus I, II. p.* 287): Cujus potissimum tres causae reperiuntur. Prima est laus et gloria eorum, qui huic doctrinae insudant. Secunda causa est, quia qui dicuntur Nominales, ita aliquos et maxime Thomistas superant disputando, ut nullo modo eis resistere possint, et ob hoc eos penitus exterminare nituntur. Tertia causa est ex quadam haeresi conficta in Universitate Lovanii. Quidam enim Lovaniensis Regens (*Petrus de Rivo*, die Geſchichte dieſes Streites ſ. *l. c. p.* 258) tractatum composuit in quo negabat certitudinem et praesentiam divinam de contingentibus, asserens propositiones de futuro contingenti, etiam contentas in Biblia et a Christo prolatas, non esse veras. Quem tractatum his haeresibus plenam approbavit Lovaniensis Universitas, promotoremque suum Parisius misit sollicitare Faculta-

eſehen hatte, dieſelbe wieder frei zu geben b), ſo war ihr Triumph entſchieden. Allerdings behauptete der Nominalismus noch immer eine gewiſſe Freimüthigkeit, wie ſich dieſelbe auch in den Schriften des Nominaliſten Gabriel Biel in Tübingen († 1495), des letzten bedeutenderen Scholaſtikers c), kund giebt: der große Haufe der Nominaliſten

---

tem theologiae, quatenus dictum tractatum approbaret. Cui cum multi dictae Facultatis Doctores, et illi maxime, qui doctrinae Nominalium exterminationem procurant, faverent; se viriliter objecerunt et opposuerunt illi qui dicuntur Nominales, nullum periculum pro defensione fidei formidantes, impedierunt que, ne theologiae Facultas dictum tractatum approbaret. Quod molestissime illi, qui dicuntur Reales, tulerunt, et usque ad XXIV. se dicto tractatui subscripserunt et illum approbaverunt.

b) *Bulaeus V. p.* 739. *d'Argentré I, II. p.* 302. Der Propſt von Paris ſchreibt dem Rector der Univerſität: Le Roi m'a chargé faire declouer et defermer tous les livres des Nominaux, — et que je vous fisse sçavoir que chacun y estudiast qui voudroit. Die deutſche und picardiſche Nation betrachteten nach ihren noch vorhandenen Erklärungen dieſe Verordnung als einen Sieg der Wahrheit. Die deutſche Nation machte bekannt, quod veritatis et doctrina et via, quae diu latere non potest, publicaretur; — et clausi in compedibus seu catenis libri, ut lubet, aperirentur, a Studiosis visitentur, et a Doctoribus dogmatizentur, quicumque etiam Magistri doctrinam, quam lubet, libere doceant.

c) Seine merkwürdigſten Schriften ſind ein unvollendetes Collectorium ex Occamo in libb. IV. Sententiarum (*ed. Tubingae* 2 *voll. fol.* 1502 u. öfter: zuweilen auch als *Comm. in libb. IV. Sent.* citirt, weshalb hin und wieder dieſe Titel als zu zwei verſchiedenen Schriften gehörig fälſchlich betrachtet ſind) und Expositio Canonis Missae (*ed. Tubing.* 1499 u. öfter). Zu ſeinen freimüthigen Anſichten gehört, daß er dem Beſchluſſe von Coſtnitz gemäß die Hoheit der Kirche über den Papſt behauptet *Expos. Can. Lect. XXIII. fol.* 30. *col.* 1.; die Baſelſchen Schlüſſe vertheidigt (*Coll. lib. III.*

klebte aber an unfruchbarer Dialectik. Unter den ſcholaſtiſchen Moraliſten dieſer Zeit ragt der heil. Antoninus hervor d): leider aber überwog auch auf dieſem Felde die dialectiſche Luſt nur zu oft den Sinn für Wahrheit und Sittlichkeit e). Im Laufe dieſes Zeitabſchnitts ſank die Scholaſtik in demſelben Grade in der allgemeinen Achtung, in welchem die neu erſtandenen Alterthumswiſſenſchaften in derſelben ſtiegen. Der Kampf zwiſchen beiden wurde deſto ungleicher, je mehr ſich alle ausgezeichnete Talente den letzteren zuwendeten: die düſtern Hallen der Scholaſtik wurden immer mehr die Sammelplätze der Beſchränktheit, Unwiſſenheit f) und Rohheit, die ſich eben ſo

---

Dist. III. Qu. 1. *Art.* 2.: Sunt impudentes, qui dicere ausi sunt, Basileense Concilium non fuisse legitime congregatum, et ideo constitutiones suas nullas fore, contra acceptationem eorum in concordatis Principum); daß er den Character, der die Wirkung einiger Sacramente ſeyn ſollte, bezweifelt (*Coll. lib. IV. Dist. VI. qu.* 2. *art.* 1. *concl.* 1. Characterem esse ponendum, nec ratio necessaria, nec evidens auctoritas probat: vergl. die ganze *Quaest.*); daß er die absolutio für nicht judicialis erklärt (*Coll. lib. II. Dist. XXVII.:* Non unquam sacerdos absolvit eum, qui non prius a Deo, summo sacerdote, absolutus est. Unde sacerdos absolvendo confitentem pronunciat eum absolutum, non remittit peccatum). vergl. *H. W. Biel diss. theol. de Gabriele Biel celeberrimo Papista Antipapista. Vitemb.* 1719. 4.

d) Ueber ihn ſ. Quellen vor dieſem Abſchnitte. *Summa theologica* in 4 Partt. Auszug aus derſelben in de Wette's Geſch. d. chriſtl. Sittenlehre. Zweite Hälfte. S. 179 ff.

e) So ſagt der Vorredner zu der Ausgabe von *Petri de Alliaco de emendatione Ecclesiae liber* (s. loco et anno, aber wahrſcheinlich 1511 herausgegeben), viell. Ulrich v. Hutten: Theologia ista scholastica, quae est ingeniosa cum ad conscientias in nugis aggravandas, tum rursus ad inveniendas excusationes in peccatis multo solertissima.

f) Am auffallendſten war ihre Unkenntniß der heil. Schriften und der

durch ihren Dünkel lächerlich, als durch das eitle, und oft verwegene Spiel mit ſelbſtgeſchaffenen Problemen verächtlich

---

Kirchenväter, cf. *Erasmus de ratione verae theologiae p.* 87: Quale spectaculum est, theologum octogenarium nihil aliud sapere quam mera sophismata, et ad extremum usque vitae nihil aliud quam argutari? Nam hujusmodi non paucos vidimus olim Lutetiae, quibus si quid depromendum fuisset ex Paulo, videbantur sibi prorsus in alium mundum translati. *Ejusd. epist. apologetica ad Mart. Dorpium* (*Opp. ed. Lugdun.* T. IX.): Possem tibi producere, qui annum egressi octogesimum tantum aetatis in scholasticis tricis perdiderint, nec unquam contextum evangelicum evolverint, id quod a me compertum ipsi quoque demum confessi sunt. *Bilibaldi Pirckheymeri epist. apologetica pro Reuchlino. Nurenbergae* 1517 (in *v. d. Hardt hist. literaria reformationis. P. II. p.* 135): Non parum multos invenies, qui absque depravata illa concertatione, ac argutiarum fuligine sanctissimam theologiam consistere minime posse existimant. Hinc est quod vetus testamentum a similibus negligitur, novum quasi idiotis scriptum vilipenditur, Apostolorum doctrina vix lectione digna putatur. Hinc quod divus Hieronymus tamquam grammaticus contemnitur, b. Augustinus etiamnum ignorantiae damnatur, quem dicaculi illi nec argumenta sua, si in vitam reverteret, intellecturum somniant, non propter rudem illam et insignem barbariem, sed quia instantiarum, relationum, ampliationum, restrictionum, formalitatum, haecceitatum, quidditatum, et reliqua id genus portentosa vocabula ignoraret. Quicquid enim syllogismorum spinositate non intorquetur, id penitus a theologica eruditione alienum putant. *Robertus Stephanus* in der praef. zur *Responsio ad censuras theologorum Parisiensium, quibus biblia a se excusa calumniose notarunt* 1532: Ante paucos annos quidam ex Sorbona sic loquebatur: miror quid isti juvenes nobis semper allegent novum testamentum. Per Deum ego plus habebam quam quinquaginta annos, quod nesciebam, quod esset novum testamentum.

machte g), und welche in den Epistolis obscurorum virorum, wenn auch mit ſatyriſcher Uebertreibung, doch in ihrer

---

g) cf. *Jacobus Carthusianus* (ob. *de Paradiso* §. 136. not. ff) *de arte curandi vitia* (*ex Ms. in c. d. Hardt Autographa Lutheri praef. p.* 48): Quid theologi nostro tempore studeat, nisi de potestate Dei, de providentia, de communicatione idiomatum, de natura Angelorum? Et de hujusmodi altis et raris et dubiis disputant in altis cathedris, magnis quaestionibus et libris se ostentantes. De practica autem emendationis vitae, et de modo agendi poenitentiam, de practica caritatis Dei et proximi, de humilitate servanda, ac de zelo animarum, de abusionibus deponendis et confutandis, quae sunt in Ecclesia Dei adeo magnae et multae, ut vix verus ordo vivendi secundum Christianam Religionem possit apparere. . . *Erasmi annot. in* 1. *Tim.* 1, 6. ſagt in Beziehung auf die unnützen Fragen der Scholaſtiker: Haec si vel animi laxandi gratia, vel citra contentionem agitarentur, ferri poterant. Nunc quibusdam tota aetas in hujusmodi quaestionibus consumitur, et res usque ad clamorem, usque ad vera dissidia, usque ad convitia, nonnumquam usque ad pugnos procedit. — Quid autem nunc loquar de quaestiunculis, non solum supervacaneis, sed pene dixerim impiis, quas movemus de potestate Dei, de potestate Romani Pontificis? An Deus possit quodvis malum, etiam odium sui praecipere, et omne bonum prohibere, etiam amorem et cultum sui; an possit actu infinitum secundum omnem dimensionem producere; an potuerit hunc mundum etiam ab aeterno meliorem facere quam fecit; an possit producere hominem, qui peccare nullo modo queat; an revelare possit alicui suum futurum peccatum, aut damnationem; num possit aliqua distincte intelligere, si ad illa non habeat distinctas relationes rationis; an possit respectum producere sine fundamento et termino; an possit naturam universalem producere et conservare sine singularibus; an possit aliquo praedicamento contineri; an potestatem creandi possit communicare creaturae; an possit ex facto facere infectum, ac per hoc ex meretrice facere virginem; an quaelibet persona divina possit quamlibet naturam assumere, quo-

Grundzügen wahr, geſchildert worden iſt. So war die Scholaſtik ſchon zur Zeit der Reformation ohne wahres Leben: von

---

modo Verbum humanam assumpsit; — an haec propositio: Deus est scarabeus, aut cucurbita, tam possibilis sit, quam haec: Deus est homo; an Deus assumpserit individuum humanum, an speciem; an potius conveniat Deo, non posse facere impossibile, an impossibile non posse fieri a Deo etc. — Jam vero de Romani Pontificis potestate pene negotiosius disputatur quam de potestate Dei, dum quaerimus de duplici illius potestate, et an possit abrogare quod scriptis Apostolicis decretum est; an possit aliquid statuere quod pugnet cum doctrina evangelica; an possit novum articulum condere in fidei symbolo; utrum majorem habeat potestatem quam Petrus, an parem; an possit praecipere Angelis; an possit universum purgatorium quod vocant tollere; utrum simplex homo sit, an quasi Deus; an participet utramque naturam cum Christo; an clementior sit, quam fuerit Christus, cum is non legatur quenquam a purgatoriis poenis revocasse; an solus omnium non possit errare. Sexcenta id genus disputantur magnis editis voluminibus, idque a magnis theologis, praesertim professione religionis insignibus. — Et tamen hujusmodi quaestiunculis serio occupantur quorumdam theologorum scholae. His aetas rerum omnium fugacissima conteritur, cum pleraque sint ejus generis, ut doctius nesciantur quam sciantur, ut ridicule quaerantur, temere definiantur. Breve tempus est, et arduum est negotium agere vere Christianum. Cum igitur omissis rebus supervacaneis ea potissimum spectemus, quae Christus nos scire voluit, quae prodiderunt Apostoli, quae proprie ad charitatem faciunt, de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta, quam unam Paulus appellat finem et perfectionem totius legis. Tot jam annis cavillamur in scholis, quibus verbis sit loquendum de Christo. An haec propositio sit vera: Christus fuit ab aeterno, an recte dicatur compositus ex utraque natura, an constare, an conflatus, an commixtus, an conglutinatus, an coagmentatus, an ferruminatus, an copulatus. Nihil horum placet, tantum placet unitus etc. — Si haec essent

da an iſt ſie nur noch in manchen Ländern, beſonders in den Klöſtern, als Mumie aufbewahrt worden, und kann als ſolche kein Gegenſtand der Geſchichte mehr ſeyn.

---

cae 1414 venerabilis ac divinissima communio Eucharistiae sub utraque specie, panis scilicet et vini, populo communi fideli ministranda, per venerandum ac egregium virum Magistrum Jacobellum de Miza, sacrae theologiae baccalaureum formatum, et alios sibi tunc in hac materia assistentes sacerdotes est inchoata in urbe inclyta et magnifica Pragensi. Primum quidem in Ecclesiis s. Adalberti in nova civitate, s. Martini in muro, et s. Michaelis, ac capella Bethleem nuncupata in civitate antiqua Pragensi. Quae certe communio sanctissima successu temporis, quo pluribus diversis minarum ac incarcerationum terroribus per Romanum ac Boemiae Regem Venceslaum, — et praecipue Conrado Archiepiscopo Pragensi, Praelatisque aliis ac Religiosis, et Magistris universitatis studii Pragensis ac Doctoribus, totis viribus suggerentibus et desudantibus suffocationem, impugnabatur: tanto amplius invalescebat et augmentabatur in populo fideli ac devoto sexus utriusque ad tantum, quod infra duos annos non solum in duabus aut tribus Ecclesiis Presbyteri Magistro Johanni Hus [*adhaerentes*], pro tunc *Wiclefitae* per partem sibi adversam, quae *Machometica* appellabatur, nuncupati, libertatem praedicandi, et sic ut praemittitur, populum communicandi habebant; sed fere omnibus parochialibus in Praga Ecclesiis, imo et Monasteriis certis, Archiepiscopo et Praelatis ipsos excommunicantibus, et interdictum per totam Pragam ponentibus, occupatis populum magnum ad se attraxerunt. Ita quod non solum in Praga, sed etiam regni Boemiae, et Marchionatus Moraviae civitatibus, castris, oppidis et villis populus communis catervatim cum magna devotione ac reverentia ad sacratissimam utriusque speciei communionem frequentabat. *Pag.* 130: Non solum usum rationis habentes, sed et parvuli seu infantes post baptismum, propter baptismi ipsius confirmationem, temporis successu sacramento divinissimae Eucharistiae sub utraque specie communicabantur, *Mag. Jacobello* — hanc cum sibi aliquibus adhaerentibus Magistris et sacerdotibus promulgante et practisare inchoante communionem. Propter quam quidem infantium communionem schisma grave inter Magistros et sacerdotes, veritati Dei et Mag. Johanni Hus ad-

cobellus augenſcheinlich das Uebergewicht e). Das Concilium von Coſtnitz beſtätigte zwar den 15. Jun. 1415 das kirchliche

haerentes, in Praga et in regno Boemiae exortum. Nam quidam ex eis infantium communionem fore erroneam et ad baptismi confirmationem non necessariam asserebant: alii e contrario propter dictum b. Dionysii ac aliorum primitivae Ecclesiae doctorum hanc sententiam et communionem ipsam catholicam et salutiferam adstruebant. — Nihilominus praefata sacri corporis et sanguinis Domini sub utraque specie — communio tam ad adultos quam ad parvulos et infantes, adversariis ipsius ac aemulis eam ratione et modis diversis suffocare et annullare satagentibus, non tamen praevalentibus, de die in diem magis ac magis crescebat et augmentabatur et invalescebat, impugnantibus per temporum successus notabiliter divina virtute coram ipsa ruentibus, et succumbentibus veritati, et damna inexplicabilia rerum et corporum luentibus.

e) Zuerſt ſchrieb Jacobellus die *Demonstratio per testimonia Scripturae, Patrum atque Doctorum, communicationem calicis in plebe Christiana esse necessariam* (in *v. d. Hardt Conc. Const. III. p.* 805). Dagegen *Mauritius de Praga* (Prof. d. Theol. in Prag, damals in Coſtnitz) *responsio ad demonstrationem etc.* (*l. c. p.* 826). Ferner *Anonymi theologi, in Conc. Const. praesentis, epist. elenchtica ad Jac. de Misa contra communionem plebis sub utraque specie* (*l. c. p.* 338). *Andreae Brodae* (Prof. d. Theol. in Prag) *disp. acad. contra communicationem plebis sub utraque specie* (*l. c. p.* 392). Dagegen ſchrieb Jacobellus *Vindiciae contra Andr. Brodam pro communione plebis sub utraque specie* (*l. c. p.* 416). Jacobellus lehrt hier p. 428: fideles de communitate Christianorum, — dum commodose, tempore et loco opportunis possunt habere, hoc divinissimum sacramentum utriusque speciei debent suscipere ad salutem. — Dum vero — non possunt habere a sacerdotibus, — et aliunde essent boni et justi, — non eo ipso, quod non possunt, nec docentur sumere hoc divinissimum sacramentum utriusque speciei, sunt de damnandis. Von welchen Geſichtspuncten ſeine Gegner zum Theil ausgingen, erhellet aus *Anonymi*

Herkommen, und erklärte die Widerſtreitenden für Ketzer f): allein eben dieſer Beſchluß, die unmittelbar auf denſelben den 6. Juli folgende Hinrichtung Huſſens, und die Verachtung, welche das Concil gegen das von Ketzerei verpeſtete Böhmen zeigte, brachten in dieſem Lande die heftigſte Gährung hervor. Jacobellus vertheidigte gegen den Beſchluß des Concils die Communio sub utraque g), Huß wurde als Märtyrer gefeiert h), eine Verſammlung böhmiſcher und mähriſcher Gro-

---

theologi tract. contra Jac. de Misa (*l. c. p.* 658), wo es p. 693 heißt: Primitiva Ecclesia est ritus, consuetudo, observatio Ecclesiae fidelium circa fidem tempore Apostolorum, et aliorum LXXII. discipulorum, et sequacium ipsorum usque ad Sylvestrum Papam. Sed Ecclesia moderna dicitur ritus, consuetudo et observatio Ecclesiae circa fidem, incipiens a Silvestro Papa usque ad hodiernum diem: capiendo autem modernum magis propinque, tunc est quod duravit per ducentos. Per centum autem annos dicitur Ecclesia moderna, saltim referendo tale tempus ad observationem fidelium circa fidem. Pro quo sciendum, quod *omnia fiebant simpliciori modo et grossiori in primitiva Ecclesia, quam fiunt in moderna Ecclesia.* Quia baptismus fiebat simplici aqua, nunc autem fit in benedicta. Sic etiam divina officia et multa alia fiebant simpliciori modo: sed in moderna Ecclesia omnia digniori modo fiunt. Sic etiam in primitiva communicatio apud Corinthios fiebat sub duplice specie: in moderna omnia sunt reducta ad meliorem formam, ad unam speciem. Quia multa Apostoli et alii sequaces omiserunt, quae moderna Ecclesia implevit: quia dicitur in *Actis Apostolorum: crescente Ecclesia crescit et Spiritus Sancti operatio.* Et in *Decretalibus c. Cum Marthae* (*Decr. Greg.* III. 41, 6.) dicitur: *Multa servat Ecclesia, quae per Apostolos fuerunt omissa etc.*

f) ſ. §. 145. not. f.

g) *Jac. de Misa apologia pro communione plebis sub utraque specie contra Constant. Conc. decretum condemnatorium* bei *v. d. Hardt III. p.* 591.

h) jährl. Gedächtnißfeier für Huß und Hieronymus den 6. Juli.

ßen machte dem Concilio in einem Schreiben die bitterſten Vorwürfe i) und ſchloß einen Bund auf ſechs Jahre zur Be-

---

Aeneas Sylv. hist. Bohem. c. 36. Theobald Th. 1. Cap. 27. S. 133.

i) Das Schreiben des Concils an den Prager Clerus, worin die Hinrichtung Huſſens gemeldet, und zur Ausrottung der Ketzerei aufgefordert wird, bei *v. d. Hardt IV. p.* 485 *ss.* In dem Schreiben der in Prag verſammelten 54 Großen an das Concil *dd.* 2. *Sept.* 1415. *l. c. p.* 495. *Hist. et Mon. I. p.* 98 heißt es u. a.: Nos — pro carissimo proximo nostro, — Johanne Huss, — praedicatore evangelico, quem nuper in Concilio Constantiensi, nescimus quo spiritu ducti, non confessum, nec legitime, ut decebat, convictum, — sed ad sinistras, falsas et importunas duntaxat suorum et regni nostri — capitalium inimicorum et proditorum accusationes, — tanquam haereticum pertinacem condemnastis, et condemnatum dira et turpissima morte affecistis, in nostri regni Bohemiae christianissimi et Marchionatus Moraviae clarissimi, ac omnium nostrum perpetuam infamiam et notam: quemadmodum sereniss. Principi et Domino, Domino Sigismundo — scripta ad Constantiam transmisimus, quae etiam in congregationibus vestris lecta sunt et publicata, — et ea, ut refertur, in nostrum dedecus et contemptum ignis voragini tradidistis: ita et nunc pro dicto M. Jo. Hus literas nostras patentes praesentibus duximus destinandas, publice corde et ore profitentes et protestantes, quod ipse M. Jo. Hus fuit vir utique bonus, justus et catholicus, a multis annis in regno nostro vita et moribus ac fama laudabiliter conversatus et comprobatus; legem etiam evangelicam — nos et subditos nostros catholice docuit, — omnes errores et haereses constantissime detestando. — Nec praemissa omnia in confusionem nostram, et regni nostri et Marchionatus praefatorum perpetrata vobis suffecerunt: quin potius honorandum M. Hieronymum de Praga — non confessum, nec convictum, sed ad solam suorum et nostrorum proditorum delationem sinistram — comprehensum incarcerastis: trucidastis etiam forte, sicut et M. Johannem Hus crudelissima morte interemistis. Praeterea ad nostram —

ſchützung der reinen Lehre k). Vergebens forderte das Conci-

pervenit notitiam, — quomodo quidam detractores — coram vobis — nos — gravissime et nequissime detulerint, asserentes, licet false, — quod in praefatis regno Bohemiae et Marchionatu Moraviae diversi errores pullularint, et corda nostra — infecerint. — Equidem has atroces et perniciosissimas injurias — nobis et praefatis regno et Marchionatui, licet false et mendose, impositas quomodo sustinere possumus? Cum per gratiam Dei — regnum nostrum Bohemiae christianissimum, et clarissimus Marchionatus Moraviae a tempore, quo fidem catholicam — susceperunt, — s. Romanae Ecclesiae semper constanter et indesinenter adhaeserunt. — Ut autem, juxta sententiam Apostoli provideamus bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus; — ideo — certam orthodoxamque fidem tenore praesentium V. P. et universis Christifidelibus innotescimus, — profitentes, quod quicunque hominum, — qui — dicit vel asserit, quod in praefatis regno Bohemiae et Marchionatu Moraviae errores et haereses pullulassent, et nos — infecissent, — recte mentitur in caput suum, tanquam nequam, pessimus traditor et proditor praedictorum regni et Marchionatus, et solus utique haereticus perniciosissimus: — nihilominus tamen praemissas injurias Domino — nunc committentes, apud futurum Apostolicum, — unicum et indubitatum pastorem, illas amplius et latius prosequemur. — Praemissis enim non obstantibus legem Domini nostri Jesu Christi, ipsiusque devotos, humiles et constantes praedicatores usque ad effusionem sanguinis, omni timore et statutis humanis in contrarium editis postergatis, defendere volumus et tueri.

k) ſ. die *Syngrapha dd. Victorini* (5. Sept.) 1415 in d. *Hist. et Mon. I. p.* 98. Sie verbanden ſich insbeſondere dahin, ut in omnibus nostris ditionibus quisque pro se curaret verbum Dei libere — in templis et monasteriis doceri et audiri; itaque nullum sacerdotem arcendum — esse, qui — petat sibi concedi, ut doceat verbum Dei juxta s. Scripturae veritatem. Quodsi sacerdos alicujus erroris insimulatus fuerit, ut is ad Episcopum suae ditionis citetur: a quo si deprehensus fuerit

lium dieſelben vor ſeinen Richterſtuhl l); die Hinrichtung des Hieronymus von Prag erhöhete noch die Erbitterung der Böhmen, und, nachdem ſich auch die Univerſität Prag für die Communio sub utraque erklärt hatte m), war für dieſelbe die Mehrzahl des Volkes gewonnen n). Dennoch glaubte das Concilium den Weg der Strenge einſchlagen zu müſſen, und

alienum aliquid a verbo Dei in vulgus spargere, manifeste puniri debet, convictum vero nos prohibebimus, ne intra nostros fines amplius concionetur. Sin quispiam ex Episcopis odio verae et evangelicae doctrinae sacerdotum aliquem nullo in errore deprehensum privata cupiditate inordinate et clam poena aliqua afficere voluerit, decrevimus apud nos, ut nullum postea sacerdotem ad talem Episcopum citari pateremur, sed ut haec res ad celeberrimae Academiae Pragensis Rectorem, Doctores sacrarum literarum et Magistros referatur, et per eosdem de toto negotio secundum sacrae Scripturae veritatem cognitio fiat. Deinde hoc quoque communi sententia decrevimus, ut omnibus sacerdotibus, quicunque sub nostro imperio vivunt, mandaremus, nullas ut a quoquam excommunicationes acciperent, praeterquam ab Episcopis nostrae ditionis. Nam excommunicationes legitimas retinere eisque libenter parere volumus. Si qui vero ex eisdem Episcopis nostrae ditionis voluerint iniquis excommunicationibus, aut vi aliqua injusta nobis aut nostris Ecclesiis molesti esse propter verbum Dei, et sanctum ejus testamentum, aut propter aliud quiddam, de quo non fuerit facta cognitio legitima, illis ipsis decrevimus non modo non obtemperare, sed etiam resistere, si ita necessitas postulabit. — Haec omnia ut rata inter nos ac firma sint, nos mutuis inter nos auxiliis operam dabimus. Quod si quis nostrum recusaverit, is et nominis sui et omnium bonorum jacturam patietur.

l) Das Schreiben v. 24. Febr. 1416 b. *Raynald. h. a. no.* 8. *Balbini Miscell. hist. regni Bohem. Lib. VI. p.* 144. 156.

m) Die Urkunde v. 10. März 1417 in *Cochlaei hist. Hussit. p.* 159. *Hist. et Mon. II. p.* 539.

n) S. Pelzel's Lebensgesch. des Königs Wenceslaus. Th. 2. S. 656.

erließ eine Anweiſung in 24 Artikeln, wie die böhmiſchen Ketzer mit Gewalt unterdrückt werden ſollten o): der Papſt ſandte zu dieſem Zwecke Legaten hin p). Der König Wenzel war gegen die kirchliche Streitigkeit gleichgültig q), zugleich aber auch zu unentſchieden und kraftlos, um die bürgerliche Ruhe zwiſchen den Partheyen aufrecht erhalten zu können. Als daher die Huſſiten von den eifrigen Catholiken, beſonders von Geiſtlichen, angefeindet wurden; ſo ſammelten ſich Schaaren derſelben unter der Anführung zweier Edelleute, des Nicolaus von Huſſinecz und des Johannes Ziska, zur Selbſtvertheidigung. Unter den Tauſenden, welche auf dem Berge Tabor zuerſt nur ihre Abendmalsfeier begingen r), dann aber

o) ſ. dieſelben b. *Cochlaeus p.* 165.

p) Theobald Th. 1. cap. 29. im Anf. S. 138.

q) Seinem Bruder Sigismund ließ er ſchreiben, wie aus der von demſelben den Geſandten Wenzels gegebenen Antwort erhellt (b. Pelzel Th. 2. Urkundenbuch S. 169 f.), qualiter nesciat in regno suo aliquos erroneos homines. Den Anhängern des Kelchs verwilligte er den 25. Febr. 1419 drei Kirchen in Prag für ihren Gottesdienſt unter der Bedingung, daß ſie keine Unruhe ſtifteten. Pelzel Th. 2. S. 680. Urkundenbuch S. 171.

r) *Brzezyna* erzählt davon an zwei Stellen, *Ludewig Reliq. VI. p.* 142 und ausführlicher *p.* 186. Am letztern Orte heißt es: Factum est anno Dom. 1419, quod Presbyteri cum eorum vicariis prope castrum Bechinense durius sic (*sub utraque specie*) communicantibus insultabant, eosdem armata manu de Ecclesiis eorum expellentes, tanquam erroneos et haereticos. Qua de re Presbyteri cum sibi juncto populo montem magnum magna planicie exornatum ascendunt, et in ejus summitate tentorium de lineis pannis ad modum capellae expandunt. In quo agentes divina, populum ibidem confluentem, sine ullius communionis impedimento, venerabilis Eucharistiae sacramento devotissime reficiunt. Qua peracta et depositis lineis pannis ad propria redeunt, et monti nomen Tabor imponunt (*Tabor* iſt böhm. das Zelt: wahrſcheinlich knüpfte ſich aber

die Stadt Tabor gründeten, entzündete ſich mit dem Gefühle der Kraft der heftigſte Fanatismus. Unter Anführung des

---

daran auch eine Beziehung auf den Berg der Verklärung), ad quem venientes Taboritae sunt nuncupati. Haec cum ad aures adjacentium civitatum, oppidorum et villarum devenirent, fratres Presbyteri circumcirca vicini, condicta certae festivitatis die, populum eis junctum cum venerabili corporis Christi sacramento ad Tabor sonoris vocibus deducunt pro veritatis ibidem, ut dicebant, confirmatione, ac fratrum sororumque ibidem existentium confirmatione ac consolatione. Quibus taliter venientibus occurrunt de Tabor cum venerabili altaris sacramento fratres ac sorores pro alacri venientium susceptione. Venientes illi itaque in montem totam diem non in lasciviis, sed in his quae salutem animarum concernunt expendebant. Presbyteri nempe eorum terno functi sunt ibidem officio: doctiores namque ac eloquentiores a summo mane populo per normas diviso, seorsum viris, ac seorsum mulieribus et pueris verbum Dei, et praesertim ea, quae superbiam, avaritiam fastumque Cleri concernebant, sine omni formidine populo alternatim praedicabant, allis pro tunc continue ad auricularem confessionem considentibus: et tertii peractis divinis populum a diescente usque ad meridiem utraque specie, corporis scilicet et sanguinis Domini Christi, communicabant. Ita quod in die Mariae Magdalenae (d. 22. Juli) XLII. millia cum aliquot et XX., virorum, mulierum et parvulorum taliter communicantium fuerunt a Presbyteris computati. Quibus omnibus taliter, ut praemittitur, expeditis vadunt pro corporis refectione ad loca ibidem in monte multipliciter praeparata, et simul in caritate fraterna convivantes, non ad libidinem aut ebrietatem, non ad levitatem et dissolutionem, sed ad majorem et fortiorem Dei servitutem. Ibique omnes sese fratres et sorores appellantes, ditior cum paupere victualia, quae erant praeparata, dividebant. Ibi nihil, quo inebriari posset, permissum fuerat propinari. Ibi etiam nulla chorea, nullus taxillorum et globorum, aut alterius levitatis ludus, non dico seniorum, sed et parvulorum, habebat indulgentiae locum. Ibi denique

Ziska zog ein Haufe von Taboriten nach Prag, und rächte die Unbilden, die dort ihrem Kelche widerfuhren, auf eine

---

nullae contentiones, nulla furta, nullae sonantium fistulae, aut cythararum melodiae, prout hactenus in Ecclesiarum dedicationibus fieri solebat, potuit reperiri: sed omnium, more Apostolorum, fuit unum cor et una voluntas, nihil aliud tractantes, nisi quae forent de animarum salute ac de Cleri ad pristinum, primitivae scil. Ecclesiae, statum reductione. Peracta itaque, ut dictum est, modica corporis refectione, surgunt cum populo Presbyteri ad agendum Deo gratiarum actiones, cum venerabili Eucharistia Tabor montem processionabiliter circumeunt, virginibus sacramentum praecedentibus, et viris ac mulieribus in suis turmis sequentibus, vociferantes et psallentes in canticis, prout videbatur expedire. Hac processione finita, vale sibi mutuo facientes cum suis Presbyteris — veniunt unde exiverunt. Factum est autem, cum supra dicta in longiores partes vulgarentur, coepit numerus venientium de die in diem notabiliter augmentari. Nam non solum jam de Pyska etc. —, sed de Praga etc. —, necnon de multis locis Moraviae pedestres et equestres in Tabor confluebant. — Quapropter — Rex Wenceslaus cum quibusdam inimicis veritatis coeperunt graviter ferre, timentes ne tanta populi multitudo Regem et Archiepiscopum, prout famabatur, pro defensa legis Dei eligerent, et eorum bona velut adversariorum per potentiam, cui resistere non valerent, invaderent ac depopularent (vergl. *p.* 143: Quamobrem Rex Boemiae Venceslaus multum est turbatus, se de regali solio dejici timens et expavescens, Nicolaumque de Hus in locum sui substitui suspicando). Quidam ea de causa ex nobilibus districtius subditis suis sub poena colli et bonorum perditione praecipiunt, ne per amplius ad montem Tabor audeant concurrere. Sed hujusmodi mandatum rustici cum suis mulieribus modicum aut nihil advertentes, potius dimissis omnibus, quae possederant, ad Tabor montem in certis festivitatibus venire nullatenus negligebant, allecti et attracti, prout ferrum attrahit magnes.

blutige Weiſe an dem Rathe der Neuſtadt (30. Juli 1419) s). Als Wenzel gleich darauf ſtarb (16. Aug.), ſo entſtand, da man ſich dem verhaßten Sigismund nicht unterwerfen wollte, völlige Anarchie, welche durch die jetzt hervortretende bedeutende Lehrverſchiedenheit zwiſchen den Prager Huſſiten und den Taboriten noch vermehrt wurde.

Die Prager Huſſiten (Calixtiner, Utraquiſten) gingen über Huß und Jacobellus in ihrer Lehre, welche ſie 1421 in vier Artikeln darlegten, nicht hinaus t). Dagegen war

---

s) *Brzezyna* b. *Ludewig VI. p.* 143. *Aeneae Sylvii hist. Bohem. c.* 37. *init.* Pelzel Th. 2. S. 684 f.

t) *Brzezyna p.* 175 *ss.* Magistri civium, consules et scabini totaque communitas civitatis Pragensis erklärten in dieſem lateiniſch, böhmiſch und deutſch abgefaßten Documente: Notum sit omnibus Christifidelibus, quod fideles in regno Bohemiae instant, et Domino juvante instare proponunt sive per mortem, sive per vitam, quantum est eis possibile, pro articulis infra scriptis: *Primo*, quod verbum Dei per regnum Bohemiae libere et sine impedimento ordinate a sacerdotibus Domini praedicetur. — II. quod Sacramentum divinissimae Eucharistiae sub utraque specie, panis scil. et vini, omnibus Christifidelibus nullo peccato mortali indispositis libere ministretur juxta sententiam et institutionem Salvatoris. III. quod dominium saeculare super divitiis et bonis temporalibus, quod contra praeceptum Christi Clerus occupat in praejudicium sui officii et damnum brachii saecularis, ab ipso auferatur et tollatur, et ipse Clerus ad regulam evangelicam et vitam apostolicam, qua Christus vixit cum suis Apostolis, reducatur. — IV. quod omnia peccata mortalia, et speciatim publica, aliaeque deordinationes legi Dei contrariae in quolibet statu rite et rationabiliter per eos, ad quos spectat, prohibeantur et destruantur. Quae qui agunt, digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed qui consentiunt facientibus, ut sunt in populo fornicationes, comessationes etc. — In Clero autem sunt simoniacae haereses et exactiones pecu-

Böhmen ſeit der Spannung mit der Kirche auch Sammelplatz der anderswo verfolgten Begharden, hier Pikarden ausgeſprochen, geworden. So fand ſich ſchon 1418 eine kleine Gemeinde waldenſiſch Geſinnter in Prag u): bald ſchloſſen ſich

niarum a baptismo etc. — moresque impii et injusti, ut sunt impudici concubinatus, — irae, rixae, contentiones, frivolae citationes, et hominum simplicium pro lubitu vexationes et spoliationes etc. — Quod si aliquis ultra hanc piam nostram et sanctam intentionem aliqua nobis adscribat impudica et enormia, tanquam falsus et iniquus testis a Christifidelibus habeatur etc.

u) ſ. Dobrowsky in d. Abhandlungen der böhm. Geſellſchaft d. Wiſſenſchaften f. 1788. S. 309 f. und das daſelbſt ex Ms. mitgetheilte Fragment des *Brzezynai*. Origo autem et radix hujus maledictae haeresis pervenit ad Boemiae regnum a quibusdam Piccardis, qui anno 1418 Pragam cum uxoribus (et liberis venerunt). Sie müſſen aber ſchon 1417 dorthin gekommen ſeyn, denn die dortige Univerſität erklärt ſich ſchon den 25. Jan. 1417 (d. i. 1418) gegen ſie (d. Pelzel Th. 2. Urkundenbuch S. 163): Sane, quod nimis dolenter referimus, ad audientiam nostri crebris relatibus et clamoribus iteratis est deductum, quomodo nonnulli diversarum communitatum ex erronea et diabolica doctrina in destructionem fidei ac religionis Christianae temere tenent et adstruere conantur, non esse purgatorium, et consequenter quod non sit orandum vel eleemosynandum pro defunctis. Quodque non sint tenendae in Dei Ecclesia imagines, immo asseverant, quamvis false, quod habere Christi et Sanctorum imagines legi Domini repugnaret. Insuper quod benedictiones salis et aquae fontis baptisterii — cum aliis Ecclesiae benedictionibus — errorem saperent. — Et hinc illas cum aliis laudabilibus Ecclesiarum ceremoniis funditus evellere et destruere nituntur. — Supplicamus, ut si ad vos dogmatisatores quicunque praedictorum errorum cum suis falsis sententiis pervenerint, — tamdiu illis liberam denegetis audientiam, quamdiu coram nobis suam docerent sententiam fore justam.

ieſe aber den Taboriten, als den eifrigſten Gegnern der herrſchenden Kirche an v), und verbreiteten unter denſelben ihre Grundſätze mit dem größten Erfolge. Die Taboriten verwarfen demnach alle nicht in der Schrift gegründete kirchliche Lehren, Einrichtungen und Gebräuche mit buchſtäblicher Aengſtlichkeit, ſie verabſcheueten alle weltliche Vergnügungen, ſelbſt ie weltlichen Wiſſenſchaften w): ihr religiöſer Fanatismus,

v) *Thom. Ebendorffer de Haselbach* D. theol. auf der Univ. zu Wien († 1460) *Chron. Austriacum* in *Pezii Scriptt. rerum austr. II. p.* 846: Ibi quoque sumta occasione Waldenses, qui usque latuerunt, suas cervices erexerunt, primum latenter suos inducentes errores, postea vero armata manu defensare et alios ad eosdem nisi sunt compellere.

w) Der Calixtiner *Brzezyna* fährt nach der not. r mitgetheilten Stelle p. 190 ſo fort: Cum haec talia, ut praemittitur, agerentur, et plurimi tam nobilium quam vulgarium sexus utriusque, dimissis vanitatibus, legi Dei operam darent: Diabolus saluti generis humani inimicus per aliquos falsos fratres Presbyteros mundo legis Dei tritico varias errorum et haeresium superseminavit zizanias. — Nam cum eo tempore non esset Rex et Princeps in Israel, ad quem subditi haberent respectum, faciebat unusquisque quod sibi rectum videbatur. Et plurimi Taboritarum Presbyteri, magnam habentes populi confluentiam et adhaerentiam, dimissis ss. doctorum Ambrosii, Hieronymi, Augustini, Gregorii et caeterorum ab Ecclesia approbatorum sententiis, suis de propriis ingeniis elaboratis glossis antiquum et novum interpretati sunt Testamentum, multa falsa et erronea veris immiscentes, per quae facilius corda simplicium poterant ad eorum sententias inclinari. Fundamentum autem omnium malorum sequentium fuit erroneus Scripturarum intellectus. Dicebant namque eorum directores et doctores, quod non oportet doctorum, qui fuerunt puri homines, uti scholarum sententiis, cum Christus Deus et homo sufficienter in novo Testamento expressit omnia, quae cuilibet homini viventi sunt necessaria ad salutem, et quomodo vetus novum, et vice versa novum vetus exponit

von äußern Gefahren bedroht, öffnete ſich aber auch auf ſehr

Testamentum. Ihre Lehre machten ſie 1420 in 14 Artikeln bekannt: I. Nulla scripta aut dicta quorumcunque doctorum a fidelibus sunt tenenda, — nisi quae in canone Bibliae explicite continentur, quia omnes libri talium sunt astutiae Antichristi et abjiciendi, destruendi aut comburendi. II. Omnis homo in eo, quod studet in artibus liberalibus, aut gradus in eisdem accipit, est vanus et gentilis, et peccat contra Evangelium D. N. J. C. III. Nulla decreta ss. Patrum aut seniorum instituta, nullus aliquis ritus, aut traditio humanitus inventa sunt tenenda: sed omnia talia sunt abolenda et destruenda, velut Antichristi traditiones, cum Christus et ejus Apostoli ea fieri nullibi in novo Testamento expresserunt. IV. Ex praedictis concludebant sequentia, quod nullum chrisma, aut sacrum oleum, aut aqua baptismalis sunt consecranda vel sanctificanda. Similiter calix nullus, corporale, ornatus et de aliis rebus in Ecclesia fieri consuetis sunt exorcissanda, benedicenda aut sanctificanda. Similiter nullae horae canonicae sunt dicendae. Nec ritus Missae in ornatu et signis ac ordine dudum ab Ecclesia constituto, nec cantus ecclesiastici sunt tenendi, sed potius tanquam humanae traditiones et legis Dei impeditiva abjicienda et destruenda. V. Infantes non debent cum exorcismis et solitis in baptismate compatribus in aqua ad hoc benedicta et consecrata baptisari. Sed possunt in quacunque unda recenti, et ubi libuerit, baptisari. VI. Omnes libri missales aut cantuales, similiter et viatici et libri hymnorum, et omnis ornatus seu vestes missales, aut alia spiritualia pro peragendis divinis indumenta, monstrantiae et calices, aut cinguli argentei vel aurei, et omnis vestis polymita, et conspersa, aut quovis modo depicta: haec omnia sunt destruenda vel comburenda, magisque licet rusticis in dictis sacris vestibus incedere, et cappas et manicas ex eis facere, quam Presbyteris in eis peragere divina. VII. Confessiones auriculares non sunt curandae aut observandae, nec ad eas peccatores etiam criminales obligantur, sed soli Deo sufficit mente tenus confiteri. VIII. Jejunia quadragesimalia, quatuor temporum, in vigi-

liis, caeteraque humanitus aut consuetudine introducta non sunt a fidelibus observanda, sed pro velle sui beneplaciti unusquisque his diebus comedat, quicquid habet, aut quod sibi apparabit. IX. Dominico die excepto nulla alia festivitas est ex aliquo debito celebranda a fidelibus. X. Omnis Presbyter cum platta et in ornatu vel superpellicio divina peragens, aut Missam ritu consueto celebrans, est sicut illa meretrix, de qua scribitur in Apocalypsi, a fidelibus contemnenda. Sed Missa est ad instar Christi et Apostolorum cum barbis et sine platta in communi veste et sine altari, in quocunque loco contigerit, celebranda. Et sacramentum Eucharistiae alta voce propter adstantes est conficiendum, et ipsum non est elevandum, nec in crastinum est conservandum. XI. Sacerdotes evangelici domos eis ratione eleemosynae pro perpetuo a Laicis concessas aut deputatas non possunt licite inhabitare, nec possunt habere bona temporalia, jure civili ab eisdem subtracto penitus et ablato, nec a taliter habentibus accipienda sunt sacramenta, quamvis jus sic habendi eis esse illicitum notorie recognoscant. XII. Post mortem corporalem animarum fidelium non est credendus locus purgationis aut tenendus, stultumque et inane est pro fidelibus defunctis exorare, aut alia pietatis opera exercere. XIII. Invocationes aut postulationes nostrae, tam mentales, quam vocales, ad sanctos, qui sunt in caelesti patria, pro aliquibus suffragiis sapiunt haeresin aut idololatriam. XIV. Nulla imago nec aliqua similitudo eorum, quae sunt in coelo et terra, sub poena idololatriae est habenda, sed quaelibet talis est tanquam idolum destruenda et comburenda. Quia scriptum est *Exodi* XX.: *non facies tibi sculptile, nec omnem similitudinem.* In den weiteren Erläuterungen ſetzt Brzezyna hinzu, daß ſie ſich für die Verwerfung aller nicht in der Bibel gegründeten Gebräuche berufen hätten auf *Apoc.* 22, 18.: *si quis apposuerit ad haec, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto:* und auf Chriſti Wort gegen die Schriftgelehrten und Phariſäer *Matth.* 15, 6.: *irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras.* Nachdem die Prager ihre 4 Artikel bekannt gemacht hatten (ſ. not. t), ſo ſandte ihnen den 5. Aug. 1421 Taboritarum et omnis advenarum communitas 12 Artikel zu,

erklärliche Weiſe mancherley apocalyptiſchen Schwärmereyen x).

als Grundlage einer fernern Gemeinſchaft mit den Pragern, *Brzezyna p.* 185: II. quod articuli, ad quos Capitanei, consules et communitas consenserunt (die ſo eben mitgetheilten), quia jam dudum sunt per praedicatores proclamati, teneantur et observentur sub poenis promulgatis. III. quod manifesti peccatores — non tolerentur absque poena. IV. quod potationes tabernales — non fiant. V. quod vestes superbas non portent. VI. quod in artificiis et foro provideatur, ne fiant illusiones, spolia, usurae, juramenta, inutilitates et vanitates, doli etc. VII. quod jura paganica et teutonica, quae non concordant cum lege Dei, tollantur, et jure divino ut regatur, judicetur, et totum disponatur. VIII. quod sacerdotes ex parte servent se secundum ordinem divinum et imitationem propheticam et apostolicam. IX. ut magistri subjiciantur regulariter juri divino, sicut et alii fideles Christiani, et suas proscriptiones ut ad voluntatem Dei regulent et in praetorio reponant, ut examinentur juxta legem Dei. X. ut omnes census sacerdotum ad bonum commune convertant, et usurarios destruant. XI. ut adversarios veritatis Dei ex se ejiciant, et profugos et bannitos ne suscipiant. XII. ut Monasteria haeretica destruant et corrumpant, Ecclesias non necessarias, et altaria, imagines patenter et occulte servatas, ornatus superbos, et calices aureos et argenteos, et omnem antichristianam plantationem idololatricam, et simoniacam pravitatem, quae ex Deo, patre coelesti, non est.

x) *Brzezyna p.* 155 z. J. 1420: Item hisce temporibus sacerdotes quidam Taborienses novum Christi adventum praedicabant populo. In quo adventu omnes mali et veritatis aemuli perire debeant et exterminari, et boni duntaxat in quinque conservari civitatibus. — Harum haec sunt nomina Pilzna, quae per ipsos civitas solis est appellata, Zatecz, Luna, Slana et Laatowia. — Quorum sententiis frivolis, tanquam veridicis, multi simplicium zelum habentes secundum Apostolum, sed non secundum scientiam, acquiescentes, bona sua pro levi etiam pretio vendendo, ad ipsos de diversis regni Bohemiae et Marchionatus Moraviae districtibus cum uxori-

Dagegen konnten unter dieſen Taboriten, oder, wie ihre Gegner ſie gewöhnlich nannten, Picarden jetzt nur noch Wenige für

---

bus et pueris confluebant, et pecunias ad pedes ipsorum sacerdotum projiciebant. Ihre Lehrſätze werden p. 203 ss. ausführlich angegeben. Primo, quod in praesentis saeculi consummatione adveniet Christus occulte, sicut fur, novo adventu ad regnum suum reparandum, pro quo oramus: *adveniat regnum tuum*; et in hoc adventu non erit tempus gratiae, sed ultionis et retributionis in igne et gladio. Ita quod omnes legis Christi adversarii debent perire septem plagis novissimis, ad quarum executionem sunt fideles provocandi. — Item in hoc tempore ultionis quilibet fidelis, etiam Presbyter, quantumcunque spiritualis, est maledictus, qui gladium suum corporalem prohibet a sanguine adversariorum legis Christi, sed debet manus suas lavare in eorum sanguine, et sanctificare. Item isto tempore ultionis, quicunque audiverit praedicari vocem Christi, qua dixit: *tunc qui in Judaea sunt, fugiant ad montes*; et qui non exiverit de civitatibus — ad montes corporales, ubi modo Taborienses vel eorum fratres congregantur, ille peccat mortaliter contra praeceptum Christi, et in peccato suo peribit, quia nunc nemo salvari potest a plagis Domini, nisi veniant ad montana. Item hoc tempore ultionis omnes civitates — debent desolari, destrui et comburi, quia jam nec Dominus Deus nec aliquis in eas ingreditur. Item quod fratres Taborienses isto tempore ultionis sunt angeli missi ad educendum fideles de omnibus civitatibus — ad montes, sicut Loth de Sodomis. — Sunt exercitus a Deo per totum mundum missus ad tollendum omnia scandala de regno Christi, quod est Ecclesia militans, et ad ejiciendum malos de medio justorum, et ad faciendum vindictam, — et nationes adversariorum legis Christi et eorum civitates — evertendas. — Item in fine istius consummationis saeculi Christus descendens de coelo manifeste veniet, — ut regnum in hoc mundo assumat, et faciet grande convivium et coenam agni, veluti nuptias sponsae suae Ecclesiae hic in montibus corporalibus. — Item in adventu Christi isto secundo ante diem judicii cessabunt Reges,

die Lehre gewonnen werden, daß Brot und Wein im Abendmale bloße Zeichen ſeyen, und dieſe wurden von den Uebrigen mit dem Ketzernamen Picarden belegt, und vom Tabor vertrieben. Umherirrend verfielen mehrere von ihnen noch dazu in den Irrthum des freien Geiſtes, und wurden Adamiten genannt, aber alsbald (1421) von Ziska ausgerottet y). Ihr

---

Principes, ac omnes Ecclesiarum Praelati; — in hoc regno reparato nullum erit peccatum; — parient mulieres infantulos suos sine dolore et peccato originali (*Isaiae* 66.); — parvuli in hoc regno nati — nunquam morientur, quia mors ultra non erit (*Apoc.* 21.). — Et dicebant hoc fieri cito infra paucos annos, in quibus aliqui ex nobis remanentes vivi videbunt sanctos Dei resurgentes, et inter eos Mag. Johannem Hus, quia abbreviabit Dominus hoc tempus ultionis, accelerando consummationem saeculi propter suos electos. Item isti electi, qui sic vivi relinquentur, ad statum innocentiae ipsius Adae in Paradiso, et ut Enoch et Elias, reducentur. Et erunt absque omni fame et siti, et omni alia poena tam spirituali, quam corporali. Qui etiam sancto connubio et immaculato thoro generabunt carnaliter hic in terris et in montibus filios et nepotes absque omni dolore et perturbatione, et absque omni peccato originali, nec tunc opus erit baptismate fluminis, quia in Spiritu Sancto baptizabuntur, nec ibi erit sanctae Eucharistiae sacramentum, quia novo modo angelico pascentur, non in memoriam passionis Christi, sed ejus justitiae. Brzezyna weiſet dann ausführlich die Schriftſtellen nach, auf welche ſie dieſe Meinungen gründeten, meiſtens aus den Propheten und der Apocalypſe entnommen.

y) Joſ. Dobrowsky, Geſch. der böhm. Pikarden und Adamiten, in den Abhandlungen der böhm. Geſellſchaft der Wiſſenſchaften auf d. J. 1788. S. 300 ff. beſ. die Erzählung des Brzezyna ex Ms. daſ. S. 317 f. *Aeneas Sylvius hist. bohem. c.* 41. fingirt einen Stifter der Pikarden: Pichardus quidam ex Gallia Belgica, transmisso Rheno, per Germaniam in Bohemiam penetravit, und nimmt Picarden für ganz gleichbedeutend mit Adamiten. Die Irr-

Name wurde indeß durch den Haß der Gegner auf die Taboriten überhaupt übertragen.

Die Taboriten fingen gleich nach Wenzels Tode an, Kirchen und Klöſter zu verbrennen, und Prieſter und Mönche zu mishandeln z). Sie zu gewinnen konnte Sigismund nicht hoffen: wohl aber hätte er durch einige Nachgiebigkeit die Calixtiner bewegen können, ihn als König anzuerkennen. Da er aber alle Huſſiten bedrohete, indem er ſogleich durch einen päpſtlichen Legaten einen Kreuzzug gegen die ketzeriſchen Böhmen ankündigen ließ aa); ſo vereinigten ſich auch alle gegen ihn, vertheidigten ſich nicht nur ſiegreich gegen drei Kreuzheere, ſondern fielen ſogar in benachbarte deutſche Länder ein bb). Dabei zeichneten ſich die Taboriten auch durch krie-

---

thümer der Adamiten erzählt Brzezyna nach einem von Ziska an die Prager geſandten Berichte, ex Ms. bei Dobrowsky S. 325 ff.

z) Die Zerſtörungen begannen am Tage nach Wenzels Tode in Prag, *Brzezyna* bei *Ludewig VI. p.* 145 *ss.*

aa) Martins V. Kreuzbulle v. 1. März 1420 in *Cochlaei hist. Hussit. lib. V. p.* 183 und in Schelhorn's Ergötzlichkeiten aus der Kirchenhiſtorie. Bd. 1. S. 607 ff. Mehrere andere aus d. J. 1428 u. 1429 ſ. in *Brown Appendix ad fasciculum rerum expetendarum et fugiendarum p.* 611 *ss.*

bb) vgl. überh. *Brzezyna l. c.* Eberh. Windeck's (Rath des Kaiſers Sigismund) Leben K. Sigismunds Cap. 72. in *Mencken Scriptt. Rer. Germ. I. p.* 1127 *ss. Aeneae Sylvii hist. Bohem. c.* 42 *ss. Cochlaei hist. Hussit. lib. V. p.* 178 *ss.* Theobald's Huſſitenkrieg Th. 1. Cap. 33 ff. S. 148 ff. — *Histoire de la guerre des Hussites et du concile de Basle par Jaq. Lenfant. T. II. Amst.* 1731. 4. *Supplément à l'hist. de la guerre des Hussites de Mr. Lenfant par Isaac de Beausobre. Lausanne* 1735. 4. Jac. Lenfant's Geſch. des Huſſitenkrieges, mit wichtigen das Original berichtigenden Noten von M. Ch. Hirſch. Presburg 1783. 4 Theile 8. Geſchichte des Huſſitenkriegs. Zittau u. Leipzig 1795. 8.

geriſche Tapferkeit aus, zuerſt unter Ziska's Anführung cc), nach deſſen Tode (1424) in zwei Theile getheilt, von denen der eine den großen Procopius zum Anführer hatte, der andere, unter dem Namen der Waiſen, einen Kriegsrath wählte, in welchem der kleine Procopius die erſte Stelle einnahm.

Nach dem unglücklichen Ausgange des dritten Kreuzzuges (1431) erkannten die Gegner der Huſſiten, daß mit Gewalt nichts gegen ſie auszurichten ſey, und das Concilium von Baſel, von demſelben Legaten Julius Ceſarini, welcher jenem Kreuzzuge beigewohnt hatte, geleitet, knüpfte ſogleich Unterhandlungen mit den Huſſiten an dd). Mit den huſſitiſchen

---

cc) Merkwürdige Lebensgeſchichte des Johann v. Trocznow oder ſogenannten Zizka, Heerführer der Böhmen, Prag 1792. 8. Zizka's militäriſche Briefe u. Verordnungen, von K. Ungar, in d. Neueren Abhandlungen d. k. böhmiſchen Geſellſch. d. Wiſſenſchaften. Bd. 1. (Wien u. Prag 1791. 4.) S. 371 ff. Diplomatiſch-hiſtoriſche Aufſätze über Joh. Zizka v. Trocnaw von Max. Millauer. Prag 1824. (bildet auch einen Theil der Abhandl. d. königl. böhm. Geſellſch. d. Wiſſenſch. Neuer Folge Bd. 1. Prag 1827. 8.).

dd) Schon früher waren die Huſſiten auf dieſes Concilium verwieſen worden, aber mit der Aufforderung ſich im Voraus demſelben zu unterwerfen, ſ. die Nachricht von der Unterhandlung Sigismunds mit den Huſſiten in Presburg 1429, in J. G. Schelhorn's Beiträgen zur Erläuterung der Geſchichte, beſ. der ſchwäb. Gelehrten- u. Kirchen-Geſchichte, Stück 3. (Memmingen 1774. 8.) S. 77. Die Huſſiten ſuchten nun in offenen Schreiben an die Fürſten u. Völker ihre gerechte Sache zu erweiſen, ſ. ein Schreiben v. J. 1430 in *Brownii Appendix ad fascic. rerum expetendarum et fugiendarum p.* 632, ein anderes v. Julius 1431 b. *Mansi XXIX. p.* 641 und deutſch in Theobald's Huſſitenkrieg Cap. 73. S. 272 ff., in welchem letzteren ſie ſich namentlich über jene Aufforderung beklagen. Das Einladungsſchreiben des Concils an die Böhmen *dd.* 15. *Oct.* 1431 (b. *Raynald. h. a. uo.* 24. vollſtändig b. *Mansi XXIX. p.* 233 *ss.*) verheißt dagegen: Hic quidquid pertinet ad fidei veritatem, — omni cum diligentia et libertate tractabitur. Li-

Geſandten, welche nach einigem Zögern im Jan. 1433 in Baſel erſchienen, wurde zwar auf dem Concile nur erfolglos disputirt ee): indeß eine ihnen nachgeſchickte Geſandtſchaft des Concils ſchloß mit den Calixtinern d. 30. Nov. 1433 in Prag Compactata ab, durch welche denſelben die vier Prager Artikel, aber mit ſehr bedeutenden Beſchränkungen zugeſtanden wurden ff). Die Taboriten, darüber höchſt unzufrieden, wur-

---

cebit libere omnibus exponere etc. Ein zweites Einladungsſchreiben v. März 1432 (*Mansi XXIX. p.* 415 u. *XXX. p.* 99) verſichert die böhm. Geſandten eines freien Geleites, u. zwar, demüthigend genug für das Concil: promptis et non fictis dabimus animis. Zugleich ſtellte das Concilium einen Salvusconductus (*Mansi XXIX. p.* 417) aus, ſchickte aber Geſandte nach Eger, um dort mit den Böhmen zu verhandeln (Theobald Th. 1. *cap.* 79.), und gab dann nach den Forderungen der letztern einen andern Salvusconductus (b. *Mansi XXIX. p.* 27), in welchem den Böhmen nicht nur alle Sicherheit gegeben wurde, ſondern auch: in loco vel in locis hospitiorum suorum divina officia sine impedimento nostrorum peragere permittimus. Ferner: in generali Concilio — articulos quatuor (ſ. *not. t*) — oreténus aut in scriptis libere poterunt offerre, aut propalare, Scripturis sacris, beatorumque doctorum verbis, sententiis et rationibus eos declarare, adstruere, persuadere, et, si opus fuerit, etiam ad objecta Concilii generalis respondere, aut cum aliquo vel aliquibus de Concilio super eisdem disputare, aut caritative — conferre, opprobrio, convicio aut contumelia procul motis.

ee) Die Reden der böhmiſchen Theologen, unter denen Joh. Rokyzana der vornehmſte war, ſ. in *Martene amplias. coll. VIII. p.* 262 *ss.* u. *Mansi XXX. p.* 269 *ss.* Die Gegenreden der katholiſchen Theologen ſ. in *H. Canisii lectt. ant. ed. Basnage IV. p.* 467 *ss.* u. *Mansi XXIX. p.* 699 *ss.*

ff) Die Acten über die vorangegangenen Unterhandlungen in *Martene ampl. coll. VIII. p.* 596 *ss.* u. daraus b. *Mansi XXX. p.* 590. 631 668. Die Compactata ſelbſt, welche zwiſchen den Legaten des Concils und den Bevollmächtigten per generalis Congregatio

den von den Calixtinern bei Böhmiſchbrod d. 30. Mai 1434

Regni Bohemiae et Marchionatus Moraviae abgeſchloſſen wurde, in *Cochlaei hist. Hussitarum lib. VII. p.* 271 u. in *Leibnitii Mantissa cod. jur. gent. II. p.* 138. In denſelben wurde zuerſt Friede u. Einigkeit, u. Aufhebung der kirchlichen Cenſuren beſtimmt, dann feſtgeſetzt, quod nemo deinceps dictum Regnum et Marchionatum propter praeterita infamare praesumat. Dann über die 4 Artikel (ſ. not. t). Der erſte Artikel der Böhmen heißt hier: *quod communio divinissimae Eucharistiae utilis et salubris sub utraque specie, scil. panis et vini, universis Christifidelibus in Regno Bohemiae, et Marchionatu Moraviae, et locis eis in hac parte adhaerentium constitutis per sacerdotes libere ministretur.* Dieſer Artikel wurde von den Legaten genehmigt, mit den nähern Beſtimmungen: Articulus ille in sacro Concilio discutietur, quoad materiam de praecepto ad plenum, et videbitur, quid circa illum articulum pro veritate catholica sit tenendum, et agendum pro utilitate et salute populi Christiani. Auf jeden Fall ſollen die Prieſter in Böhmen und Mähren auch ferner zur Communion sub utraque specie zulaſſen eas personas, quae in annis discretionis constitutae reverenter et devote postulaverint. — Hoc semper observato, quod sacerdotes sic communicantibus semper dicant, quod ipsi debeant firmiter credere, quod — sub qualibet specie est integer et totus Christus. Ac Legati sacri Concilii — mandabunt universis et singulis, — ut dictis Bohemis et Moravis, utentibus dicta communione sub duplici specie, nemo audeat improperare, aut eorum famae aut honori detrahere. Et hoc idem faciet sacrum Concilium. Der zweite Artikel der Böhmen hieß: *Omnia peccata mortalia, et praesertim publica, per eos quorum interest rationabiliter et secundum legem Dei cohibeantur, corrigantur et eliminentur.* Das per eos quorum interest war den Legaten zu allgemein, und ſie gaben daher dem Artikel dieſe Faſſung: Omnia peccata mortalia, praesertim publica, quantum rationabiliter fieri potest, secundum legem Dei et sanctorum Patrum instituta, sunt cohibenda, corripienda et eliminanda. Potestas autem puniendi criminosos non ad privatas personas, sed ad eos tantummodo pertinet, qui juris-

gänzlich geſchlagen gg), und ſo geſchwächt, daß ſie ſich ruhig verhalten mußten: und die jetzt herrſchenden Calixtiner erkannten Sigismunden, nachdem die Compactaten in Iglau feierlich beſtätigt waren, unter ſichernden Bedingungen als König an (1436) hh).

---

dictionem habent in eos fori, distinctione juris et justitiae ordine observatis. In dem dritten Artikel der Böhmen: *Quod verbum Dei a sacerdotibus Domini et Levitis idoneis libere ac fideliter praedicetur*, war das libere anſtößig, und er wurde deshalb dahin geändert: Quod verbum Dei a sacerdotibus Domini et Levitis ad hoc idoneis, et per superiores (ad quos pertinet) approbatis et missis, libere, non tamen passim, sed ordinate et fideliter praedicetur, salva auctoritate Pontificis, qui est praeordinator in cunctis, juxta sanctorum Patrum instituta. Der vierte Artikel der Böhmen: *Non licet Clero tempore legis gratiae super bonis temporalibus saeculariter dominari*, wurde mit den Einſchränkungen zugelaſſen, 1. quod Clerici non religiosi licite possunt habere et possidere quaecunque bona temporalia, und 2. quod Ecclesia potest licite habere et possidere bona temporalia, — et in eis habere privatum et civile dominium, wobei denn noch bedingt wurde, quod ecclesiastici viri bona Ecclesiae debent fideliter administrare, ipsaque bona Ecclesiae ab aliis non debent detineri vel occupari. Auf Abſtellung der etwaigen, in Beziehung auf die drei letzten Artikel eingeſchlichenen Misbräuche ſollen ſowohl die Congregatio generalis, als auch einzelne Perſonen beim Concilio antragen können. Eine Beſtätigung dieſer Compactaten von Seiten des Concils iſt die *Intentio sacri Concilii super IV. articulis, quam ipsi Bohemi anno Dom.* 1433. *d.* 7. *Dec. observare manuum stipulatione promiserunt* b. *Mansi XXX. p.* 692, welche meiſtens wörtlich jene Beſtimmungen wiederholt, und nur in dem Artikel über das Abendmal eine weitläuftige Vertheidigung der Communion sub una specie enthält.

gg) Gleichzeitige Benachrichtigungsſchreiben über dieſen Sieg b. *Mansi XXIX. p.* 638 *ss. p.* 647 *s.* vergl. *Aeneas Sylvius hist. Bohem. c.* 51. Theobald Th. 1. *cap.* 82. S. 307.

hh) Die Böhmen fühlten wohl, daß die Compactaten noch anderer

nostris audivimus in loco honoris, — curia videlicet Romana, vigere et contrahi, indeque inevitabiles depravationes Christifidelium utriusque status per totum longe lateque orbem insurgere, ut heu jam lamentabile sit videre et audire, naviculam Petri, i. e. totam simul universam Ecclesiam, — jactari nedum — persecutionibus Turcorum et infidelium ad extra, verum etiam intra se quassari, et scindi, dirimique laxatis solutisque clavis unientibus ubique per divisiones, praelia, haereses, peccata, vitia, injustitias, errores et maleficia innumerabilia, ut non improvide timendum sit, eam tandem — a sorbente gurgite damnationis subtrahi. — Attendentes quoque, juxta sacrosanctae Synodi Constantiensis magnae praehabitae providentiam — tot tantisque malis praeter sacrum Concilium nullo modo posse finem pacificum imponi; hoc anno — ad inclytam civitatem Basileensem, quam adhuc indubitatum congregandi Concilii locum cognovimus, ob zelum domus Dei nostri cum mordentibus gravibus fatigationibus et periculis nos recepimus, ibique in cathedrali Ecclesia — Concilium generale — legitime congregandum in nomine, ex parte, et ad laudem tandem — D. N. Jesu Christi, — fidei catholicae reformationem, morum correctionem, scelerum, vitiorum extirpationem, et pacem universalem in populo Christiano procurandam — indiximus. Am 21. Juli fügte er eine Appellation gegen Papſt Sixtus IV. hinzu (p. 368): facturus sermonem ad te, o Francisce de Savona, Ordinis fratrum Minorum, qui cathedram sanctam male ascendisti, maleque nomine Sixtus IV. jam annis XI. occupasti, Apostoli Pauli ad Elimam habitis verbis recte potero exordiri (*Act.* 13, 10.): *o plene omni dolo et omni fallacia, fili Diaboli, inimice omnis justitiae, non desinis subvertere vias Domini rectas*: dolo namque et fallacia non intrans per ostium, sed per Simoniam quasi fur per fenestram proh dolor ingressus es in regimen Ecclesiae sanctae Romanae. Inde facientem desideria Diaboli filium te esse veritas ipsa declarat, cum dicit: *vos ex patre Diabolo estis, et desideria patris*

in die politiſchen Verhältniſſe, nicht nur ſtrafend, ſondern auch weiſſagend, einzugreifen, wurde aber dadurch nur um ſo leich-

---

vestri vultis facere. — Quotiens, o Sixte, intimae compassionis affectu argui injustitias tuas, et non mihi auscultasti! quotiens scelera reprehendi tua, et me despexisti! quotiens praevaricationes tuas tibi objeci, et me subsannasti! Nonne licuit mihi secundum formam Evangelii dicere tibi secrete: cur benedicis et maledicis pro pecunia? cur beneficia vendis? cur gratias spirituales pecuniae aestimatione taxas? — Et cum sollicitudo tua omnium Ecclesiarum esse debeat, ut quid apud, et quasi coram te peccantes non arguis? Cur toleras Sodomitas, sacrilegos, simoniacos, homicidas, officiis et professionibus suis non satisfacientes, — justitiam vendentes, doctrinam malam docentes, virgines stuprantes, sorores incestantes, sub coelibatu pueros procreantes, moniales violantes, — foeneratores, Ecclesias quas deservire nequeunt locantes sub usura, — aliisque vitiis et maleficiis atque dehonestationibus superfluentes? — Inde fit, quod Clerus despicitur, — suscitataque passim inter curiosos Laicos errorum materiae, vel haeresium opiniones — ubique gloriantur, — quod in omnibus castris Cleri non vel vix sit, qui cum eis ad singulare certamen disputationis — descendere ausit, vel saltem incidentem dubitationem pro Laici satisfactione decidere, enucleare, quod taceo haereticum astutum et relatrantem ratione et auctoritate concludere norit. Sicque cum majori scandalo Cleri fit, quod Laici fere plus sapiunt, magis honeste, religiose, justeque se gerunt quam Clerici, qui omnia facta sua quasi pro lege habentes, etiam errores suos per legem Jesu Christi conantur defendere. — Tu vero, Sixte, quando his pastorali sollicitudine obvias? ubi est labor tuus, ubi vigilantia tua, ubi districtio tua? — Cumque hujusmodi, o Sixte, a me pluries tibi cum dolore cordis secrete inter me et te dicta non acceperas, — habui ultra adhibere testes, dixique ea in coetu Cardinalium Ecclesiae, te ad emendationem exhortans. Tu vero, quasi incurabili vulnere, quod omnem medicinam absorbet, saucia-tus, — non accepisti admonitionem meam in cor tuum, ut

ter das Opfer des römiſchen Haſſes (1498) e). Von einem

resipisceres, sed magis magisque irretitus raptabas in animam meam, spiransque minarum et caedis tota die concinnabas dolos, quibus me caperes, tandemque injuste captum et judicatum me libere dimisisti. Igitur ne gravius indies magis magisque Ecclesia per tuas insolentias damnificetur, — jam ultimum superest, ut dicam Ecclesiae. Gegen ihn trat zunächſt *Henricus Institoris* als Inquiſitor in Oberdeutſchland auf. In deſſen Widerlegungsſchrift findet ſich die merkwürdige Stelle (*l. c. p.* 413): Clamat mundus pro Concilio: sed quomodo congregabitur, ubi dispersi sunt lapides sanctuarii ejus, et obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? Cujusmodi reformatio? Dic, ubi obedientia Principum, ubi zelus fidei? Et quia ista deficiunt, quaeso, ex Conciliis cujusmodi reformatio proveniet? — *Ecclesiam per Concilium reformare non poterit omnis humana facultas; sed alium modum altissimus procurabit, nobis quidem pro nunc incognitum, licet heu prae foribus existat, ut ad pristinum statum Ecclesia redeat.*

e) Ueber dieſen zu allen Zeiten ſehr verſchieden beurtheilten Mann ſind die Hauptquellen die Berichte zweier Zeitgenoſſen, der ungünſtige in *Jo. Burchardi diarium Curiae Rom.* (ſ. vor §. 134.) b. *Eccard II. p.* 2087 *ss.* zu welchem die wichtigen Urkunden *p.* 2150 *ss.* gehören, correcter in den Mémoires de Comines éd. de Lenglet du Fresnoy. T. IV. P. II. p. 72, und nach dem Carlsruher Ms. in Paulus aufklärenden Beiträgen zur Dogmen-, Kirchen-, und Religionsgeſchichte. Bremen 1830. S. 281 ff.; und die *Vita H. Savonarolae* von deſſen Freunde *Jo. Franc. Picus*, Herrn v. Mirandola († 1533) abgefaßt, in *Guil. Batesii vitae selectorum aliquot virorum. Lond.* 1681. 4. *p.* 108 *ss.* Eine reiche Sammlung dieſer und anderer Urkunden iſt *Vita R. P. Fr. Hier. Savonarolae auct. J. F. Pico Mirandolae Concordiaeque Principe notis accurata: adjecto ceu mantissa revelationum ejusdem F. Hieronymi compendio: additionibus insuper, actis, diplomatibus, epistolis, scriptorumque monimentis aucta et illustrata* (von dem Dominicaner *Jac. Quetif*). *Paris* 1674. 2 *Tomi* 8. Schon bald nach ſeinem Eintritte in den Orden, in Bologna 1475, fing er

an, die Zukunft zu ſchauen, ſ. *Jo. F. Picus* bei *Batesius p.* 112: Per id tempus divinarum revelationum particeps factus ingruentes et Italiae et aliis regionibus calamitates ad futurae renovationem Ecclesiae praevidit, quanquam non adeo tunc ea extra dubitationem illi paterent, ut omnis ei ambigendi occasio praeriperetur: quod evenit, si prophetiae lumen citra velamen humanae ratiocinationis effulgeat. Etenim adventitio lumine divino partim collustrabatur, — sed duce ratione in eam inclinabat partem, in quam divina quoque visa inducebant. — Consentaneum quippe videbatur, suam ut Ecclesiam Deus eodem perpendiculo, quo semper usus fuerat, metiretur, et obliquos ejus parietes revocaret ad lineam, monitis primum, deinde flagellis pro scelerum varietate diversis. Pontifices summo astu et dolo, necnon simoniaca perfidia supremum aucupari sacerdotium dicebantur palam, sic ut nec quisquam id fere revocaret in dubium. Mox adeptos solium scortis et cinaedis eos auroque coacervando vacare, fama publica circumferebat, atque ad eorum exemplum qui suberant Cardinales et Episcopi sese instituere. Nullus in eis vel modicus Dei cultus, iis eadem vivendi ratio, nullaque religio. Quin etiam ferebatur, eorum aliquos Deum non colere, et in fidei nostrae contemtum et contumeliam pleraque spargere. Sed et plures eorum, qui religiosae addicti vitae, ab institutis se laxioribus secreverant, et traditas regulas profitebantur, unde et sibi cognomen usurpaverunt, ad hypocrisin dilabebantur. Proinde fervorem illum Christianis debitum non modo in universum tepuisse judicabant hi, qui Deum in spiritu et veritate colunt, sed torpuisse penitus et friguisse. Ad haec Principes tyrannicam vim publice exercebant, et qui vexabantur, nihilominus rapinis, stupris, sacrilegiis, concussionibus, adulationibus inserviebant, ut illud sacrum repeti posset, *non esse* videlicet, *qui faceret bonum usque ad unum.* Tantis itaque de causis, propter propheticum etiam spiritum, quo afflabatur, nonnihil de imminente clade pronuntiare coepit, quanquam sacrarum literarum involucris tegebat arcana, ut impuros homines a perceptione mysteriorum arceret, — simul ne visis adhuc ambiguis deluderetur. Hanc ob causam saepissime Deo preces fundere,

et jejuniis corpus macerare, et flagellis atterere, et alios ad id officii cohortari studuit: quo tandem haec divinae clementiae munere extra dubitationem lucideque innotescerent sibi, quae prius ambigue et subobscure monstrabantur. Oranti igitur ipsi et divinas laudes in Ecclesia persolventi, dum — is praesertim versiculus caneretur: *Bonus es tu, et in bonitate tua doce me justificationes tuas:* fugatae a sensu et intellectu omnes tenebrae sunt, et suborta lux, quae dubitationem omnem de futuris quae praeviderat eventis expulit. Mihi enim hoc privatim narravit. — Proinde coepit confidentius praedicere futuras clades, et eis veluti quibusdam adminiculis collabentem et tanquam intermortuum pessimis moribus Christianum orbem instaurandum. Nun wurde er 1489 nach Florenz verſetzt, und fing hier ſogleich mit ſtrafenden und prophetiſchen Predigten über die Apocalypſe an, (p. 114) praedicabat, renovandam sive reformandam Ecclesiam, sed caedendam prius et purgandam flagello gravi, ni poenitentiae partes susciperentur. Anfangs wurden ſeine Weiſſagungen verlacht, bald aber erfüllten ſich einige: adduxerat autem jam in eum nonnihil populi fidem et praedicta nonnullis mors Innocentii VIII. Pontificis, et praevisus ab eo praedictusque Caroli ejus nominis VIII. Gallorum Regis in Italiam adventus, qui jam accelerare ferebatur ad expugnandum Apuliae regnum, et pari voce asseverata Mediceae familiae calamitas et ejus potissimum capitis Laurentii. Is cum eo tempore in republica Florentina princeps esset, sic ut fere omnia ad ejus nutum agerentur, quamquam sub specie civilis instituti, audissetque Hieronymum apertius in tyrannicos usus invehi, eam ut sibi conciliaret multis tentavit: aber alles vergebens. Wahrſcheinlich auch wegen der Pracht und Ueppigkeit der Mediceer. Ueber ſeine Predigtweiſe ſ. *p.* 116: dicendi gratia — copiose abundavit: — quippe cum ipsa linguae celeritas, rerum allatarum sublimitas, magnitudoque, et verborum sententiarumque elegantia prodigio par essent. Pronuntiabat voce libera et acuta, non fervido solum sed ardenti vultu, gestuque venustissimo. Ita vero illabebatur in auditorum aures, immo vero in praecordia, ut attentos eos extra se pene raperet. Et cum vox ipsa nec legentis prorsus esset, nec clamantis, nisi cum

effulminaret in crimina, in ea tamen sentiebatur utrumque, neutrum discernebatur. Proben ſeiner Predigtweiſe ſind *Prediche del Rev. Padre Fra Gieronimo da Ferrara per tutto l'anno in Vinegia* 1540. 8. Characteriſtiſche Auszüge aus denſelben ſ. in Riederer's Nachrichten Bd. 4. S. 335 ff. Sein Anſehen wuchs vornämlich, als ſeine Weiſſagungen von Carls VIII. Einfalle in Italien und der Veränderung der florentiniſchen Verfaſſung 1494 in Erfüllung gingen (der Geſchichtſchreiber *Comines*, welcher mit Carln VIII. nach Florenz kam und den Savonarola beſuchte, ſagt *Mémoires liv. VIII. chap.* 3.: il avoit tousjours presché en grande faveur du Roy, et sa parole avoit gardé les Florentins de tourner contre nous: car jamais prescheur n'eut tant de credit en cité. Il avoit tousjours asseuré la venue du Roy, — disant qu'il estoit envoyé de Dieu, pour chastier les Tyrans d'Italie, et que rien ne pouvoit resister, ne se deffendre contre luy. — Aussi disoit publiquement l'avoir par revelation, et preschoit, que l'estat de l'Eglise seroit reformé à l'espée (d. i. par l'épée)): zugleich wuchs aber auch ſeine Zuverſichtlichkeit, *Picus p.* 115: Eo ipso tempore quo Carolus VIII. Rex Francorum Florentiae morabatur, divina visa coepit confidentissime patefacere. — Multa de imminente clade, multa de reformatione Ecclesiae praedicere, multa de Pontificum et Regum vita dicere, multa de iis, quae passurus erat ob praedicatam veritatem praenuntiare divino jussu palam exorsus est. Indeß war er ſelbſt nicht mit Carls Benehmen in Italien zufrieden (er ließ demſelben durch *Comines* ſagen, ſ. deſſ. *Mémoires l. c.* pour ne s'estre bien aquitté de la reformation de l'Eglise, comme il devoit, et pour avoir souffert, que ses gens pillassent et derobassent ainsi le peuple, — que Dieu avoit donné une sentence contre luy, et en bref auroit un coup de foüet): ſeine weitern Hoffnungen von demſelben waren eitel, vielmehr mußte dieſer Fürſt ſchon 1495 Italien wieder verlaſſen, und die Weiſſagung daß er wiederkehren werde, blieb unerfüllt, ſ. *Mémoires de Comines liv. VIII. chap.* 26.: il a toujours presché publiquement, que le Roy retourneroit derechef en Italie, pour accomplir cette commission, que Dieu luy avoit donnée, qui estoit de reformer l'Eglise par l'espée, et chasser les Tyrans d'Italie, et que au cas qu'il ne fit,

Dieu le puniroit cruellement. Dagegen traten jetzt zahlreiche Feinde gegen ihn hervor. Sein politischer Einfluß auf die neue Staatsregierung gab ihm das Ansehen eines Partheyhaupts: natürlich waren die sich wieder vermehrenden Freunde der Mediceer seine Gegner. Außerdem *Picus p.* 118: Inter omnes vero persequutores Hieronymi hi acerrimi inventi sunt, qui moribus pessimis, et potissimum Ecclesiae praesides, quorum vita foedissima universum orbem foetore repleverat, Florentinique illi cives, qui usurariae pravitati obstinate operam navabant, et vitiorum coeno impensius volutabantur. Illorum libidinem avaritiamque, illorum luxus simoniacasque labes insectabatur, publice privatimque monere solitus, a Babylone (Romam intelligens) fugiendum esse, quoniam — malignus daemon — ipsam flagitiorum omnium sentinam cloacamque effecisset. Monachorum, Monacharumque, et pene Religiosorum omnium contumelias ob id in se conflaverat, quod tepiditatem eorum (ita enim appellabat) et abusus quam plurimos coarguebat, suorumque Praedicatorum fratrum calumnias et insidias expertus est, quoniam congregationem fratrum Etruscam ab ea, quae Cisalpinam incolit Galliam, segregaverat Pontificis Maximi auctoritate, atque illam divino jussu constituerat. — Optabat autem, ut eam vivendi normam tenerent sodales, qua a divo Dominico servata est. Schon 1495 wurde er vom Papste vorgefordert, entschuldigte sich aber mit Kränklichkeit und den von seinen Feinden ihm drohenden Gefahren: auch die Behörden von Florenz verwendeten sich für ihn, s. Auszüge aus ihren Schreiben in *Vie de Scipion de Ricci par de Potter. Bruxelles* 1825. *T. II. p.* 468 *ss.* Endlich 1497 erließ Alexander VI. ein Breve an den Dominicanerconvent in Florenz in *Burchardi diar.* b. *Eccard II., p.* 2151: Sane Hieronymum quendam Savonarolam de Ferraria Ordinis Praedicatorum novitate pravi dogmatis delectatum accepimus, et in eam mentis insaniam Italicarum rerum commutatione deductum, ut se missum a Deo et cum Deo loqui sine ulla canonica attestatione fateatur in populo contra canonicas sanctiones. — Christum praeterea Jesum crucifixum et Deum mentiri, si ipse mentiatur, horrendum certe et execrabile adjurationis genus; extra salutis statum eum esse, qui vanis illius assertionibus non credat; alia dein-

ceps illum non minus inepta facere, dicere et scribere, quae si praetereantur impune, nihil est quod non ausura falsorum Religiosorum temeritas sit, et in corpus Ecclesiae, quod verendum est, vitia sub virtutum specie subintrarent. — Credebamus, — jam advenisse diem, quo de ipso meliora concipere deberemus, ac dolorem, quem nunc usque ex effreni arrogantia et scandalosa separatione a Patribus suis Lombardiae perpessi fueramus, quae subdola calliditate, sicut post cognovimus, perversorum quorundam Fratrum impetrata est, sua humili adhaerentia in laetitiam commutaremus: sed quod dolenter referimus, spe nostra frustrati sumus. Nam licet per literas nostras ipsum in virtute sanctae obedientiae monuerimus, ut ad nos veniret, veritatem ab eo et ab ore suo intellecturos; tamen non solum venire et nobis obedire recusavit, verum etiam in dies ipse acerbiorem magis doloris nobis causam subministravit, impudenter fidelium oculis legenda ingerens, quae solo alias auditu temere profuderat imbibenda. Deshalb beauftragt der Papſt den Generalvicar der lombardiſchen Dominicanercongregation die Schuld des Savonarola zu unterſuchen und zu richten, verbietet dem letztern für dieſe Zeit alles Predigen, und verordnet die Wiedervereinigung der etruſciſchen mit der lombardiſchen Congregation. In ſeiner Antwort an den Papſt *dd.* 19. *Sept.* 1497 (b. *Eccard II. p.* 2153 vollſtändiger in Pauli Beiträgen S. 289) vertheidigt ſich Savonarola gegen jene Beſchuldigungen. Gegen die Anklage me novitate pravi dogmatis delectatum, beruft er ſich auf ſeine oft wiederholte Erklärung, me et omnia mea sanctae Romanae Ecclesiae submittere. — Si quis autem dicat, quod praedicarem futura, nondum est falsum dogma, quia hoc semper fuit in Ecclesia Domini Dei. — Secundo quia in litteris praedictis dicitur, me in eam mentis insaniam Italicarum rerum commutatione deductum, hoc etiam manifeste falsum est, et ab omnibus scitur, quia praeterierunt quinque anni, quibus haec praedixi, vel plures etiam quam decem anni jam sunt. Weiterhin vertheidigt er die Trennung der etruſciſchen Congregation von der lombardiſchen als nicht erſchlichen, behauptet, daß der Generalvicar der letztern wegen der Feindſchaft zwiſchen beiden Congregationen in ſeiner Sache judex summopere suspectus ſey, ſucht den päpſtl. Befehl, ſich mit

der lombardiſchen Congregation wiederzuvereinigen, als erſchlichen darzuſtellen, und erklärt zuletzt: ego paratus, sum in omnibus emendare me ip·um, ubicunque erro, et publice coram populo universo omnia errata mea revocare. Dignetur Sanctitas Vestra mihi significare, quid ex omnibus, quae scripsi vel dixi, sit revocandum, et ego id libentissime faciam, nam et hac vice et semper, sicut saepius dixi ac etiam scripsi, me ipsum et omnia mea dicta et scripta subjicio correctioni sanctae Romanae Ecclesiae et Sanctitati Vestrae. Darauf erwiderte der Papſt gnädiger *dd.* 16. *Oct.* 1497 (b. *Eccard II. p.* 2152), und lud ihn vor ſeinen eigenen Richterſtuhl, wiederholte aber das Verbot, vor gefälltem Urtheile zu predigen. Savonarola gehorchte dieſem Verbote nur eine Zeitlang: als er aber wieder zu predigen anfing, erhoben ſich Päpſtlinge, Mönche und ſeine politiſchen Gegner zum entſcheidenden Schlage. Es erfolgte der Bann: *Jo. Poggius, Secretarius Camerae Apost.* ſchrieb Refutatorium errorum Fratris Hier. Savonarolae: *Jo. Fr. Picus* dagegen eine *Apologia pro Hieron. Savonarolae viri prophetae innocentia* (in *Goldasti Monarchia II. p.* 1635 *ss.*). Da ganz Florenz mit Kirchenſtrafen bedroht wurde, ſo mußte Hieronymus das Predigen wieder einſtellen: dagegen predigten ſeine Ordensbrüder für ihn, andere Mönche gegen ihn. Endlich bot ein Franciscaner einem Dominicaner die Feuerprobe an: die ſchriftlich feſtgeſtellten Streitpuncte waren (*Jo. Burchard* b. *Eccard II. p.* 2088): Conclusiones rationibus ac signis supernaturalibus probantur. Ecclesia Dei indiget renovatione. Flagellabitur, renovabitur. Florentia quoque post flagella renovabitur et prosperabitur. Infideles convertentur ad Christum. Haec autem omnia erunt temporibus nostris. Excommunicatio nuper lata contra Rev. Patrem Hieron. Savonarolam nulla est: non servans eam non peccat. Statt der Feuerprobe kam es nur zu Mönchsgezänk: beide Theile ſchoben nachher die Vereitelung derſelben den Gegnern zu. Indeß gleich darauf ſtürmte der Pöbel das Dominicanerkloſter, und Savonarola wurde mit mehreren Ordensbrüdern verhaftet, und gefoltert. Zwei römiſche Abgeordnete ließen ihn von neuem foltern und endlich den 23. Mai 1498 nebſt zwei Ordensgenoſſen aufhängen und verbrennen. Nach der Behauptung ſeiner Feinde ſoll er ſich auf der Folter als Betrüger bekannt haben (ſ. *Burchard* b. *Eccard*

beſchränkteren mönchiſchen Standpuncte beurtheilte der Franciscaner Johannes Vitrarius in Tournay das kirchliche Verderben, verſtand ſich aber zum Widerrufe (1498) f). Alle

II. p. 2095): ſeine Freunde bezeugen ſeine Standhaftigkeit (*Picus b. Batesius p.* 130 *ss.*), und behaupten, daß doppelte Acten, ächte und verfälſchte, über die Verhöre vorhanden ſeyen, ſ. *Jac. Quetif ad Jo. Franc. Pici vitam Savon. ad cap. XVII.* und *Theoph. Spizelii infelix literatus p.* 665. Die Urtheile über Savonarola ſind ſtets ſehr verſchieden geweſen: durch das Gewicht der Dominicaner iſt in der kathol. Kirche ſpäter ein günſtiges Urtheil über ihn vorherrſchend geworden, ſo daß *Dan. Papebrochius* (*Acta SS. Maji T. V. p.* 234) ſelbſt ungewiß war, ob er ihn als beatus mit aufzunehmen habe: im Dominicanerkloſter in Florenz war ſeine Zelle in eine Capelle verwandelt (ſ. *Vie de Scipion de Ricci par de Potter. T. II. p.* 467). Vergl. darüber *J. F. Buddei retractatio dissertationis de artibus tyrannicis Hier. Savonarolae* in deſſ. *Parerga historico-theologica p.* 321 *ss.* Unter den Schriften des Savonarola ſind außer ſeinen Predigten auszuzeichnen: *Triumphus crucis Florent.* 1497. 4. eine Apologie des Chriſtenthums, *De simplicitate christianae vitae libb. IV.* 1496. *Expositio orationis dominicae.* Grundzüge der Theologie des Hier. Savonarola von D. F. W. Ph. v. Ammon in Winer's und Engelhardt's Journal der theol. Literatur. Bd. 8. S. 257 ff.

f) Seine von der Sorbonne verdammten Sätze bei *d'Argentré Collectio judiciorum de novis erroribus I., II. p.* 340: Il vaudroit mieux couper la gorge à son enfan, que de le mettre en Religion non reformée. — Quiconques oüoit la Messe d'un Prestre tenant une femme en sa maison, peche mortellement. — Minus malum est homicidium, quam peccatum carnis. — Se ton Curé, ou aucun Prestre, tiennent femmes en leurs maisons, vous devez aller en leur maison et par force tirer la femme, ou autrement, confusiblement hors de sa maison. — Le Chant de Musique, que on chante à nostre Dame, n'est que de paillardise et provocation de paillardise. — Die Sätze gegen den Ablaß ſ. oben §. 147. not. ee. — Horae b. Mariae non debent dici Saecularibus. — Sancti non sunt

dieſe Männer erwarteten noch von neuen Geſetzen und Einrichtungen Abhülfe: tiefer ſchon ſah der Carthäuſer Jacobus in Erfurt, wenn er die Maſſe abergläubiſcher Meinungen und Gewohnheiten beklagte g), und der Magiſter der Sorbonne Johannes Laillier, wenn er (1484 ff.) die Verderblichkeit der hierarchiſchen Zwangsherrſchaft erkannte h): denn eben durch

---

rogandi. — Il y a aucuns, qui dient aucunes Oraison de la Vierge Marie, à fin que à l'heure de la mort ils puissent veoir la Vierge Marie (vergl. Abth. 2. §. 78. not. h). Tu verras le Diable, non pas la Vierge Marie. — Il vaudroit mieux à une femme mariée rompre son mariage, que de rompre son jeûne.

g) ſ. oben §. 145. not. a.

h) In einer öffentlichen Disputation hatte derſelbe 1484 behauptet (*d'Argentré I., II. p.* 308): Petrus non habuit a Christo potestatem supra alios Apostolos, neque primatum. Omnes hierarchisantes aequalem potestatem acceperunt a Christo ita, quod Curati sunt aequales in potestate, regimine et jurisdictione. Summus Pontifex non potest remittere viatoribus totam poenam eis debitam ratione peccatorum suorum virtute indulgentiarum, etiamsi juste et rationabiliter dentur. Abbates, Priores, et alii Praelati Religiosorum non absolvunt suos Religiosos in virtute clavium, sed ex sola consuetudine. Confessio non est de jure divino. Si vultis, quod ego loquar de summo Pontifice, ego vastabo totum. Simplices sacerdotes sunt inutiles. Confessi Religiosis mendicantibus, praesentatis et acceptatis secundum formam Decretalis *Dudum* etc., non sunt absoluti et tenentur eadem peccata confiteri Curato. Summus Pontifex Johannes XXII. non potuit condemnare de Poliaco, nec facere Decretalem *Vas electionis* (Abth. 3. §. 114 not. c). Quod decreta et decretales summorum Pontificum non sunt nisi truphae. Ecclesia Romana non est caput aliarum Ecclesiarum. Unus hierarcha erat major altero in bonis temporalibus, vel forsan in virtutibus, et non in potestate hierarchisandi. Vom J. 1486 iſt ein neues

dieſe Verkehrung zu einem äußerlichen Geſetze hatte die Reli-

---

Verzeichniß von Irrlehren vorhanden, welche Laillier dem Volke geprediget hatte (*l. c. p.* 308 *ss.* vergl. *p.* 311 *ss.*): I. Vous devez garder les Commandemens de Dieu et des Apostres: et au regard du commandement de tous ses Evesques et autres Seigneurs d'Eglise, tout autant que de paille, ils ont destruit l'Eglise par leurs vaverferies. II. Aucuns ont presché de ung Saint, qui est au lieu d'où Lucifer trebuchea (ſ. *Johannes Mercator* oben §. 141. not. l). Tels prescheurs gastent tout, et depuis qu'ils ont esté instituez, jamais l'Eglise de Dieu ne prosperera. Ils feront tant, que quand la matiere sera bien discutée, on trouvera que celuy, qu'ils reputent Saint, n'est pas au lieu où étoit Lucifer, mais est au lieu, où actuellement est Lucifer: et ainsi que Pluto, dieu infernal, tient Proserpine entre ses bras, ainsi Lucifer tient cette ame. III. Les Saints riches et pecunieux sont maintenant canonisez, et les pauvres delaissez. Par quoi je ne suis pas tenu de croire tels estre Saints. La raison: si le Pape reçoit certaine somme de ducats, on monte sur vingt echaffaux à Rome pour le canoniser etc. — Depuis le temps de St. Silvestre nul des Confesseurs a esté justement canonisé. IV. Se ung Prestre estoit marié clandestinement, et venoit à moy à confesse, je ne luy enjoindrois point de penitence. V. Les Prestres de l'Eglise Orientale ne pechent point en soy mariant, et croy, que ainsy ne ferions nous en l'Eglise Occidentale, se nous nous marions. VI. En ung conseil depuis quatre cents ans fut interdit aux Prestres soy marier de ung Pape ou d'un Papillon. Je ne sçay s'il le povoit faire. VII. Je donneray deux blancs à celuy, qui me produyra aucun passage de l'escripture, par lequel soyons obligez a jeusner le Caresme. VIII. A b. Sylvestro citra Ecclesia Romana non est amplius Ecclesia Christi, sed Caesaris et pecuniarum. (Laillier bemerkt darüber in ſeinem Widerrufe p. 312: Et ay dit ces paroles en recitant l'opinion d'un grand Docteur, comme Wiclef, que croyois, ainsi que ay affermé par serment, estre Catholique, et n'avoir esté reprouvé par l'Eglise). IX. On n'est point plus tenu de croire aux Legendes des Saincts, que aux Cro-

gion ihre wahre Kraft verloren. In Deutschland aber wirkte theils der zu innerer Religiosität mehr hinneigende Volkscharacter, theils die Anregung durch die Hussiten i), daß bereits

---

nicques de France. Außerdem notirte die Sorbonne noch den Satz: Simplex Sacerdos potest ita bene consecrare Chrisma et sacros Ordines conferre, sicut Papa, vel Episcopus: et omnes sacerdotes sunt aequalis potestatis, tam Ordinis quam jurisdictionis, tantamque auctoritatem habet Thomas apud Indos, quantam Petrus apud Romanos. Der Bischof von Paris nöthigte ihn die Propositionen von 1486 in demselben Jahre zu widerrufen (*l. c. p.* 310 *ss.*), und absolvirte ihn dann. Die theologische Facultät, welche zur Untersuchung nicht zugezogen war, erklärte den Widerruf für unvollständig und die Absolution für voreilig, und appellirte an den Papst (*p.* 313 *ss.*), der alsdann eine neue Untersuchung verordnete (*p.* 318 *ss.*).

i) *cf. Epist. Juliani Card.* §. 132. not. f. Ferner die Eiferer gegen den Ablaß §. 147. not. ee. Daß sich hussitische Missionarien weit in Deutschland verbreiteten, erhellt auch aus dem Verhöre des Johann von Wesel (not. o). Dieser wurde des Verkehrs mit einem Nicolaus de Bohemia vel Polonia beschuldigt, dem er auch einen tractatus super modo obligationis legum humanarum gewidmet haben sollte: er gestand selbst ein, se cum eodem Nicolao fuisse conversatum de medicinis, et de communione sub utraque specie in Moguntia et Wesalia: addidit, quod istum Nicolaum vicisset ex Evangelio. Insbesondere erhielt Nicolaus Rus, Priester und Magister der Theol. in Rostock, um 1510 von umherreisenden böhmischen Brüdern die erste Anregung, welcher (s. *Flacii Catal. test. verit. ed. Francof.* 1666. *p.* 840 u. *Chytraei Saxonia*) in niederdeutscher Sprache *de triplici funiculo*, eine Erklärung des Symbolum, Decalogus und Vater unsers schrieb, in welcher er viel gegen den Papst behauptete, unter andern folgende Sätze: indulgentias esse meram deceptionem piorum, et quaestum: veras indulgentias contingere a solo Deo gratis propter Christum omnibus vere poenitentibus: Papam non eam potestatem habere, quam ei multi tribuant, nec audiendum, nisi recta praecipiat: Sanctorum ossa non esse adoranda, Sanctos non esse invocandos: Spirituales debere dare cen-

Mehrere noch tiefer eindringend, die Quelle des Uebels in dem Verderben der Lehre erkannten, und auf die heilige Schrift als die reinſte Quelle derſelben zurückzugehen anfingen k). Solche Erſcheinungen, von den Huſſiten angeregt, zeigen ſich beſonders in Franken 1): die große Zahl von Ausgaben deut-

---

sum, et subesse Magistratibus. Außerdem reprehendit traditiones humanas, varios abusus et superstitiones. Inprimis vero gravissime insectatus est Spiritualium turpissimam vitam et officii neglectionem: dicit eos Antichristi ministros esse. Er wurde mit ſeinen Anhängern vertrieben, hielt ſich zuerſt in Wismar auf, kam dann nach Roſtock zurück, und flüchtete zuletzt nach Liefland.

k) So ſchreibt *Jo. Trithemius* dem Pariſer Theologen *Carolus Bovillus* i. J. 1505 (ſ. *Trithemii opp. hist. ed. Marqu. Freherus. Francof.* 1601. *fol. P. II. p.* 476): Nunquam mihi placuit quorundam curiositas, qui humana commiscent divinis, et sacram Scripturam, quae et pura et sibi sufficiens est et nobis, gentilium loquacitate commaculant. Contra quos b. Hieronymus in epistola loquitur ad Damasum Papam: *De Scripturis disputantem non decet Aristotelis argumenta conquirere etc.* — Scriptura enim Dei manifesta est, testimonium Dei lucidum est, sapientiam praestans parvulis. Non egent literae divinae plicis, non involucris, non replicis, quia haec non sapientiam praestant parvulis, sed eorum animos in confuso relinquunt, et per omnem vitam mentes hominum aberrare compellunt.

1) Friedrich I. Churf. zu Brandenburg, ernannte ſchon 1415 einen Prediger für das Stift St. Gumbert zu Onolzbach mit der Weiſung, das göttliche Wort vorzüglich nach der heil. Schrift zu lehren, und ſich der römiſchen Kirchenceremonien ſo viel als möglich zu enthalten, ſ. Jäck Materialien zur Geſchichte und Statiſtik Bambergs. Th. 2. (Bamberg 1809) S. 111. — Huß fand bei ſeiner Durchreiſe nach Coſtnitz in Nürnberg eine ſehr gute Aufnahme, ſ. ſein Schreiben an die Böhmen in Theobald's Huſſitenkrieg. Nürnberg 1621. Th. 1. S. 40 f. — Der Rath von Bamberg ließ ſpäter allen Männern einen Eid gegen die huſſitiſche Ketzerey abnehmen, ſ. denſ. in Joſ. Hel-

ſcher Bibelüberſetzungen deutet aber auf ein allgemeineres neu erwachtes Bedürfniß m). Nächſt der Bibel waren es beſonders die Schriften des hochgefeierten, aber in der That von der Kirche vielfach beſeitigten Auguſtinus, aus welchen jene Richtung ſich nähren konnte: und durch dieſe wurden beſonders drei Männer auf die Bahn geleitet, auf welcher ſie die Vorläufer der großen Reformation des ſechszehnten Jahrhunderts wurden. Johann von Weſel n) griff als Doctor der Theologie in Erfurt, dann als Prediger in Worms die die Hierarchie ſtützenden Irrthümer an, und wies auf die heil. Schrift als Quelle des Glaubens zurück, mußte aber in Mainz widerrufen (1479) o), und ſein Leben im Gefängniſſe beſchließen († 1482).

---

ler's Reformationsgeſchichte des ehem. Bisthums Bamberg. Bamberg 1825. S. 11. Mehrere ähnliche Erſcheinungen des 15. Jahrh. ſ. bei Heller a. a. O.

m) ſ. §. 146. not. n.

n) eigentlich Johann Richrath aus Oberweſel. vergl. über ihn: Joh. Weſſel ein Vorgänger Luthers von D. C. Ullmann. Hamburg 1834. S. 109 ff.

o) Die Veranlaſſung zu dem Verfahren gegen ihn ſoll nach *Wigandi Wirt.* (ſ. §. 145. not. u) *dialogus apologeticus* ſein Verkehr mit den Huſſiten (ſ. not. i) gegeben haben. Jener ſagt (*Walchii monum. medii aevi Vol. II. fasc. 2. Praef. p. XVII*): tractatus, manu Wesaliensis conscriptus ad Bohemiamque mittendus, quem tuus ille magister, Joannes quippe, quasi fidei regulas isti Nicolao Bohemorum nuntio tradiderat, discipulum captivitati, magistrum vero inquisitioni tradidit. Indeß könnte der wüthende Dominicaner, mehrere Jahre nachher, ohne beſondere Nachrichten, dieß aus den vorhandenen Acten erſchloſſen haben. In der That ſprechen aber dieſe dagegen, da ſie auf jenen Verkehr zu wenig Gewicht legen. Es ſind: *Paradoxa D. Jo. de Wesalia, damnata per Magistros nostros haereticae pravitatis Inquisitores de Ord. Praedic., M. N. Gerhardum Elten de Colonia et M. N. Jacobum Sprenger anno 1479 Moguntiae*, und *Examen magistrale ac theologicale D. Jo. de Wes.* (Acten der Procedur gegen ihn)

visibilis forma, sic quod ipsius imaginem gerat et causa existat auf die Auguſtiniſche zurückgeführt haben: est invisibilis gratiae visibilis forma. *p.* 143 *ss.* in den Stellen Matth. 16, 19. 18, 18. *quodcunque ligaveritis etc.* ſeyen der Kirche keineswegs claves jurisdictionis übertragen, ſondern nur das Recht, den unverbeſſerlichen Sünder von ſich auszuſchließen: *p.* 146: jurisdictio, quae est in Ecclesia, secundum quam principes dominantur subditis, et leges indicunt eis, est a gentilitate sumpta et Christi verbo vetita (*Matth.* 20, 26.). Jurisdictio itaque, quae nunc est in Ecclesia, est ab hominibus instituta, ut sentit b. Hieronymus in epistola ad Evandrum et in expositione epistolae ad Titum (ſ. Bd. 1. §. 30. not. a). Ex his sequitur, quod pueriliter sentiunt, qui dicunt, indulgentias dari ex vi clavium jurisdictionis. *p.* 152: tales remissiones, vocatae indulgentiae, sunt piae fraudes fidelium, ut dixerunt multi presbyteri, et signanter quidem Cantor Parisiensis; es ſind fraudes, quia fideles peregrinantur ad sancta loca, afferunt eleemosynas ad pias causas — opinione, quod liberentur per ea ab omnibus poenis, — et in hac opinione decipiuntur. — Et quia contingit, fideles talia facere opera in caritate Dei, erunt ipsa opera meritoria vitae aeternae et augmentatoria gradus gloriae, ideoque sunt piae et utiles. Dann p. 153 *ss.* über die Unfehlbarkeit der Kirche. Quia in Ecclesia universali continetur Ecclesia Christi fundata super petram, — et haec Ecclesia Christi est sancta et immaculata, — ideoque in ea non est error; — haec erit vera locutio: Ecclesia universalis non errat. Zugleich ſey aber auch der Satz richtig: Ecclesia universalis errat. — Sic et hodie vere dicitur: Ecclesia est peccatrix, est adultera. Eine Beweisführung, welche von jener heiligen Kirche auf das Ganze ſchließe, ſey unrichtig, quia ex particularibus procedit. — In dem Obigen iſt ſchon ausgeſprochen, daß Johannes der Hierarchie nicht göttliche Einſetzung zuſchrieb: ihre Pflichten und Rechte entwickelt er weitläuftig in ſ. *Tract. de potestate ecclesiastica* in *Walchii monim. medii aevi II., II. p.* 118. Zum Verſtändniß mehrerer von ihm im Examen behaupteter ſcheinbar widerſprechender Sätze iſt der in jenem *Tractatus* gleich vorn aufgeſtellte Grundſatz von Wichtigkeit, ferendam esse quorumcunque magnatum tyrannidem, et impe-

riis temere non esse reclamandum, quatenus ratio Evangelii per tolerantiam afflictionum non periclitetur. So erklärt ſich ſeine in den Paradoxis vorkommende Behauptung: Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit; sic scilicet, quod velit potestatem non esse. So läugnete er auf der einen Seite im Examen XIV. quod Apostoli habuerunt auctoritatem a Christo condendi canones, aut instituendi aliquas leges (cf. *De potest. eccl.* bei *Walch II.*, *II. p.* 133: Qua nunc audacia — Apostolorum successores — mandant observandum, non quod Christus in literis sacris, sed quod ipsi ex sese vel quaestus gratia huc impulsi, aut imperitandi libidine affecti, praecipiunt: Si ne ipsis quidem Apostolis licuit extra praecepta Dei quicquam docere, cum dicat Dominus: *docentes eos servare, quaecunque praecepi vobis!*) und erklärte demgemäß XXIV. nullum esse peccatum mortale, nisi quod Canon Bibliae dicit esse mortale. Eben ſo XXVIII. Si vicarius significat aliquem, qui in absentia principalis habet facere opera principalis, tunc Christus non habet vicarium in terris. Dennoch bejahete er die Sätze XI. Romanam Ecclesiam esse caput omnium aliarum Ecclesiarum, XII. quod Romanus Pontifex sit Christi vicarius, et necessarium esse unum caput Ecclesiae, XVI. differentiam esse inter Episcopum et sacerdotem, und gab XV. zu, daß die Geſetze der Hierarchen verbindlich wären, nämlich quod transgredientes legem humanam sic assumptam, peccent mortaliter. Demnach erklärte er auch XXI., über die Verbindlichkeit der continentia Clericorum und die septem horae canonicae befragt: quod, quia susceperunt, etiam ad mandatum Ecclesiae teneantur. Indeß konnte er dieß alles nur für menſchliche Einrichtungen halten, und predigte demnach (ſ. *Paradoxa*): Christus nunquam instituit aliquod jejunium, nec prohibuit quemcunque cibum quocunque die, sicut carnes. Christus nullum festum praecepit celebrare. Item nullam orationem docuit, nisi dominicam, neque mandavit sacerdotibus canere vel legere septem horas canonicas. Si quis confiteatur, injungitur illi ardua poenitentia, ut peregrinetur Romam, vel ad alia remotiora loca, strictum jejunium, quod dicat multas orationes. Quod Christus non fecit, sed solum dixit: vade, noli amplius peccare. Sic gravata est Christia-

nitas per humanas leges et constitutiones. Aber anſtößigen Ungehorſam wollte er nicht, *De potest. eccl.* bei *Walch II.*, *II. p.* 144: Si offensio proximi timeatur per hanc inobedientiam, profecto quatenus obtemperare licebit imperantibus non periclitante veritate, nefas fuerit non obedire: non quia hoc praeceptum ab homine proficiscitur, sed quia expostulat caritas. Sein Urtheil über die Kraft der Kirchengebräuche ergiebt ſich von ſelbſt: ſ. *Examen die Martis*: Interrogatus, quid sentiat de consecratione et benedictione altarium, calicis, ornamentorum, cereorum, palmarum, herbarum, aquae benedictae, et aliarum rerum inanimatarum etc., credit, quod nihil virtutis spiritualis et efficaciae habeant ad effugandum daemones, et pro remissione venialium peccatorum. Credit etiam, quod aqua benedicta non habeat majorem efficaciam, quam alia aqua non benedicta etc. Eigenthümlich war ſeine Lehre von Sünde und Gnade. Sie war weſentlich auguſtiniſch: in den *Paradoxis* kommen die Sätze vor: Deus ab aeterno condidit librum, in quem scripsit omnes suos electos: quicunque autem in eo non est scriptus, nunquam inscribetur in ipsum in aeternum, et qui in eo scriptus est, nunquam ex eo delebitur. — Sola Dei gratia salvantur electi. Et quem Deus vult salvare, donando sibi gratiam, si omnes sacerdotes vellent illum damnare, aut excommunicare, adhuc salvaretur ille. Et quem Deus vult damnare, si omnes — vellent hunc salvare, adhuc iste damnaretur. Und demgemäß erklärte er auch im *Examen die Martis*, quod Deus potest conferre gratiam habenti usum rationis absque omni motu liberi arbitrii. Opinatur, quod b. Paulus in sua conversione nihil fecit suo libero arbitrio pro sua conversione. — Sola Dei gratia salvantur electi. Wenn er dagegen am Montage als ſeine Meinung zugeſtanden hatte, nullum esse peccatum originale in parvulis jam conceptis in utero materno: ſo dürfte wohl zum Grunde liegen, daß nur der habens usum rationis der Sünde, wie der Gnade fähig ſey. Als eigenthümliche Meinungen des Johannes ſind noch auszuzeichnen *Examen die Lunae* VII. quod sacra scriptura non dicat, quod Spiritus Sanctus procedat a filio, aut ab utroque. VIII. falsum esse in symbolo Athanasiano hunc versum: *nam sicut*

anima rationalis et caro unus est homo, ita Deus et homo unus est Christus. XIX. quod corpus Christi possit esse sub specie panis, manente substantia panis. Urtheil des Johannes Weſſel über unſern Johannes in deſſen *Epist. ad Ludolphum de Veno* (*Opp. ed. Groning.* 1614. *p.* 920 *s.*): Audisti periculum venerabilis illius viri, Mag. Jo. de Wesalia, cujus tametsi, ut crebro ex me audisti, exorbitantes illae et populo scandalosae absurditates displiceant, eruditio tamen et peracre ingenium ejusmodi est, ut virum illum nequeam non amare, aut casibus ejus non condolere. O quantum profuisset illi, nostro more, ut saepe inter nos Parisiis recensui, ante tum Realium tum Formalium exercitatum studia transegisse, et ita demum non incautum, non inopinum, sed velut ex arce et specula futuros insultus providisse. — Saepe ego veritus in eo inconsideratam et temerariam ejus locutionem, quae licet scholasticae subtilitatis, et fortassis nonnunquam aliquid catholicae veritatis haberet, ea tamen in vulgus indoctum, et non capacem plebem proferri cum gravi simplicium scandalo prorsus odiosum. Solche anſtößige dem Volke gepredigte Sätze, wie Weſſel ſie meint, ſind z. B. in den *Paradoxis*: Si s. Petrus instituisset jejunium, forte ideo fecisset, ut eo melius pisces suos vendidisset. Sacrum oleum est sicut aliud oleum, quod comedis domi in offa. Ich verachte den Bapst, die Kirche und Concilia, und lobe Christum. In dem Verhöre wurde ihm auch no. XX. vorgeworfen, in Wisbaden gepredigt zu haben, quod videns venerabile sacramentum Eucharistiae videat Diabolum, indeß glaubte er es nicht. Das Verfahren gegen ihn war um ſo grauſamer, als er bereits ein ſchwacher Greis (*Examen die Lunae* XX.: prae senio et debilitate vix celebrare poterat) und lange krank geweſen war. Höchſt merkwürdig iſt das Urtheil des bei dem Verhöre ſelbſt zugegen geweſenen Berichtserſtatters am Schluſſe dieſes Berichts: Magister Jo. de Wesalia longo tempore gravi morbo laboravit, nihilominus inquirebatur ab eo satis fervide. Quaedam negavit se dixisse, quaedam ut prae aetate et languore potuit conabatur interpretari, et ipse per sese etiam allegabat suam diuturnam infirmitatem. Dempto solo articulo de processione Spiritus Sancti, in aliis videtur non ita gravi censura fuisse castigandus, si induciae datae fuissent,

Dagegen durfte Johann von Goch p), Prior eines Nonnenkloſters zu Mecheln († 1475), indem er vorzugsweiſe die chriſtliche Freiheit als die Seele aller chriſtlichen Tugend geltend machte, ähnliches unangefochten lehren q), und

---

si consultores ei fuissent adhibiti, si non omnes uno solo dempto fuissent de via Realium. Et nisi forsitan impetus quidam irrepsisset in Religiosos triumphandi de Saecularі, et praesertim de eo, qui illorum Thomam peculiariter non coluerat, forsitan poterat cum eo mitius — benigniusque actum — fuisse. Deum testor, qui omnia novit, hunc processum, qui cum eo servatus fuit usque ad revocationem et librorum suorum exustionem, vehementissime displicuisse Mag. Engelino de Brunsvico, maximo Theologo, et Mag. Johanni Keisersbergio, duobus utique viris (beide damals Prediger in Strasburg) cum doctis, tum integris. Praecipue Mag. Engelino visum fuit nimis praecipitanter cum tanto viro actum esse. Immo non verebatur asserere, multos articulos ejus et majorem partem posse sustineri. Nec obticuit de simultate Thomistarum contra Modernos, et de gaudio triumphandi Religiosorum contra Saeculares. Quis nisi ipse Diabolus seminavit illam zizaniam inter philosophos et inter theologos, ut tanta sit dissensio — inter eos, qui Thomam, qui Scotum, qui Marsilium imitantur, adeo ut, si universalia quisquam realia negaverit, existimetur in Spiritum Sanctum peccavisse! — Unde haec caecitas mentis, nisi a Diabolo! qui, ne utiliora, ne honestiora, ne moribus, virtutibus et saluti animarum conducentia discamus, phantasias nostras illudit, et trahit ad res minus salutares, et ad gelidas harum intentionum speculationes, quibus neque ad Deum devoti reddimur, neque ad proximi dilectionem inflammamur. Et ideo minus aedificamus in Ecclesia Dei, neque fervor Christianorum videtur augeri, sed indies diminui.

p) Johann Pupper aus Goch bei Cleve. Ueber ihn ſ. *Walchii monim. medii aevi fasc. IV. Praef. p. XIII ss.* und *vol. II. fasc.* 1. *Praef. p. II. ss.*

q) Schriften: *De libertate Christiana* (*ed. Cornel. Grapheus.*

Antverp. 1521. 4. Der Herausgeber fiel deshalb in die Hände der Inquiſition und mußte widerrufen, ſ. *Gerdesii scrinium antiquarium. T. VI. p.* 496 *ss.*). *De quatuor erroribus circa legem evangelicam exortis, et de votis et religionibus facticiis dialogus* (b. *Walch fasc. IV. p.* 73 *ss.*). *Epist. apologetica adv. quendam Praedicatorii Ordinis super doctrina doctorum scholasticorum et quibusdam aliis* (*ed. Corn. Grapheus. Antverp.* 1521. wiederabgedruckt b. *Walch vol. II. fasc.* 1. *p.* 1 *ss.*). Ueber die Quelle der Glaubenslehre *Epist. apologet.* b. *Walch II.*, 1. *p.* 10: Sola scriptura canonica fidem indubiam et irrefragabilem habet auctoritatem. Antiquorum Patrum scripta tantum habent auctoritatis, quantum canonicae veritati sunt conformia. Haec fideli sunt ampléctenda, quia canonica veritate student approbare quae dicunt. Modernorum vero doctorum, maxime Ordinum Mendicantium, scripta, pro opinionibus innixa, nec fundamentum habent solidum, nec veritate illustrant intellectum, sed variis argumentorum implicationibus ipsam nudam et simplicem veritatem obnubilantia, vanitati magis deserviunt quam veritati. (*cf. Dialogus* b. *Walch IV. p.* 77 *ss.*). Vier Irrthümer in Beziehung auf das evangeliſche Geſetz, *Dialog. p.* 83: Primus fuit illorum, qui cum lege evangelica, quam Christus suis sequacibus sub modicis praeceptis et paucis sacramentis liberam dereliquit, onerosam etiam servitutem legis Mosaicae necessariam fore ad salutem contendebant. *p.* 84: Secundum genus errorum est illorum, qui perfectionum christianae vitae ita in sola fide constituerunt, et opera fidei sibi necessaria non crediderunt, ita ut credentes in Christo et bonum fidei habentes, omnia sibi alia licere arbitrati sint. *p.* 91: Tertium genus errorum est illorum, qui utrumque actum tam interioris volitionis quam exterioris operationis ad christianae vitae perfectionem necessarium credunt: sed, quod naturales vires liberi arbitrii, sive naturalis facultas humanae naturae absque auxilio divinae gratiae ad hoc sufficiat, impie dogmatisare non erubescunt. Haec fuit haeresis Pelagiana, quae, quamvis ab Ecclesia sit condemnata, — in quorundam tamen cordibus quaedam reliquiae ex ea serpere reperiuntur. — *p.* 99: Hinc in exterioribus observantiis et caeremoniis rigor intolerabilis exhibe-

tur, et circa deficientes fratres benignitas caritatis negligitur. Motus appetitus sui infatigabiliter exequuntur, traditiones hominum magno amore amplectuntur, sed potiora legis praeterire reperiuntur. *p.* 109: Quartum genus erroris est illorum, qui — in hoc desipiunt, quod ad perfectiora opera legis evangelicae facienda libertatem spiritus secundum interiorem motum fidei non sufficere contendunt, sed ad hoc obligationem voti necessario requiri, impie dogmatisare non erubescunt; ita ut libertatem evangelicam in servitutem obligatoriam redigentes a pharisaica superstitione non multum distare reperiantur. Hic est error nostri temporis, qui cum Pelagiana haeresi in multis convenire cognoscitur. *p.* 112 bezeichnet er den h. Thomas in dieſer Beziehung als princeps erroris. *p.* 114 *ss.* beweiſet er, daß voluntas voventis non firmatur in bono ex voto. *p.* 115: Religiosi possunt a bono virtutis deficere, et facinorosissimi fieri. Quod non est necesse per rationes probabiles adstruere, quia multorum vita nefandissima hoc declarat manifeste, ita ut vulgo dicatur: *quod Monachus audet praesumere, hoc Sathanas erubesceret excogitare.* *p.* 122: Aeternae beatitudinis praemium non est aliud, quam summi amoris exercitium. *p.* 124: Creata voluntas largitate divinae bonitatis repletur, et ejus amore inflammata, ad reciprocum amorem assurgit. Unde sicut in ea continua et sine fine duratura erit tanta divinae bonitatis influentia, sic continua et aeterna erit ejus creatae voluntatis ad Deum cum pleno amoris refluentia. *p.* 139: Anima rationalis eodem modo reducitur in Deum, quomodo exit a Deo. Sed per libertatem divinae voluntatis exit a Deo, ergo per libertatem suae voluntatis debet reduci in Deum. (cf. *Epist. apolog. b. Walch. II., I. p.* 19: Qua de causa Apostolus in omni scriptura et doctrina sua ita laborat ab evangelica libertate mosaicam servitutem excludere? Huc utique, ut omnibus patenter claresceret, neminem posse legem evangelicam nisi per libertatem Spiritus meritorie observare. Nec mirum, quia lex evangelica est lex amoris. Amare autem nemo potest, nisi per voluntatis libertatem). *p.* 142: Praecepta evangelica — non ad humanae voluntatis libertatem onerandam, sed ad ipsam libertatem dirigendam ordinantur. — Sunt

enim haec praecepta lumen divinae caritatis tenebris humanae ignorantiae coelitus infusum, quo divinae voluntatis beneplacitum, quae est regula omnis creatae voluntatis, manifestatur, et ad ejus conformitatem creata voluntas dirigitur. Auf die Frage Quare ergo Ecclesia votum fieri ordinavit, et cum tanta solemnitate fieri decrevit, si nihil boni supernaturalis in voluntate voventis efficit? wird p. 164 geantwortet: Ecclesia mater est fidelium: in matribus autem plus solet abundare affectus, quam vigere intellectus. Et ideo in quibusdam actibus Ecclesiae magis attendendus est affectus pietatis, quam lumen discretionis. Unde fit, ut quamvis Ecclesia militans aliquando erret in effectu, eo quod Ecclesia militans fallitur et fallit; non tamen errat in affectu, quia quicquid circa Ecclesiae filios ordinat ad profectum eorum, procul dubio materno affectu disponere laborat. — p. 167: Votum religionis propter infirmos et instabiles Ecclesia ordinavit, qui ad perfectam legis evangelicae observantiam sub communi institutione christianae religionis aliter induci non poterant, ut per exteriorem obligationem sub jugo evangelicae libertatis vivere assuescerent, qui absque obligatione ad hoc non poterant edomari. Cum igitur haec ita se habeant, valde est a veritate alienum, quod quidam Religiosorum ad tam superstitiosam elationem religiones extollunt, quod in suam contumeliam status eas perfectionis dicere non erubescant. p. 177: Divina ordinatio et constitutio est sufficientissima ad summam et perfectissimam legis evangelicae observationem, et non indiget nova institutione vel ordinatione. Et ideo positivae constitutiones Ecclesiae, ordinationi divinae superadditae, non sunt, nisi quaedam exteriores honestae observantiae, ordinatae vel propter majorem reverentiam in suscipiendis vel tractandis sacramentis, ut jejuno stomacho sacramentum eucharistiae percipere, — et similia, quae nihil faciunt ad sacramenti veritatem, sed ad honorem et dignitatem. p. 180: Quod illa necessitas coactionis sit per se causa boni productiva, vel quod sit per se bonum meritorium, quemadmodum Thomistae affirmant, omnino negamus, immo falsum esse, et haeresi Pelagianae vicinum esse dicimus. — Positiva constitutio Ecclesiae — non potest se ex-

der noch tiefer eindringende Johann Weſſel r) (Lux mundi, Magister contradictionum) konnte nach einer mannichfachen academiſchen Wirkſamkeit in Cöln, Löwen, Paris und Heidelberg in ſeiner Vaterſtadt Gröningen ruhig ſein Leben beſchließen († 1489), ungeachtet er eine Lehre vortrug, welche

---

tendere ad interiorem motum voluntatis, in quo est principium merendi, sed solum ad substantiam actus exterioris, qui potest fieri absque auxilio gratiae secundum facultatem voluntatis. Dicere ergo, quod votum sit causa productiva meriti, — non est aliud dicere, quam quod exteriore actu voluntatis absque auxilio gratiae potest aeterna beatitudo mereri. — Haec fuit insania Pelagii haeretici etc. — *p.* 199: Vita sacerdotalis, secundum eminentiam statûs sacerdotalis et dignitatem Ordinis regulata, est vere et simpliciter apostolica, et summa perfectio religionis christianae. *p.* 207: Ex sacramentorum primaria institutione, et ex divina ordinatione licet omnibus sacerdotibus omnia sacramenta dispensare. — Quod ergo nunc temporis Episcopis licet conferre aliqua, quae non licent sacerdotibus, — hoc est vel propter Ecclesiae consuetudinem vel constitutionem. Multa enim Ordini sacerdotali per consuetudinem vel constitutionem Ecclesiae sunt ablata, quae divina constitutione ei sunt collata.

r) auch Gansfort genannt, wahrſcheinlich von einem Dorfe, aus welchem ſeine Familie ſtammte. Zwei Erzählungen über ſein Leben von Albr. Hardenberg und Gerhard Geldenhauer vor den Opp. Wesseli. Vergl. *Effigies et Vitae Professorum Academiae Groningae et Omlandiae. Groning.* 1654. *fol. p.* 12 *ss. Guil. Muurling de Wesseli Gansfortii cum vita, tum meritis in praeparanda sacrorum emendatione in Belgio septentrionali. Pars prior* (die vita enthaltend). *Traj. ad Rhen.* 1831. 8. Johann Weſſel, ein Vorgänger Luthers. Zur Characteriſtik der chriſtl. Kirche und Theologie in ihrem Uebergang aus dem Mittelalter in die Reformationszeit. Von D. C. Ullmann. Hamburg 1834. 8.

ſpäter Luther als ganz mit der ſeinigen übereinſtimmend anerkannte s).

s) Viele ſeiner Schriften ſind verloren gegangen (*Hardenberg in vita Wess. p.* 13: quae in scriniis ipsius reperiebantur ejus manuscripta omnia eo mortuo opera Mendicantium monachorum, et quorundam aliorum furore exusta erant). Mehrere ſeiner Abhandlungen wurden von Holland aus an Luther geſandt, und zuerſt unter dem Titel *Farrago Wesseli* (wahrſch. *Witteb.* 1521) 4. dann von 1522 an mehreremal in Wittenberg, Baſel und Marburg als *Farrago rerum theologicarum uberrima doctiss. Viro Wesselo Groningensi auctore* herausgegeben (vergl. Ullmann S. 461 ff.). In der den ſpätern Ausgaben vorangeſtellten Vorrede Luthers heißt es: Prodiit en Wesselus (quem Basilium dicunt) Phrisius Groningen. vir admirabilis ingenii, rari et magni spiritus, quem et ipsum apparet esse vere Theodidactum, quales prophetavit fore Christianos Jesaias, neque enim ex hominibus accepisse judicari potest, sicut nec ego. Hic si mihi antea fuisset lectus, poterat hostibus meis videri Lutherus omnia ex Wesselo hausisse, adeo spiritus utriusque concordat. Die Geſammtausgabe *M. Wesseli Gansfortii Opera, quae inveniri potuerunt omnia* (*ed. Petrus Pappus a Tratzberg*) *Gröning.* 1614. 4. enthält außer der farrago noch fünf Abhandlungen und eine Briefſammlung. Weſſel's Theologie ſ. Ullmann S. 187 ff. Seine Rechtfertigungslehre: *De magnitudine passionis c.* 45. (*Opp. p.* 550): *Arbitramur hominem justificari per fidem Jesu Christi absque operibus* (*Rom.* 3, 28.), et *fides sine operibus emortua est* (*Jac.* 2, 27.): diversum dicunt Apostolus Paulus et Jacobus, verum non adversum. Communis utrique sententia est, justum ex fide vivere, fide, inquam, per dilectionem operante. *cap.* 46. *p.* 553: Qui per opera sua justificari putat, non novit, quid sit justus. Justus est, qui unicuique quod suum est tribuit. Sed quis homo unquam absolvit, ut Deo esset qualis esse debet, omni homini sit qualis esse debet! Nescit quod sit suum debitum, nescit etiam quanta sit futurorum bonorum exspectatio, quam nullis operibus aequare potest: neque solum hac ignorantia errat, sed et sacrilegii (reus est), gloriam justificationis non Deo, sed

sibi tribuens. Qui vero Evangelium audiens credit, desiderat, sperat, confidit ut laeta nuntia, praeterea amat evangelizatum justificantem et beatificantem, quantalibet pro consequendo faciat et patiatur; non sua opera, non se operantem extollit, sed extentus totus et propensus in eum quem amat, a quo credit, cupit, sperat, confidit, justificatur, nihil sibi ipsi tribuit, qui scit nihil habere ex se. *Cap.* 47. *p.* 554: Praecepit igitur lex perfectionem, sed nihil adduxit ad perfectum. Sed quid? Num Evangelium duxit ad perfectum? Utique. Quem igitur? Omnem credentem, quoniam omni credenti Christus finis legis est ad justitiam, et fructus, quoniam ipse est, qui dat potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine ejus. Credendo verbo adhaerent Verbo. Verbum Deus est. Credendo igitur Deo adhaerent: et adhaerere Deo bonum est, quia qui adhaeret Deo, unus cum eo spiritus fit, cum justo justus, cum sancto sanctus. — *Quae sit vera communio Sanctorum? Opp. p.* 809: Vera essentiali unitate communicant Sancti omnes, quotquot una fide, una spe, una charitate Christo cohaerent, sub quibuscunque Praelatis, quantumlibet ambitiose contendentibus, aut dissentientibus, aut errantibus, etiam haereticis Praelatis degant. — Et haec est illa sanctorum communio, de qua in Symbolo: *credo Sanctorum communionem.* — Constat, quod valde possibile, Graecum vera pietate adfectum omnia credere in Constantinopoli sub suo Patriarcha schismatico quae Latinus Romae credit: quid illi nocet suorum haeretica pravitas? Unitas ergo Ecclesiae sub uno Papa tantum accidentalis est, adeo ut non sit necessaria, licet conferens multum in Sanctorum communione. Ueber Kirchengewalt und ihr Verhältniß zur Schrift *De potestate Ecclesiastica Opp. p.* 753: Pastor gregem Domini pascere positus est. Verum quia grex pascendus rationis et liberi arbitrii est, non prorsus in potestate pastoris traditus est, ut nihil ab eo exigatur, nisi pastori obedire. Debet enim ovis ipse dinosse quibus pascatur, quibus inficiatur, et quomodocunque, oblatam etiam a pastore ipso, vitare pestiferam infectionem. Et in hoc si sequatur pastorem, non excusatur. Debet ergo populus pastores ad pascua sequi. Quando vero non pascit, pastor non

est: neque tunc, velut inofficioso, grex ei parere tenetur. *p.* 769: Nemo magis Ecclesiam destruit, quàm corruptus Clerus. Destruentibus Ecclesiam omnes Christiani tenentur resistere, usque etiam ad ultimos, puta rusticos juxta illud 2 *Thess.* 3, 6.. Sancta quippe rusticitas quantum Ecclesiam Dei aedificat vitae merito, tantum nocet, si destruentibus eam non resistit. *p.* 759: Propter Deum Evangelio credimus, et propter Evangelium Ecclesiae et Papae, non Evangelio propter Ecclesiam. Unde quod *Augustinus* (*contra Epist. Manichaei c.* 6.: *ego vero Evangelio non crederem, nisi me catholicae Ecclesiae commoveret auctoritas*) de Evangelio et Ecclesia dicit, originis de credendo verbum est, non comparationis aut praeferentiae. Dixit enim Apostolis Dominus Jesus: *Praedicate omni creaturae, docentes eos servare quaecunque praecepi vobis* (Matth. 28, 19. 20.). Non igitur audiendi, nisi quantum missi: non missi, nisi cum Evangelio: non evangelisantes, nisi secundum Evangelium. Sed quia verisimilius est, unum aliquem penes Evangelium toti multitudini contradicentem errare, quam totam doctorum virorum Ecclesiam, ideo debet, quicunque ille fuerit, semper suspectum se habere, et formidare de errore. Verum quia scit, non impossibile, multos Doctores errare, debet semper adparentem Evangelii veritatem primo amplecti. Debet igitur sedulo diligenter inquirere veritatem et intelligentiam Evangelii. Debet tertio rationes contradicentium diligenter attendere, et illi parti, quam viciniorem Evangelio invenerit, firmiter adhaerere. Ex illo verbo Domini Jesu: *super cathedram Mosis sederunt scribae et Pharisaei: omnia ergo, quae dixerint vobis servare, servate et facite* (*Matth.* 23, 2. 3.), multi Praelatorum Ecclesiae trahunt erroneam et falsam intelligentiam. Putant enim ex hoc verbo datam eis authenticam potestatem, ut obligare possint auditorem ad servandum et faciendum quae dicunt. — Oportet tam Praelatorum quam Doctorum praecepta sic servare et facere, quemadmodum Paulus (1 *Thess.* 5, 21. ſ. *p.* 756) monuit, hoc est, quam diu in cathedra Mosis sedentes secundum Mosen dicunt. Et si quid extra vel contra, non magnopere ligat fideles contra legem perfectae libertatis. Dei enim servi sumus, non Pa-

pse: cui utique serviremus, si ad omnia ejus qualiacunque obligaremur. Dictum est autem: *Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies* (*Matth.* 4, 10.). *p.* 748: Papa tenetur credere et obligatur cum omnibus obligatis fidelibus. Et quando credit sicut obligatur, tunc fideles obligantur credere quod ipse credit: non quia ipse credit, sed quia credit quod credere debet. Et si alius melius eo crediderit quod credere debet, ipse Papa debet cum illo credere quocunque, etiam laico et muliere. — Unde concluditur, quod licet verisimiliter praesumendum sit, summum Pontificem et Praelatos tanto rectius ad veritatem Evangelii incedere, quanto ceteris aliis altius in sublime dignitatis evecti sunt, et ita, ceteris paribus, potius illis, quam alicui subditorum credendum; non tamen simpliciter subditos obligatos ad credendum illis. Hoc nempe adeo irrationabile est et blasphemiae plenum, ut etiam quacunque haeresi pestilentius inveniatur. Potest nempe Praelatus errare. — Summorum enim Pontificum plerique pestilenter erraverunt, ut novissimis diebus nostris in Constantia, celebri Concilio claruit, Benedictus, Bonifacius, et Johannes XXIII. quam graviter fidem lacerarint. Et nostris postremis diebus Pius II. et Sixtus IV., quorum alter patentibus bullis regna terrarum sibi vendicavit, alter turpissimas dispensationes, non solum de praestito in causa civili juramento, sed etiam de praestando — emisit in abusu potestatis Apostolicae; quicquid F. Petrus vel Comes Hieronymus insolenter aut avare gesserunt, ipse postea cum resciret ratificavit, etiam bullis plumbatis. *De sacramento poenitentiae p.* 779: Contra communem opinionem de monarchia Romani Pontificis est, quod impossibile homini est fines orbis terrae nosse, qui nullo unquam cosmographo omnes comprehensi sunt. Quomodo igitur judicabit, quos nosse non poterit? Quomodo judicabit fidem, quorum linguam ignorat? Unitatem igitur Ecclesiae sibi Spiritus Sanctus fovendam, vivificandam, conservandam retinuit et augendam, non Romano Pontifici, saepe non curanti, reliquit. Ueber Abendmal *De sacram. Eucharistiae c.* 24. *p.* 696 *s.* Ubicunque nomen ejus benedictum, — vere illic ipse est non solum divinitate praesens et benevolentia, sed etiam corpo-

raliter praesens. — Non hic dico, datum cuilibet homini Christiano, ut possit, cum velit, sacramentaliter per Eucharistiam habere praesentem: hoc enim solis datum est sacerdotibus. Sed hoc dico, vere praesentem commemoranti nomen ejus, vere praesentem Dominum Jesum non sola deitate sua, sed et carne sua et sanguine, et humanitate tota. Quis enim dubitabit, corporaliter saepe praesentem Dominum Jesum suis fidelibus in eorum agonibus, non propter hoc dimisso in coelestibus consessu ad dexteram Patris? Quis dubitabit, ita posse hoc simul tempore fieri extra Eucharistiam, sicut in Eucharistia? *Cap.* 28. *p.* 703: Sic participare corpori et sanguini, hoc manducare est magis, quam si decies millies Eucharistiam ad altare de manu sacerdotis arido corde, frigida voluntate, licet etiam in statu salutis, capiamus. *Cap.* 8. *p.* 673: Corpus autem et sanguis Domini Jesu quantumlibet sancta sint, corpora tamen sunt, non spiritus. Unde si corporaliter tantum sumantur, non solum non spiritualiter reficient manducantem, sed occident. — Unde Dominus (*Jo.* 6, 63.): *Spiritus est, qui vivificat, caro non prodest quidquam*, h. e. parum est de carne quantumlibet sancta, sed operis magnitudo, et ineffabilis dilectio, et charitas offerentis per Spiritum Sanctum, illa est quae vivificat. *Cap.* 10. *p.* 678: Valde notandum verbum Domini (*Jo.* 6, 53.): *nisi manducaveritis, non habebitis vitam in vobis.* Habent autem vitam veram, qui credunt in eum. Ergo qui credunt in eum, hi sunt, qui manducant carnem ejus. — Manducabat ergo Paulus primus Eremita etiam temporibus illis, quibus mortalem nullum, ne dicam sacerdotem communicantem, videbat. Sed manducabat, quia credebat; et quod credebat, crebro commemorabat etc. Ueber Buße *De Sacram. poenitentiae p.* 789: Dicunt communiter, ad integritatem Sacramenti poenitentiae tria concurrere, contritionem, confessionem, satisfactionem. Sed hi, si intelligerent vim verbi in Psalmo (51, 18.): *Cor contritum et humiliatum Deus non despicies*, non tam importune instarent. Quid enim est cor contritum, nisi cor ad minima comminutae et confractae duritiei obduratae mentis humiliatum cor? — Si ergo, qui cor durum conterit et abjicit, cor pium et spontaneum Deo non despiciendum offert,

profecto jam humiliato corde justus, et jam Deo satisfactum in remissionem peccatorum. Non ergo prima contritio, neque postrema satisfactio ad Sacramentum poenitentiae vivificantis et justificantis ex morte ad vitam necessariae sunt, licet sine vera contritione etc. sicut nec sine vera humilitate vita Spiritus vel redit, vel conservatur. Participatio sacramentorum est opus grátiae, non justitiae. — Poenitentia, si sacramentum est, contritione non eget, quia contritio justitiae opus est, et ita contritus ante sacramentum justus. — Infusae jam gratiae opus est contritio, detestatio videlicet peccati, opus merae justitiae: non ergo pars sacramenti poenitentiae, quia sacramentum poenitentiae praecedit, et operatur justificationem. *p.* 791: Neque dolor, neque tristitia, neque contritio in oculis Dei accepta sunt magis, quam amor, ex quo procedunt. *p.* 777: Nullus confitetur, nisi memor. Nullus memor, nisi justificatus ad vitam. — Patet ergo, quod antequam quis confiteatur peccatum suum, jam a reatu suae praevaricationis, quo aeterna sibi supplicia debebantur, per gratiam internae compunctionis absolvitur. *p.* 795: Confessio sacramentalis ex forma sua non est judicialis, ita ut, si non adsit judicium — confessoris, non sit actus confitentis et absolventis vere verum sacramentum. Sufficit enim ad veritatem efficacis sacramenti, ut confitens vere et fideliter dicat, confessor post acceptam illius confessionem absque judiciali discussione absolvat. Quia sicut poenitentis confessione lavat poenitentem Deus, et non peccator; ita sacerdotis absolutione dimittit Deus, et non confessor. Hi ministerium exhibent, sed mysterium operatur Deus. — De confitente et confessione solum judicat Deus, nihil de confessis peccatis. Quomodo enim judicare creditur confessa, qui confitenti promisit omnia retroacta per solam confessionem condonare? Stulte ergo faciunt, qui post confessionem non solum judicant, sed etiam post absolutionem terrores fiunt, flagris feriunt, virgis percutiunt. *p.* 796: Valde irrationabiliter de Sacramento confessionis loquuntur, qui adjunctam satisfactionem adserunt essentialem partem poenitentiae. Primo, quia detractant sacramentali sufficientiae, qui non putant, Principis donationem sufficere ad re-

Hieraus ergiebt ſich, daß ſo verſchieden auch der Schaden der Kirche beurtheilt wurde, doch das Gefühl der Nothwendig-

missionem. Secundo, falsificant verbum absolutionis, quia, cum dicunt absolvo, postea ligant, et innodatum dimittunt. Sed quod omnium gravius est, universum sacramentum periclitant, quia protrahunt usque in peractam totaliter poenitentiam injunctam. Unde si fragilis ille iterum tempore medio labatur durante sacramento propter obicem positum in parte sacramenti, totum sacramentum facit nullum fuisse. Quae enim essentialiter unum constituunt, unius nullitate omnia fiunt nulla. Ueber Ablaß *Epist. ad Jac. Hoeck de indulgentiis p.* 878: A puero ridiculum et indignum semper mihi visum credere, aliquem hominem suo decreto posse facere, quo bonum in oculis Dei ut quatuor, fieret bonum ut octo. — Num tibi leves aut futiles causae videntur, quibus ab hac nova indulgentiarum adsertione Patres ante Albertum ac Thomam, ut ipsi scripto testantur, discesserunt, asserentes, nihil esse nisi piam fraudem, ac dolum non malum, quo plebs officioso errore trahatur ad pietatem? *De Sacram. poenitentiae p.* 773: Pari passu auctoritatis seu potestatis clavium ambulant indulgentiae et excommunicatio, neque plus potest Papa in reconciliandis Deo animabus, quam possit alienandis. Sed in excommunicandis nihil potest, nisi per forum ecclesiasticum foris ad oculum separare; et destituere etiam corpora mortuorum ecclesiastica sepultura: similiter in indulgentiis a vinculo Canonum et censuris liberare. Deo autem praeter simplicem usum aut abusum fidei, spei et charitatis nihil est quod conciliare aut alienare posset. Non enim reconciliatus Deo per gratiam sacramentalem et caritatem plus ei reconciliatur arbitrio aut aestimatione Papae, aut excommunicatione Papae magis alienatur a Deo. Non enim liceret excommunicare, si magis alienaret a Deo. Non enim licet ei facere magis peccatores etc. Fidelis et prudens in domo Domini sui servus nihil facit praeter et extra voluntatem Domini sui: et quidquid facit in domo Domini sui, Dominus ratum et firmum habet. — Nec ad hoc eum Ordinis dignitas authenticat, sed charitas per Spiritum Sanctum diffusa in

keit einer Reformation allgemein verbreitet war t). Nicht zu verwundern iſt es, daß der Wunſch derſelben häufig in Hoff-

corde. — Immo nec sexus femineus obstat, quin si fidelis et prudens charitatem habeat diffusam in corde suo, possit et ipse conformiter sentire, judicare, favere, diffinire divino judicio. Ueber Fegfeuer *De purgatorio p.* 829: Purgatorium ignis est, qui interioris hominis sordes etiam carne soluti comitantes purgat potius, quam torquet. — Has maculas intellectualis disciplinae ignis secundum Apostolum (1 *Cor.* 3, 11 *ss.*) probat, — et lignum, foenum, stipulam exurit, donec super unicum, verum, solum et solidum fundamentum, Jesum Christum, nihil remanet superaedificatum, nisi argentum, aurum, lapides pretiosi. *p.* 834: Sunt igitur (defuncti) in tali statu, quem si sciremus gauderemus. In statu igitur non misero, non sub virga lictoris, aut in igne praeparato Diabolo et angelis ejus, sed sub disciplina Patris instituentis, et eorum quotidiano profectu gaudentis. *p.* 846. *Thesis* 33.: Quod Christi Evangelium est solum, verum, praecipuum purgatorium, licet etiam alia minus principaliter possint rationabiliter tolerari. 34. Quod idem ergo verum purgatorium est paradisus, sed amanti tanto amarior, quanto magis ipse purgatior divino amore flagrarit. 35. Hunc flagrantis animae ardorem et amaritudinem ego puto verum, postremum et perfectissimum purgatorium.

t) ſ. oben §. 136. not. ee u. ff. *Guilielmus Budaeus de asse et partibus ejus.* (*Paris.* 1514. *fol.*) beklagt *fol.* 146 *ss.* ſehr wortreich das Verderben der Geiſtlichkeit und des Papſtthums. *fol.* 150 *b.*: Quid vinea Domini, nonne ita degeneravit in labruscas, ut primo quoque tempore repastinanda videatur, et ex situ et carie negligentiae pastino quodam restituenda censurae? Certe manum poscit et flagitat solertis et industrii vinitoris, qui palmites fructuarios et munifices a pampinariis internoscat etc. *fol.* 152: Status civitatis orthodoxae e sede severitatis et disciplinae convulsus manum quandam Paeoniam poscit, ut apte et placide in eam reponatur, et luxata Ecclesiae membra in artus suos redeant. Sic fiet, ut principes Ecclesiae non auro obryzo, non argentea supellectili, non

nung, und dieſe in zuverſichtliche Erwartung überging, welche ſich auch in Weiſſagungen ausſprach u).

opimis obventionibus et numerosis titulis opum suarum magnitudinem metiantur, quae gazas Regum provocare, non divitias priscorum antistitum aemulari videntur: sed bonis internis, sed copia doctrinae, sed iis animae Christo desponsae dotibus, quae in cordis scriniolis tanquam in gazophylaciis mystici fani conduntur.

u) *Melanchthon* in *Apologia Conf. Aug. XIII. de votis Monasticis* (*ed. Rechenberg p.* 276): Apud nos in oppido Thuringiae Isenaco Franciscanus quidam fuit ante annos triginta, *Johannes Hilten*, qui a suo sodalitio conjectus est in carcerem propterea, quod quosdam notissimos abusus reprehenderat. Vidimus enim ejus scripta, ex quibus satis intelligi potest, quale fuerit ipsius doctrinae genus. — Is multa praedixit, quae partim evenerunt hactenus, partim jam videntur impendere. (Seine Schrift *Comm. in Apocalypsin et textum Danielis, quantum concordat cum Apocalypsi, vel eam supplet*, von welcher einige Auszüge in *Melch. Adami vitae Theologorum p.* 2 *s.*, deutet ſchon ſeine Richtung an. Er berechnete das Ende der Welt auf d. J. 1651). — Sed postremo, cum vel propter aetatem, vel propter squalorem carceris in morbum incidisset, accersivit ad se Guardianum, ut suam valetudinem illi indicaret, cumque Guardianus accensus odio Pharisaico duriter objurgare hominem propter doctrinae genus, quod videbatur officere culinae, coepisset, tum iste omissa jam mentione valetudinis ingemiscens inquit, se has injurias aequo animo propter Christum tolerare, cum quidem nihil scripsisset aut docuisset, quod labefactare statum Monachorum posset, tantum notos quosdam abusus reprehendisset. *Sed alius quidam*, inquit, *veniet anno Dom. MDXVI., qui destruet vos, nec poteritis ei resistere.* Hanc ipsam sententiam de inclinatione regni Monachorum, et hunc annorum numerum postea etiam repererunt ejus amici perscriptum ab ipso in commentariis suis inter annotationes, quas reliquerat in certos locos Danielis. Von *Andreas Proles*, Prior des Kloſters Himmelspforte bei Wernigerode und Provincial der Auguſtiner († 1503) ex-

§. 154.

Reformatoriſche Wirkungen der wiederauflebenden Alterthumswiſſenſchaften.

Neue den Scholaſtikern ganz abgehende Hülfsmittel zu einer wiſſenſchaftlichen Prüfung der kirchlichen Dinge wurden durch die wieder aufgeſchloſſenen Alterthumswiſſenſchaften gegeben a). Schon im vierzehnten Jahrhunderte war in Italien

---

zählte ein alter Mönch jenes Kloſters dem Flacius folgendes (ſ. *Catal. test. verit. ed. Francof.* 1666. *p.* 849): Ab ipso saepe audivi inter praelegendum haec verba: *Auditis, fratres, testimonium scripturae sanctae, quod gratia sumus quicquid sumus, et gratia habemus quicquid habemus. Unde igitur tantae tenebrae, et horrendae superstitiones? O fratres, res Christiana opus habet forti et magna reformatione, quam quidem jam prope instare video.* Quaerentibus fratribus, quare ipse non inciperet reformationem, ac erroribus sese opponeret, respondebat: *Videtis, fratres, me esse aetate grandaevum, corpore et viribus debilem, et agnosco, me non esse praeditum tanta doctrina, industria et eloquentia, quantam haec res postulat. Sed excitabit Dominus heroem aetate, viribus, industria, doctrina, ingenio et eloquentia praestantem, qui reformationem incipiet, erroribusque sese opponet: ei Deus animum dabit, ut Magnatibus contradicere ausit; et ipsius ministerium salutare Dei beneficio comperietis.* Solitus est etiam saepe dicere inter praelegendum: *Regnum Papae magnam minatur ruinam, quia nimis alte et nimis cito crevit.* Von Proles erzählt auch Luther in ſeiner Schrift: »Von den neuen Eckiſchen Bullen und Lügen« *Tom. I. Jenens. f.* 359., daß derſelbe, als er den D. Joh. Zachariä wegen ſeiner Verdienſte bei Huſſens Verdammung im Bilde mit einer Roſe geſchmückt geſehen, geſagt habe: »O wehe, ich wollte nicht gern die Roſen mit denen Ehren tragen.« Vergl. das Leben des Andreas Proles, eines Zeugen der Wahrheit vor Luthero, beſchrieben von M. Gottfr. Schütze. Leipzig 1744. 8.

a) C. Meiners Lebensbeſchreibungen berühmter Männer aus den Zeiten der Wiederherſtellung der Wiſſenſchaften. 3 Bände. Zürich 1795—

von Dante und Petrarca auf die alten römiſchen Dichter hingewieſen worden, und Boccaccio hatte auch auf die Griechen aufmerkſam gemacht: eine feſtere und umfaſſendere Begründung gewann aber die lateiniſche Literatur erſt durch Johann v. Ravenna, Lehrer derſelben in Padua und Florenz († vor 1420), die griechiſche durch Emanuel Chryſoloras, welcher in Florenz und Pavia für dieſelbe wirkte † 1415. Das Sinken des griechiſchen Reichs und der endliche Fall Conſtantinopels veranlaßte viele griechiſche Gelehrte in Italien ihre Zuflucht zu ſuchen (von 1420—1430: Georgius v. Trapezunt † 1484, Johannes Argyropulus † 1486, Theodorus Gaza † 1478: zur Zeit des Concils von Florenz 1438: Beſſarion † 1472, Georg Gemiſtius Pletho, der 1441 nach Griechenland zurückkehrte: nach der Eroberung Conſtantinopels 1453: Emanuel Moſchopulus, Conſtantinus Laskaris, Demetrius Chalkondylas): ihrer einſeitigen Vorliebe für das Griechenthum gegenüber fühlte ſich der vaterländiſche Sinn in Italien fortwährend angeregt, auch das römiſche Alterthum gebührend geltend zu machen, und ſo traten bald zahlreiche italiäniſche Gelehrte, ausgezeichnet in griechiſcher und lateiniſcher Literatur, hervor (Gaſparinus † 1431, Johannes Auriſpa † 1459, Guarinus † 1460, Leonardus Brunus Aretinus † 1444, Poggius † 1459, Franz Philelphus † 1481, Laurentius Valla † 1456, Nicolaus Perottus † 1480, Chriſtoph Landinus † 1504, Philipp Beroaldus der Aeltere † 1504, Hermolaus Barbarus † 1493, Angelus Politianus † 1494): viele italiäniſche Fürſten machten die Begünſtigung der alten Literatur zur Ehrenſache (insbeſondere die Mediceer in Florenz, Cosmus

97. S. A. H. L. Heeren Geſch. der claſſiſchen Literatur im Mittelalter. 2 Theile (N. A. in deſſ. hiſtoriſchen Werken Th. 4 u. 5. Göttingen 1822). Th. 1. S. 316 ff. D. H. A. Erhard Geſch. des Wiederaufblühens wiſſenſchaftl. Bildung, vornehmlich in Teutſchland bis zum Anfange der Reform. 3 Bde. Magdeburg 1827—32. 8.

von 1429—1464 und Lorenz von 1469—1492. Alphons V. K. v. Aragonien und Neapel von 1442—1458, Papſt Nicolaus V. von 1447—1455), und ſo gewann dieſelbe noch im 15ten Jahrh. in Italien große Verbreitung und hohe Achtung.

Es war vorzugsweiſe die von den Alten zu gewinnende Geſchmacksbildung, welche man allgemein ſchätzte, ohne zu beachten, daß theils die ſclaviſche Bewunderung und Nachahmung des Alterthums, in welcher ſich die neue Liebe zu demſelben bei den Humaniſten äußerte, die Anhänglichkeit an die Kirche nothwendig gefährdete, daß theils aber auch von den Alterthumswiſſenſchaften neue Anregungen und Mittel zu bedenklichen Unterſuchungen über kirchliche Lehren und Meinungen dargeboten würden. Die italiäniſchen Humaniſten vermieden auch ſehr ſorgfältig den Schein, als ob ihre Wiſſenſchaft irgendwie mit der Theologie ſich berühre: Laurentius Valla, Lehrer in Neapel und Rom († 1456), war der Einzige [b]), welcher in einzelnen Proben den gefährlichen Einfluß zeigte, welchen antiquariſche Unterſuchungen auf kirchliche Meinungen gewinnen könnten. Die neuen Platoniker, welche aus der von Cosmus von Medici durch Gemiſtius Pletho in Florenz 1440 gegründeten platoniſchen Academie [c]) hervorgingen, eigneten ſich in dem Neuplatonismus einen dem mannichfaltig-

---

b) Ueber ihn ſ. *Tiraboschi storia della letteratura italiana VI., II. p.* 301 *ss.* Heeren Th. 2. S. 243 ff. Wie er wegen einiger philoſophiſcher Schriften, in denen er den Epicur vertheidigt und über den freien Willen Anſtößiges gelehrt hatte, von Geiſtlichen verketzert wurde, erzählt er ſelbſt in ſ. *Apologia pro se et contra calumniatores ad Eugenium P. IV.* Dann läugnete er die Aechtheit der Correſpondenz zwiſchen Chriſtus und Abgarus, und erklärte die gewöhnliche Entſtehungsgeſchichte des apoſtol. Symboli für falſch. Am bedeutendſten iſt ſ. Schrift *De ementita Constantini donatione declamatio ad Papam. — Opera. Basil.* 1543. *fol.*

c) K. Sieveking Geſch. d. platon. Academie zu Florenz. Göttingen 1812. Heeren Th. 2. S. 41.

ſten Aberglauben offenſtehenden philoſophiſchen Syncretismus an, welcher ſich meiſtens an das kirchliche Syſtem anſchloß d): dennoch war derſelbe ſchon wegen ſeines unabhängigen Princips und wegen ſeiner innern Lebendigkeit keineswegs unbedenklich für die Kirche e). Dieſem Platonismus gegenüber

d) Tennemann's Geſch. der Philoſophie. Bd. 9. S. 138 ff. Am meiſten zeichneten ſich in dieſer Richtung aus Marsilius Ficinus, Lehrer der platon. Academie in Florenz († 1499, ſ. *J. G. Schelhorn de vita, moribus et scriptis Mars. Fic.* in ſ. *Amoenitatt. liter. I. p.* 37), und Joannes Picus Graf v. Mirandula († 1494, ſ. Leben v. ſ. Neffen *Jo. Franc. Picus* vor Beider *Opp. Basil.* 1573 u. 1601. 2 Bde. Fol. Meiners Lebensbeſchreibungen. Bd. 2. S. 3 ff.). *Jo. Picus* zog zuerſt auch die jüdiſche Cabbala in dieſen Syncretismus hinein; er ſagt von den cabbaliſtiſchen Schriften *Apologia Opp. I. p.* 82: Hos ego libros non mediocri impensa mihi cum comparassem, summa diligentia, indefessis laboribus cum perlegissem, vidi in illis (testis est Deus) religionem non tam Mosaicam, quam Christianam; ibi Trinitatis mysterium, ibi verbi incarnatio, ibi Messiae divinitas, ibi de peccato originali, de illius per Christum expiatione, de coelesti Hierusalem, de casu Daemonum, de ordinibus Angelorum, de purgatoriis, de inferorum poenis eadem legi, quae apud Paulum et Dionysium, apud Hieronymum et Augustinum quotidie legimus. In his vero, quae spectant ad philosophiam, Pythagoram prorsus audias et Platonem, quorum decreta ita sunt fidei Christianae affinia, ut Augustinus noster immensas Deo gratias agat, quod ad ejus manus pervenerint libri Platonicorum.

e) Dieß erkannte man beſonders in den 900 Theſen, welche der 24 jährige Joh. Picus 1486 in alle Welt ſendete, um in Rom darüber zu disputiren. Den Eindruck, welchen dieſer Schritt in Rom machte, ſchildert er ſelbſt *Apologia Opp. I. p.* 76: Aliqui philosophiam et literas omnino carpere, illud etiam (ut viderentur scioli) quandoque addentes, ejectum Adam de Paradiso, quod per scientiam boni et mali aequalem se Diis facere voluit: exterminandos pari exemplo de Christi curia, qui volunt sa-

Kirchlichkeit verbarg. Nur die Scholaſtik, obgleich in der

plici praedicatione fidei apud homines posse deleri, is a vero longius aberrare palam re ipsa procul dubio convincetur. Majore admodum hic opus est potestate, id autem est vel divinis miraculis ubique patentibus, vel saltem philosophica quadam religione, philosophis eam libentius audituris quandoque persuasura. Jene beiden Irrthümer waren ſo allgemein verbreitet, daß auch das allgem. Lateranconcil i. J. 1513 ſich gegen dieſelben zu erklären für gut fand, ſ. *Sess. VIII.* (*Conc. ed. Labbei et Cossartii XIV. p.* 187): Cum diebus nostris, quod dolenter referimus, zizaniae seminator, antiquus humani generis hostis, nonnullos perniciosissimos errores a fidelibus semper explosos in agro Domini superseminare et augere sit ausus, de natura praesertim animae rationalis, quod videlicet mortalis sit, aut unica in cunctis hominibus; et nonnulli temere philosophantes, secundum saltem philosophiam verum id esse, asseverent: contra hujusmodi pestem opportuna remedia adhibere cupientes, hoc sacro approbante Concilio damnamus et reprobamus omnes asserentes animam intellectivam mortalem esse, aut unicam in cunctis hominibus, et haec in dubium vertentes. — Cumque verum vero minime contradicat, omnem assertionem veritati illuminatae fidei contrariam omnino falsam esse definimus, et ut aliter dogmatizare non liceat, districtius inhibemus: omnesque hujusmodi erroris assertionibus inhaerentes — ut detestabiles et abominabiles haereticos et infideles vitandos et puniendos fore decernimus. Insuper omnibus et singulis philosophis in universitatibus studiorum generalium — districte praecipiendo mandamus, ut cum philosophorum principia aut conclusiones, in quibus a recta fide deviare noscuntur, auditoribus suis legerint seu explanaverint, quale hoc est de animae mortalitate aut unitate, et mundi aeternitate, ac alia hujusmodi, teneantur eisdem veritatem religionis Christianae omni conatu manifestam facere, et persuadendo pro posse docere, ac omni studio hujusmodi philosophorum argumenta, cum omnia solubilia existant, pro viribus excludere atque resolvere. Was man ſich in Italien, ſelbſt in höhern Kreiſen, von den

That eine Hauptſtütze der Kirche, durfte unverholen angegrif-

Päpſten erzählte, ſ. *Jo. Fr. Pici de fide et ordine credendi theorema IV. Opp. II. p.* 177: alium meminimus Pontificem creditum et ordinatum, quem tamen praestantes viri putarent, nec Pontificem eum esse, nec esse posse, utpote qui nullum Deum credens omnem infidelitatis culmen excederet; pessimaque ejus opera in coëmendo Pontificatu, in omnigenis sceleribus exercendis id ipsum testabantur, sed et pessima quoque dicta confirmabant. Namque fassum eum affirmabatur domesticis quibusdam, nullum se Deum aliquando, etiam dum pontificiam sedem teneret, credidisse: et alium audivi Pontificem summum, qui vivens familiari cuidam aperuerat, apud se animarum immortalitatem minime creditam, mortuus vero eidem per vigiliam apparuit divino judicio manifestans, se, quam mortalem crediderat animam, immortalem tum maximo cum damno et perpetuis cum ignibus experiri. Aehnliches ſagt derſelbe in ſ. *vita Savonarolae* b. *Batesius p.* 112. ſ. §. 153. not. e. Sonach iſt die Aeußerung, welche Leo X. gegen ſeinen Geheimſchreiber Peter Bembo ſich erlaubt haben ſoll (*Mornaei hist. Papatus. Salmur.* 1611. *p.* 820): Quantum nobis nostrisque ea de Christo fabula profuerit, satis est omnibus saeculis notum, wenigſtens nicht ohne Analogie. *Erasmi responsio nervosa ad Albertum Pium, Principem Carpensem*, in *v. d. Hardt hist. lit. Reform. I. p.* 173: Qui divina derideant, facilius invenies in Italia apud tui ordinis homines, atque adeo in illa laudatissima Roma, quam apud nos. *Idem lib. XXVI. ep.* 34. *ad Augustinum Eugubinum* (*Opp. ed. Cleric. III., II. p.* 1382): At ego Romae his auribus audivi quosdam abominandis blasphemiis debacchantes in Christum, et in illius Apostolos, idque multis mecum audientibus, et quidem impune. Ibidem multos novi, qui commemorabant, se dicta horrenda audisse a quibusdam sacerdotibus aulae Pontificiae ministris, idque in ipsa Missa, tam clare, ut ea vox ad multorum aures pervenerit. *Id. ad Guolfgangum Fabricium Capitonem* (*l. c. III., I. p.* 189): Omnia mihi pollicentur, rem (bonarum literarum) felicissime successuram: unus adhuc scrupulus habet animum meum, ne sub obtentu priscae literaturae renascentis caput

ſen, und wegen ihrer Barbarey i) und der Verehrung eines entſtellten Ariſtoteles lächerlich gemacht werden. Ein apoſtoli-

---

erigere conetur Paganismus, ut sunt et inter Christianos, qui titulo pene duntaxat Christum agnoscunt, caeterum intus gentilitatem spirant: aut ne renascentibus Hebraeorum literis Judaismus meditetur per occasionem reviviscere, qua peste nihil adversius, nihilque infensius inveniri potest doctrinae Christi. Sic enim fert natura rerum humanarum, ut nullius unquam boni tanta fuerit felicitas, quin hujus praetextu mali quippiam simul conaretur irrepere. Vergl. Henke in Villers Verſuch über den Geiſt und den Einfluß der Reformat. Luthers überſ. v. Cramer. 2te Aufl. Hamb. 1828. Abthl. 2. S. 60 ff.

i) *Hermolaus Barbarus Ep. ad Jo. Picum Mirandulae* (in *Angeli Politiani Epistt. lib. IX. Ep.* 3.) ſpricht darüber das allgemeine Urtheil der Humaniſten aus: Neque enim inter auctores latinae linguae numero Germanos istos et Teutonas (d. i. Barbaren), qui ne viventes quidem vivebant, nedum ut exstincti vivant, aut si vivunt, vivunt in poenam et contumeliam. Appellantur enim vulgo sordidi, rudes, inculti, barbari. Quis malit sic esse, quam prorsus non esse? Atenim utile aliquid dixerunt, valuere ingenio, doctrina, bonarum rerum copia: non nego penitus, quod et possum negare: sed sermo nitidus et elegans, saltem purus et castus, qualis vel in auctoribus christianis graecis latinisque perspicitur, laudem et memoriam sempiternam scriptoribus conciliat, nisi quis pictorem, et excusorem, et statuarium, et caeteros opifices laudari posse judicet hoc solo, quod magni constet et preciosa sit materia, circa quam versentur. Picus ſucht in ſeiner Antwort die Scholaſtiker zu vertheidigen (*l. c. Ep.* 4.): Perdiderim, ego inquam, apud Thomam, Joannem Scotum, apud Albertum, apud Averroem meliores annos, tantas vigilias, quibus potuerim in bonis literis fortasse nonnihil esse? Er will zeigen, non defuisse illis sapientiam, si defuit eloquentia, quam cum sapientia non conjunxisse, tantum fortasse abest culpa, ut conjunxisse sit nefas. Hermolaus erwidert darauf (*l. c. Ep.* 5.): Illud sane plurimum me delectat, quod sub specie defensionis exitialiter jugulas quos defendis: primum quod hostes

ſcher Secretarius Paulus Corteſius verſuchte zuerſt, die katholiſche Dogmatik in ein römiſch antikes Gewand zu kleiden k), gab aber dadurch nur den Beweis, daß ſclaviſche Nachahmung der Alten ſowohl zur Geſchmackloſigkeit führen, als verſteckten Unglauben nähren könne l).

In ein ganz anderes Verhältniß zur Theologie traten die Alterthumswiſſenſchaften in Deutſchland, ſobald ſie dorthin vorgedrungen waren. Sie fanden die erſte Empfänglichkeit in

---

eloquentiae tueri se nisi per eloquentes viros non possunt, quasi mancipia, quasi bruta, deinde quod, si te patrono, te vindice, te advocato non elabuntur, neque colluctari, neque tergiversari praeterea poterunt. Proinde ab amicis, quos habeo Patavii, certior factus sum, apologiam tuam, quae Scytharum et Teutonum est inscribi coepta, — molestissimam accidisse majori eorum parti quos defendis, aliis aliter factum tuum interpretantibus. — Ad quae si qui sunt ex illis paulo minus asini, volebam dicere ἄμουσοι, auriculas tantum movent: caeteri diffugiunt, respuunt, detestantur. Quorum e numero unus aliquis a Gymnasio Patavino (nihil confingo, Pice, ridiculam omnino, sed veram historiam denarro) audaculus et insolens, cujusmodi fere sunt, qui literas humaniores et odio et ludibrio habent, Picus, inquit iste, quisquis est, grammaticus opinor, parvo pedi calceos magnos circumdedit. — Ecquis est, inquit, tam stolidus, — qui patronum hunc egregium cum altero, quisquis est, nefario grammatista colludere non intelligat? etc.

k) *Paulus Cortesius in Sententias. Qui in hoc opere eloquentiam cum theologia conjunxit. Romae* 1512. *fol.*

l) *Erasmus Ep. ad Jo. Vergaram* 1527. (*Opp. III., I. p.* 1015) ſagt über dieſe Richtung: Praeterea fervet illic (Romae) Paganismus quorundam, quibus nihil placet nisi Ciceronianum: ac non Ciceronianum appellari multo probrosius esse ducunt quam appellari haereticum. Hos dictu mirum quam infensos habeam, quod non exprimam Ciceronem, quem haud scio an quisquam eorum exprimat. Ego certe nec affecto, et si affectarem tractans rem christianam, ridiculus essem.

den Schulen der Brüder des gemeinſchaftlichen Lebens m): wie in denſelben Alles vorzüglich nach ſeinem Einfluſſe auf die Religion geſchätzt wurde, ſo faßte man auch ſogleich den Gewinn der neuen Bildung für Religionserkenntniß ins Auge; und dieſe dem ernſt religiöſen Sinne des deutſchen Volks völlig entſprechende Richtung wurde von den meiſten deutſchen Humaniſten fortwährend feſtgehalten n). Sie ließen ſich von der

m) *Herm. Hamelmann* (Superintendent in Oldenburg) *relatio hist. quomodo hominibus Westphalis potissimum debeatur, quod lingua latina et politiores artes per Germaniam sint restitutae priori nitori. Lemgov.* 1580 (in deſſ. *Opp. genealogico-historica. Lemgov.* 1711. 4. *p.* 321) erzählt: cum Thomas a Kempis — suscepisset curam scholae Daventriensis, ecce in ea erant discipuli *Rodolphus Agricola*, *Mauritius Comes Spiegelbergicus*, *Rodolphus Langius*, *Antonius Liber* Susatensis, *Ludovicus Dringenbergius* Paderbornensis, *Alexander Hegius* et similes. Illos praeceptor, postquam audiret reflorescere studia in Italia, — plerosque hortatur, ut se in Italiam reciperent, imo fuit suasor ditioribus tribus, ut Comiti Mauritio et utrique Rodolpho. Dieſe hätten dann zuerſt von Italien die humaniſtiſche Bildung nach Deutſchland gebracht. — Allerdings iſt in dieſem Berichte die Stellung des Thomas v. Kempen ganz falſch angegeben (*Delprat over de Broederschap van G. Groote p.* 280), indeß iſt doch der allgemeine Inhalt dieſer Tradition wohl nicht zu bezweifeln. Vergl. Meiners Bd. 2. S. 308 ff.

n) Dieß geht zum Theil ſelbſt aus dem Tadel hervor, welchen *Trithemius de laudibus s. Annae c.* 3. gegen ſie ausſpricht: Commoneo vos, o viri eruditione et scientia literarum insignes, devotionem simplicium non spernere, cultum sanctissimae matris Annae quasi novum reprehendere, sed potius pro posse imitari. — Sunt namque inter vos, quod pace bonorum dixerim, qui typho superbiae inflati omnia devotionis simplicium exercitia despiciunt, Sanctorum miracula et exempla velut deliramenta contemnunt, nihilque sanctum admittendum existimant, quod Philosophorum argumentis non probant, revelationes omnes a Deo devotis hominibus osten-

genauern Einſicht in das Verderbniß der Kirche, wie ſie ſchon der erſte von ihnen, Rudolph Agricola in Heidelberg † 1485, hatte o), nicht, wie die Italiäner, zum Indifferentismus verleiten; ſondern ſprachen treu und furchtlos ihre richtigere Erkenntniß aus, um die nothwendige Beſſerung herbeizuführen: die ſeit 1440 in Mainz erfundene Buchdruckerkunſt p) kam, wie überhaupt der neuen wiſſenſchaftlichen Bil-

---

sas mendacia vel somnia mulierum reputant, legendas Sanctorum fabulas appellant, et dum eruditionem suam temere praedicant, magna Dei opera impudenter oppugnant. Tractatus quoque sanctorum patrum et devotorum hominum, qui Tullianam prae se non ferunt eloquentiam, tanquam eruditione carentes abjiciunt, et caelestis eruditionis verba propter eruditionem simplicium contemnunt. — Rara est in eruditis devotio, quia, dum in profunditate suae conquisitae doctrinae confidunt, a simplici devotione longius recedunt. — Temeraria igitur ora obstruite, male disertas linguas cohibete, et nolite contra Dominum loqui mendacium, devotionem nolite lacerare simplicium, ne vobis grave reputetur in scandalum.

o) *Jo. Saxo Holsat. orat. de vita Rud. Agricolae* (in *Melanchthonis Declam. T. I. p.* 602) theilt aus brieflichen Nachrichten des Goswin von Halen, eines ehemal. Famulus von Joh. Weſſel (ſ. §. 153. not. r.), manches von dem vertrauten Umgange dieſes Mannes mit Rudolph Agricola mit; u. a. hatte Goswin erzählt, se familiaribus item et apertis eorum sermonibus saepius interfuisse, in quibus deplorarent Ecclesiae tenebras, reprehenderent profanationem in Missis, et coelibatum; etiam de justitia fidei disputarent, quid sit, quod Paulus toties inculcat, homines fide justos esse, non operibus; illos aperte rejecisse Monachorum opinionem, quae contrarium fingeret; item sensisse de humanis traditionibus, errare eos, qui affingunt illis opinionem cultus, et non posse violari judicant.

p) ſ. beſ. C. A. Schaab's Geſch. der Erfindung der Buchdruckerkunſt durch Joh. Gensfleiſch gen. Guttenberg zu Mainz, pragmatiſch aus den Quellen gearbeitet. 3 Bde. Mainz 1830. 31. 8.

dung, ſo auch dieſem Gedankenverkehr wohlthätig zu Hülfe. So wieß Johannes Reuchlin, ſ. 1502 Richter des ſchwäb. Bundes, 1520 Prof. in Ingolſtadt † 1521 q), obgleich durch ſeinen Neuplatonismus mannichfach verblendet r), auf die Mangelhaftigkeit der damaligen Schrifterkenntniß, und die Mittel, ſie zu verbeſſern, hin s), und rügte die Mängel des

q) *Ph. Melanchthonis Oratio continens historiam Jo. Capnionis Phorcensis* (in *ej. Declamat. T. III.*). *Vita Jo. Reuchlini descripta a J. H. Majo. Francof. et Spirae* 1687. 8. C. F. Schnurrer's Nachrichten von ehemal. Lehrern der hebr. Literatur in Tübingen. Ulm 1792. 8. S. 6 ff. Meiners Bd. 1. S. 44 ff. Erhard Bd. 2. S. 147 ff. Joh. Reuchlin u. ſ. Zeit von D. C. Th. Mayerhoff. Berlin 1830. 8. (vergl. Förſtemann's Rec. in d. Berliner Jahrb. f. wiſſenſchaftl. Kritik 1832 Juni S. 923 ff.).

r) vergl. ſeine Schriften *De verbo mirifico* u. *De arte cabbalistica*, ſ. Erhard Bd. 2. S. 242 ff. Mayerhoff S. 96 ff.

s) Insbeſondere begründete er zuerſt durch das Werk *De rudimentis hebraicis libb. III. Phorcae* 1506. *fol.* (Wörterbuch u. Grammatik) das Studium der hebr. Sprache unter den Chriſten. Ueber ſeine Abweichungen von angenommenen Auslegungen ſagt er *Praef. in lib. III. p.* 548: At gravius insurgent, credo, invidi contra dictionarium nostrum, in quo multorum frequenter interpretationes taxantur. Proh scelus, exclamabunt, nihil indignius patrum memoria, nihil admissum crudelius, cum ille homo audacissimus tot et tam sanctos viros divino spiritu afflatos labefactare contendat. Hieronymi beatissimi scriptura Gelasio Papa teste recepta est in Ecclesia: venerabilis pater Nicolaus de Lyra ordinarius expositor Bibliae omnibus christifidelibus vir integerrimus probatur. Jamjam exortus est aliquis fumulus (Reuchlin), qui plurimis in locis illos imperite transtulisse notat. Quorum imminentibus clamoribus haec pauca respondeo, mihi licere quod eisdem illustrissimis luminibus licuit. Hieronymus, vir sanctus, LXX. carpit interpretes non semel, bis, terve, sed saepissime numero: — quos tamen Ptolemaeus Alexandriae Rex divina credidit virtute transtulisse. — Nicolaus item de Lyra divum Hierony-

Predigtweſens t). Vorzüglich aber gewann Deſiderius Erasmus ſ. 1516 in Baſel † 1536 u) eine klare Erkenntniß in das Verderbniß der kirchlichen Verfaſſung und Lehre, und wußte dieſelbe in geiſtvollen und durch ſchöne Form an ſprechenden Schriften, wie das Enchiridion militis christiani (1503) und Moriae encomium (1508) es waren, unter den damals ſchon bedeutenden Kreiſen gebildeter Zeitgenoſſen ungemein zu verbreiten v), während er zugleich in ſeinen theolo-

---

mum in translatione sua ostendit reprehensibilem: — ipsemet vero Nicolaus, ut aequalem mensuram pateretur, simile a rev. Burgensi Episcopo frequentibus cum notis, invito etiam nescio quo fratre Doringo ferre coactus est. Sed quid pluribus erit opus? Ille idem divus Hieronymus in translatione sua seipsum errasse fatetur in commentariis super Isaiam cap. XIX. — Cur igitur in iis, quae ad interpretandi modum artemque grammaticam et ad veritatem idiomatis spectant, me quoque non deceret in lucem producere, quid cum doctissimis Hebraeorum sentirem, quippe ad quos etiam eodem Hieronymo teste confugiendum est, quoties in vetere Testamento controversia movetur. Quanquam enim Hieronymum sanctum veneror ut Angelum, et Lyram colo ut magistrum; tamen adoro veritatem ut Deum.

t) *Liber congestorum de arte praedicandi. Phorcae* 1504. 4.

u) *Compendium vitae Erasmi*, von ihm ſelbſt geſchrieben und dem Conr. Goclenius geſandt, und *Erasmi vita* von *Beatus Rhenanus*, in der Dedication der Erasmiſchen Werke an Kaiſer Carl V., beide vor *Erasmi opp. ed. Cleric. T. I.* und in *Batesii vitae selectorum virorum. p.* 187 *ss.* — Vie d'Erasme par Burigny. 2 voll. à Paris 1757. 8. (deutſch mit Berichtigungen und Zuſätzen von Henke, Halle 1782. 2 Bde 8.). Erasmus v. Rotterdam nach ſ. Leben und Schriften von S. Heß. Zwei Hälften, Zürich 1790. A. Müller's Leben des Erasmus v. Rotterdam, Hamburg 1828. 8. Erhard Bd. 2. S. 461 ff. *Erasmi opp. ed. B. Rhenanus. Basil.* 1540. *IX voll. fol. ed.* (*Jo. Clericus*). *Lugd. Bat.* 1703 *ss. XI voll. fol.*

v) Die Colloquia familiaria gehören erſt der Zeit nach dem Anfange

giſchen Schriften einer innern Reinigung der Kirche Grund-

der Reformation, und einer dadurch bedingten Stimmung des Erasmus an. Den Zweck des Enchiridion giebt er ſelbſt an *Ep. ad Jo. Coletum* (*Opp. III., I. p.* 95): Enchiridion non ad ostentationem ingenii aut eloquentiae conscripsi, verum ad hoc solum, ut mederer errori vulgo religionem constituentium in ceremoniis, et observationibus pene plusquam Judaicis rerum corporalium; ea quae ad pietatem pertinent mire negligentium. Wie er dieß gethan, dafür folgendes als Beiſpiel. Der vierte Canon für das chriſtl. Leben, den er im *Enchiridion* aufſtellt, iſt (*Opp. T. V. p.* 25): ut totius vitae tuae Christum velut unicum scopum praefigas, ad quem unum omnia studia, omnes conatus, omne otium ac negotium conferas. Christum vero esse puta non vocem inanem, sed nihil aliud, quam caritatem, simplicitatem, patientiam, puritatem, breviter quidquid ille docuit. Diabolum nihil aliud intellige, quam quidquid ab illis avocat. Dazu ſagt er u. a.: Sunt qui certos Divos certis quibusdam colunt cerimoniis. Alius Christophorum singulis salutat diebus, sed non nisi conspecta ejus imagine: quo tandem spectans? Nempe huc, quod sibi persuaserit, sese eo die a mala morte tutum fore. Alius Rochum quendam adorat: sed cur? Quod illum credat pestem a corpore depellere. Alius Barbarae, aut Georgio certas preculas admurmurat, ne in manus hostium veniat. Hic jejunat Apolloniae, ne doleant dentes. Ille visit divi Job simulacra, ut scabie careat. Nonnulli de lucro certam portionem pauperibus nuncupant, ne merces naufragio intercidant. Hieroni cereolus accenditur, ut res quae periit recipiatur. In summa, ad hunc modum, quot res sunt quas vel timemus vel cupimus, totidem iis Divos praefecimus, qui et ipsi diversis nationibus diversi sunt, ut id apud Gallos valeat Paulus, quod apud nostrates Hieron, neque passim id valeat Jacobus aut Joannes, quod illo atque illo loco. Quae quidem pietas, nisi a respectu commodorum atque incommodorum corporalium ad Christum referatur, a Deo Christiana non est, ut non ita multum absit a superstitione eorum, qui quondam Herculi decimam bonorum partem vovebant, ut ditescerent,

aut Aesculapio gallum, ut a morbo revalescerent, aut qui Neptuno taurum caedebant, ut feliciter navigarent. Nomina quidem commutata sunt, sed finis utrisque communis. In dem *Encomium Mariae* ſagt die Thorheit u. a. (*Opp. T. IV. p.* 443): Illud hominum genus haud dubie totum est nostrae farinae, qui miraculis ac prodigiosis gaudent mendaciis, vel audiendis vel narrandis. — Atque haec quidem non modo ad levandum horarum tacdium mire conducunt, verum etiam ad quaestum pertinent, praecipue Sacrificis et Concionatoribus. His rursum adfines sunt ii, qui sibi stultam quidem, sed tamen jucundam persuasionem induerunt, futurum, ut, si ligneum aut pictum aliquem Polyphemum Christophorum adspexerint, eo die non sint perituri. — Nam quid dicam de iis, qui sibi fictis scelerum condonationibus suavissime blandiuntur, ac Purgatorii spatia veluti clepsydris metiuntur, saecula, annos, menses, dies, horas tanquam e tabula mathematica citra ullum errorem dimetientes. Aut de iis, qui magicis quibusdam notulis ac preculis, quas pius aliquis impostor, vel animi causa, vel ad quaestum excogitavit, freti nihil sibi non pollicentur, opes, honores, voluptates, — denique proximum Christo apud Superos consessum, quem tamen nolint nisi admodum sero contingere, h. e. cum hujus vitae voluptates invitos eos ac mordicus retinentes tamen deseruerint, tum succedant illae Coelitum deliciae. Hic mihi puta negotiator aliquis, aut miles, aut judex abjecto ex tot rapinis unico nummulo vitae Lernam semel expurgatam putat, totque perjuria, tot libidines, tot ebrietates, tot rixas, tot caedes, tot imposturas, tot perfidias, tot proditiones existimat velut ex pacto redimi, et ita redimi, ut jam liceat ad novum scelerum orbem de integro reverti. Quid autem stultius iis, imo quid felicius, qui septem illis sacrorum Psalmorum versiculis quotidie recitatis plus quam summam felicitatem sibi promittunt? Atque hos magicos versiculos Daemon quispiam, facetus quidem ille, sed futilis magis quam callidus, divo Bernardo creditur indicasse, sed arte circumventus miser. Et haec tam stulta, ut me ipsam propemodum pudeat, tamen approbantur, idque non a vulgo modo, verum etiam a religionis professoribus. Quid jam,

nonne eodem fere pertinet, cum singulae regiones suum aliquem peculiarem vindicant Divum, cumque in singulos singula quaedam partiuntur, singulis suos quosdam culturae ritus attribuunt, ut hic in dentium cruciatu succurrat, ille parturientibus dexter adsit, alius rem furto sublatam restituat, hic in naufragio prosper adfulgeat, ille gregem tueatur: atque item de caeteris. Nam omnia percensere longissimum fuerit. Sunt qui singuli pluribus in rebus valeant, praecipue Deipara Virgo, cui vulgus hominum plus prope tribuit, quam Filio. Verum ab his Divis quid tandem petunt homines nisi quod ad stultitiam attinet? Agedum inter tot anathemata, quibus templorum quorundam parietes omnes, ac testudinem ipsam refertam conspicitis, vidistisne unquam qui stultitiam effugerit, qui vel pilo sit factus sapientior? Alius enatavit incolumis. Alius ab hoste perfossus vixit. — Alius a marito deprehensus elusit. Nullus pro depulsa stultitia gratias egit. Adeo suavis quaedam res est nihil sapere, ut omnia potius deprecentur mortales, quam Moriam. Sed quid ego hoc superstitionum pelagus ingredior? — Usque adeo omnis omnium Christianorum vita istiusmodi deliriationibus undique scatet: quas ipsas tamen Sacrifici non gravatim et admittunt et alunt, non ignari, quantum hinc lucelli soleat accrescere. Inter haec, si quis odiosus sapiens exoriatur, succinatque id, quod res est, non male peribis, si bene vixeris; peccata redimes, si nummulo addideris odium malefactorum, tum lacrymas, vigilias, precationes, jejunia, ac totam vitae rationem commutaris; Divus hic tibi favebit, si vitam illius aemulaberis: haec, inquam, atque id genus alia, si sapiens ille obganniat, vide a quanta felicitate repente mortalium animos, in quem tumultum retraxerit! *p.* 450: Sic sculptus est hominis animus, ut longe magis fucis, quam veris caplatur. — Si quis sit Divus fabulosior et poëticus, quod si exemplum requiris, finge hujus generis Georgium, aut Christophorum, aut Barbaram; videbitis hunc longe religiosius coli, quam Petrum, aut Paulum, aut ipsum etiam Christum. *p.* 463: Porro Theologos silentio transire fortasse praestiterit, καὶ ταύτην καμαρίναν οὐ κινεῖν, nec hanc anagyrim tangere, utpote genus hominum mire superciliosum

atque irritabile, ne forte turmatim sexcentis conclusionibus adoriantur, et ad palinodiam adigant, quod si recusem, protinus *haereticam* clamitent. Nam illico solent hoc terrere fulmine, si cui sunt parum propitii. Sane quamquam non alii sunt, qui minus libenter agnoscant meam in se beneficentiam, tamen hi quoque non mediocribus nominibus obstricti sunt, dum felices sua philautia, perinde quasi ipsi tertium incolant coelum, ita reliquos mortaleis omneis ut humi reptantes pecudes e sublimi despiciunt, ac prope commiserantur, dum tanto magistralium definitionum, conclusionum, corollariorum, propositionum explicitarum et implicitarum agmine septi sunt, tot exuberant κηπουρήτοις, ut nec Vulcaniis vinculis sic possint irretiri, quin elabantur distinctionibus, quibus nodos omneis adeo facile secant, ut non Tenedia bipennis melius: tot nuper excogitatis vocabulis, ac prodigiosis vocibus scatent. — In quibus omnibus tantum est eruditionis, tantum difficultatis, ut existimem ipsis Apostolis alio spiritu opus fore, si cogantur hisce de rebus cum hoc novo Theologorum genere conserere manus. Paulus fidem praestare potuit: at idem cum ait: *fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium*, parum magistraliter definivit. Idem ut caritatem optime praestitit, ita parum dialectice vel dividit, vel finit in priore ad Cor. epistola c. 13. etc. Ueber die unnützen Fragen der Scholaſtiker vergl. ſ. *Annot. in* 1 *Tim.* 1, 6. oben §. 144. not. g. *p.* 481: Principum quidem institutum summi Pontifices, Cardinales, et Episcopi jam pridem gnaviter aemulantur, ac prope superant. Porro si quis perpendat, quid linea vestis admoneat, niveo candore insignis, nempe vitam undiquaque inculpatam; quid sibi velit mitra bicornis, — puta Novi pariter et Veteris Instrumenti absolutam scientiam; — haec, inquam, atque id genus multa si quis perpendat, nonne tristem ac sollicitam vitam egerit! At nunc belle faciunt, cum sese pascunt, caeterum ovium curam aut ipsi Christo mandant, aut in Fratres, quos vocant, ac vicarios rejiciunt. Neque vel nominis sui recordantur, quid sonet Episcopi vocabulum, nempe laborem, curam, sollicitudinem. Verum in irretiendis pecuniis plane Episcopos agunt, αὐθ' ἁλοσκοπίῃ. — Jam summi

Pontifices, qui Christi vices gerunt, si conentur ejusdem vitam aemulari, nempe paupertatem, labores, doctrinam, crucem, vitae contemptum, si vel Papae i. e. patris nomen, vel Sanctissimi cognomen cogitent: quid erit in terris afflictius? aut quis eum locum omnibus emat facultatibus; emptum gladio, veneno omnique vi tueatur? Quantum his abstulerit commoditatum, si semel incessiverit sapientia? Sapientia dixi? imo vel mica salis illius, cujus meminit Christus. — At nunc fere, si quid laboris est, id Petro et Paulo relinquitur, quibus abunde satis est otii. Porro si quid splendoris aut voluptatis, id sibi sumunt. Atque ita fit mea quidem opera, ut nullum paene hominum genus vivat mollius, minusque sollicitum, ut qui abunde Christo satisfactum existiment, si mystico ac paene scenico ornatu, cerimoniis, Beatitudinum, Reverentiarum, Sanctitatum titulis, et benedictionibus ac maledictionibus Episcopos agant. Priscum et obsoletum, nec horum omnino temporum, miracula edere: docere populum, laboriosum: sacras interpretari litteras, scholasticum: orare, otiosum: lacrymas fundere, miseram ac muliebre: egere, sordidum: vinci, turpe parumque dignum eo, qui vix Reges etiam summos ad pedum beatorum admittit oscula: denique mori, inamabile: tolli in crucem, infame. Restant sola haec arma ac benedictiones dulces, quarum meminit Paulus (*Rom.* 16, 18.), atque harum quidem sunt sane quam benigni, interdictiones, suspensiones, aggravationes, anathematizationes, ultrices picturae, ac fulmen illud terrificum, quo solo nutu mortalium animas vel ultra tartara mittunt. Quod ipsum tamen sanctissimi in Christo patres, et Christi vicarii in nullos torquent acrius, quam in eos, qui instigante Diabolo patrimonia Petri minuere atque arrodere conantur. Cujus cum haec vox sit in Evangelio: *reliquimus omnia, et secuti sumus te*, tamen hujus patrimonium appellant agros, oppida, vectigalia, portitoria, ditiones. Pro quibus dum zelo Christi accensi, ferro ignique dimicant, non absque plurimo Christiani sanguinis dispendio, tum demum Ecclesiam Christi sponsam sese credunt apostolice defendere, fortiter profligatis, ut vocant, hostibus. Quasi vero ulli sint hostes Ecclesiae perniciosiores, quam impii Ponti-

lage und Richtung zu geben ſuchte w). Nicht minder bedeutende

fices, qui et silentio Christum sinunt abolescere, et quaestuariis legibus alligant, et coactis interpretationibus adulterant, et pestilente vita jugulant. — *p.* 485: Jam vero vulgus Sacerdotum, nefas esse ducens, a Praesulum suorum sanctimonia degenerare, euge, quam militariter pro jure decimarum ensibus, jaculis, saxis, omnique armorum vi belligerantur: quam hic oculati, si quid ex veterum litteris possint elicere, quo plebeculam territent, et plus quam decimas deberi convincant. At interim non venit in mentem, quam multa passim legantur de officio, quod illi vicissim praestare populo debeant. Nec saltem admonet eos vertex rasus, Sacerdotem omnibus hujus mundi cupiditatibus liberum esse oportere, neque quidquam nisi coelestia meditari. Sed homines suaves se suo officio probe perfunctos ajunt, si preculas illas suas utcumque permurmurarint, quas me Hercule demiror si quis Deus vel audiat, vel intelligat, cum ipsi fere nec audiant, nec intelligant, tam cum eas ore perstrepunt.

w) Dahin gehören außer ſeinen Arbeiten über das N. T., ſeinen Ausgaben des Cyprianus und des Hieronymus, und ſeinen Ueberſetzungen von Schriften des Origenes, Athanaſius und Chryſoſtomus insbeſondere noch: Ratio verae theologiae, Ecclesiastes s. de ratione concionandi, und Commentare zu mehreren Pſalmen, ſämmtl. in d. Opp. ed. Clerici T. V. Zur Bezeichnung des Grades ſeiner theologiſchen Erkenntniß diene zuerſt ſeine treffende Bemerkung über die Entwickelung der Dogmen und Einrichtungen in der chriſtl. Kirche. *Annot. ad Matth.* 11, 30. *jugum meum suave:* Quemadmodum apud Judaeos legem per se molestam aggravabant hominum constitutiones, ita cavendum est etiam atque etiam, ne Christi legem, per se blandam ac levem, gravem et asperam reddant humanarum constitutionum ac dogmatum accessiones. Quae sic primum obrepunt, ut vel tanquam pusilla negligantur, vel pietatis specie commendata libenter amplectantur etiam homines probi magis quam providi. Semel recepta paulatim gliscunt augescuntque, donec in immensum aucta jam nolentes premant et obruant, seu consuetudinis, cujus

bona pars ad Commissariorum (der Ablaßkrämer) arbitrium consumenda est. Nonnunquam et sacrosancta Christi doctrina aut supprimenda, aut ad illorum rem detorquenda. Ad haec qui modeste pii sunt, taciti secum ingemiscunt. Qui populi malis aluntur, et quorum interest Christi gregem — quam maxime servum esse et obnoxium, adeo non reclamant, ut modis omnibus exaggerent. Accedunt iis, qui vel ambiunt praemium aliquod obsequii, vel timent poenam libertatis. Ita dum nemo succurrit, res paulatim eo prolabitur, ut pene nihil jam pudeat. — Nec ulla superest medendi spes, nisi si Christus ipse vertat, aut certe excitet Pontificum ac Principum animos ad ea quae verae sunt pietatis: aut Theologi et Concionatores, non seditiosis clamoribus, sed sobrie placideque quae Christo digna sunt, magno consensu docoeant et inculcent. — Tumultus ubique vitandus: et praestat ferre Principes impios, quam novatis rebus gravius malum accersere (nach dieſem Grundſatze beurtheilte Erasmus auch ſpäter die Reformation Luthers). *Ann. ad* 1 *Cor.* 7, 39. unterſucht er: an liceat ut matrimonia quaedam dirimantur, non temere, sed gravibus de causis, neque per quoslibet, sed per Ecclesiae praefectos, aut judices legitimos, et ita dirimantur, ut liberum sit utrique cui velit jungi, aut alteri certe, qui divortio non dederit causam. Scio quaedam esse ejus generis, ut nefas sit ceu dubia vocare in disputationem. — Quaedam ita recepta sunt auctoritate Ecclesiae, ut pro re nata possint mutari. Dieſen letzten Satz belegt er, indem er aus der Praxis des chriſtl. Alterthums, und den heil. Schriften die Zuläſſigkeit der Eheſcheidung zu erweiſen ſucht, mit folgenden Beiſpielen: In Actis Apostolorum solenni celebrique Concilio decretum ac promulgatum est, ut qui ex Paganismo cooptarentur in Christianos, abstinerent ab idolothytis, a suffocato animante, a sanguine, et a stupro. — Et tamen quod ibi decretum est, adeo est antiquatum, ut nunc judaizare crederetur, qui abhorreret a gallina suffocata, aut fartis sanguine distentis. — Paulus vetat Episcopum fieri qui neophytus sit, aut percussor, aut vinolentus. At hodie Romanus Pontifex vel heri baptizatum, vel piratam publicum admittet ad honorem episcopalem, si videatur, nihil deterritus Paulina constitutione. In synaxi

transsubstantiationem sero definivit Ecclesia: diu satis erat credere, sive sub pane consecrato, sive quocumque modo adesse verum corpus Christi: ubi rem propius contemplata est, ubi exactius expendit, certius praescripsit. Non erant haeretici, qui olim credidissent Spiritum Sanctum a Patre duntaxat procedere, et haud scio, an maxima pars Christianorum primitus ita crediderit: expensa re definiit Ecclesia, quod hodie sequimur. Idem videtur accidisse in conceptione b. Virginis, si tamen hoc Ecclesia sic definiit, ut haereticus sit habendus qui dubitet. — Nemo priscorum audebat clare pronuntiare, Spiritum Sanctum esse Patri Filioque homousion, ne tum quidem, quum quaestio de Filio tanta contentione per universum orbem agitaretur. — Nunc audemus profiteri. Weiter unten, ob die Ehe ein Sacrament ſey? Jam vero quod de sacramento afferunt, cujusmodi sit, videamus, per quod volunt omne matrimonium semel contractum esse indissolubile. Neque enim hic Augustinus, qui tria bona ponit in matrimonio, quum tertium sacramentum vocat, sentit unum e septem sacramentis: quod ipsum subnotare videtur Petrus Lombardus Dist. XXXI.: imo haud scio, an hoc sacramentum septimum veteribus fuerit cognitum. Primum quod Dionysius enumerans nominatim singula, et singulorum vires, ritus ac ceremonias explicans, de conjugio nullam facit mentionem. — Deinde quum tot voluminibus tractatum sit de matrimonio vel a Graecis vel a Latinis, nullus est locus unde liqueat, illos conjugium inter septem sacramenta commemorare. — Verum cur haec recenseo, quum Durandus (ſ. Abthl. 3. §. 114. not. a) fateatur, matrimonium a recentioribus Theologis denique numerari coeptum inter ea, quae proprie dicuntur Ecclesiae sacramenta? Porro quod Paulum sequuti veteres matrimonium aliquoties vocant sacramentum, id sentiunt, opinor, in copula viri et uxoris, quoniam est arctissima amicitia, repraesentari typum quendam et imaginem Christi, sponsam Ecclesiam sibi copulantis. Ueber des Erasmus Verdienſte im Allgemeinen ſ. des Johannes Turzo, B. v. Breslau, Schreiben an Erasmus dd. 1. Dec. 1519 (*Erasmi opp. III., I. p.* 522): At tu quomodo tibi non injurius videri possis, qui laudes, quibus te universus propemodum orbis ve-

Winke über die der Kirche zu wünſchenden Verbeſſerungen gab ſein Freund Thomas Morus in ſeiner Utopia (1516) x).

---

rissime prosequitur, — averseris! Debentur profecto tibi longe majora, praesertim cum tui unius patrocinio omnium honestissimarum disciplinarum nitor, multo jam barbariei situ et squalore obtenebratus, resplendescat, tum sincerae quoque illius theologiae puritas, et sanctissima studia, prope ad interitum redacta, te parente, te duce veluti renata toto orbe reflorescant.

x) Thomas Morus, aus den Quellen bearbeitet von D. G. Th. Rudhart, Nürnberg 1829. 8. *De optimo reipublicae statu deque nova insula Utopia.* In der Beſchreibung dieſes Idealſtaates findet ſich *lib. II.* (*ed. Glasguae* 1750. 8. *p.* 227) ein Abſchnitt *de religionibus Utopiensium:* Religiones sunt non per insulam modo, verum singulas etiam urbes variae, aliis solem, lunam aliis, aliis aliud errantium siderum Dei vice venerantibus. Sunt, quibus homo quispiam, cujus olim aut virtus aut gloria enituit, non pro Deo tantum, sed pro summo etiam Deo suspicitur. At multo maxima pars, eademque longe prudentior nihil horum, sed unum quoddam numen putant, incognitum, aeternum, immensum, — per mundum hunc universum virtute, non mole, diffusum: hunc parentem vocant, origines, auctus, progressus, vices, finesque rerum omnium huic acceptos uni referunt, nec divinos honores alii praeterea ulli applicant. Quin caeteris quoque omnibus, quanquam diversa credentibus, hoc tamen cum istis convenit, quod esse quidem unum censent summum, cui et universitatis opificium et providentia debeatur, eumque communiter omnes patria lingua Mithram appellant. — Caeterum paulatim omnes ab ea superstitionum varietate desciscunt, atque in unam illam coalescunt religionem, quae reliquas ratione videtur antecellere. — At posteaquam acceperunt a nobis Christi nomen, doctrinam, mores, miracula, — non credas quam pronis in eam sectam afflectibus etiam ipsi concesserint. — Haud pauci nostram in religionem coierunt, lymphaque sacra sunt abluti. Verum quoniam in nobis — nemo — sacerdos erat, caeteris initiati ea tamen sacramenta desiderant, quae apud

und aufgebracht wurden. Dieſe Abneigung hatte ſich bereits

---

opus naturae debere se et patriae liberos putant. Nullam voluptatem refugiunt, quae nihil eos ab labore demoretur; carnes quadrupedum vel eo nomine diligunt, quod tali cibo sê validiores ad opus quodque censeant. Hos Utopiani prudentiores, at illos sanctiores reputant: quos, quod coelibatum anteferunt matrimonio, asperamque vitam placidae anteponunt, si rationibus niterentur, irriderent, nunc vero, quum se fateantur religione duci, suspiciunt ac reverentur. — Sua lingua Buthrescas (d. i. βουθρήσκους) vocant, quod verbum latine Religiosos licet interpretari. Sacerdotes habent eximia sanctitate, eoque admodum paucos. — Unus reliquis praeficitur. Eliguntur a populo, idque caeterorum ritu magistratuum, occultis, ad studia vitanda, suffragiis: electi a suo collegio consecrantur. Hi rebus divinis praesunt, religiones curant, ac morum veluti censores sunt. — Caeterum ut hortari atque admonere illorum est, ita coërcere atque in facinorosos animadvertere Principis atque aliorum est magistratuum, nisi quod sacris interdicunt quos improbe malos comperiunt. Nec ullum fere supplicium est quod horreant magis: nam et summa percelluntur infamia, et occulto religionis metu lacerantur, ne corporibus quidem diu futuris in tuto: quippe ni properam poenitentiam sacerdotibus approbent, comprehensi impietatis poenam senatui persolvunt. Pueritia juventusque ab illis eruditur, nec prior litterarum cura, quam morum ac virtutis habetur. — Sacerdotibus (ni foeminae sint: nam neque ille sexus excluditur, sed rarius, et non nisi vidua natuque grandis eligitur) uxores sunt popularium selectissimae. Neque enim ulli apud Utopienses magistratui major habetur honos; usque adeo, ut, si quid etiam flagitii admiserint, nulli publico judicio subsint. Deo tantum ac sibi relinquuntur. — Religio quoniam non est ibi apud omnes eadem, et universae tamen ejus formae, quanquam variae ac multiplices, in divinae naturae cultum, velut in unum finem diversa via commigrant; idcirco nihil in templis visitur auditurve, quod non quadrare ad cunctas in commune videatur. Si quod proprium sit cujusquam sectae

auf mancherley, meiſt ungeſchickte, Weiſe kund gegeben y), als

---

sacrum, id intra domesticos quisque parietes curat. Publica tali peragunt ordine, qui nulli prorsus ex privatis deroget: itaque nulla Deorum effigies in templo conspicitur, quo liberum cuique sit, qua forma Deum velit e sua religione concipere: nullum peculiare Dei nomen invocant, sed Mithrae duntaxat, quo vocabulo cuncti in unam divinae majestatis naturam, quaecunque sit illa, conspirant: nullae concipiuntur preces, quas non pronunciare quivis inoffensa sua secta possit. Alles dieß können nicht blos heitere Scherze einer heitern Seele ſeyn, wie Rudhardt S. 156 will. Die Utopier ſolken nicht vollkommene Menſchen, aber ihre Einrichtungen ſollen nach der Abſicht des Verfs. ſo vortrefflich ſeyn, wie ſie unter unvollkommenen Menſchen möglich ſind. Die ernſt gemeinten Grundſätze des Verfs. ergeben ſich überall von ſelbſt, eben ſo wie ihre Anwendung auf die damaligen Verhältniſſe: die Utopia ſchließt: facile confiteor permulta esse in Utopiensium republica, quae in nostris civitatibus optarim verius quam sperarim.

y) Vgl. was Reuchlin über ſein Auftreten in Baſel 1478 in ſeiner *Dedicat. libri de acc. et orth. ad Adrianum Card.* (*Vitą Reuchlini descripta a J. H. Majo.* p. 161) erzählt: Extra ordinem utriusque generis auctores publice docui. Atque id primum studio, magis ut grammatici quam elegantes haberemur. Quid enim requireres amplius ab hominibus, qui annos jam supra trecentos aliud nihil moliebantur, quam ut barbari essent? Unde cum loquendi vitio amor etiam et voluptas quaedam balbutiendi insederat. Sed prospere cessit. Magnae rei non frustra admoliti manum sumus, tametsi strenue refragarentur initio istius generis magistri, quos hodie scilicet hostes patimur, quibus corruptissimo judicio et admirabili φιλαυτίᾳ tumentibus nihil praeter faeces suas recte probatur. Jam usu res exsplendescebat, fiebatque, ut purius et scriberet et diceret juventus Germanica, idque me auspice. Deinde accessit Graecarum literarum studium, sine quibus nemo sat politus censeri potest. Hisce ad philosophiam revocabamur Aristotelicam, quae nonnisi a Graecis hominibus proprie ac rite tradi solet. Huc aspirabant, si qui bonis ingeniis, non

der Streit Reuchlins mit Johann Pfefferkorn und den köln-

corrupta ista et perturbata disciplina infecti erant. Sensim pueriles scholarum nugae deserebantur. Ibi vero supercilia tollentes veternosi Sophistae, mirum, ut ridiculi ajebant, literarum genus a nobis tractari, alienum a Romana pietate; Graecos schismaticos esse; interdictas eorum disciplinas contra Ecclesiae decreto nobis magistris prodi. Viden', — quid passus a Sophistis effecerim, ut resipisceret Germania vel tandem! Sero enim Phryges sapiunt. Erasmus erzählt mit Beziehung auf ſeine Ausgabe des N. T. *Ep. ad Capitonem ann.* 1516 (*Opp.* III, I, *p.* 188.): Nuper hic (Antverpiae) quidam apud plebem, in sacra scilicet concione, lachrymabili voce deploravit, actum esse de divinis literis ac theologis, qui hactenus fidem christianam suis humeris fulsissent, postea-quam extitissent, qui sacrosanctum Evangelium, atque adeo ipsam precationem dominicam emendarent: perinde quasi ego Matthaeum aut Lucam reprehendam, ac non eos potius, quorum inscitia incuriave depravatum est, quod illi recte scripserunt. Aehnliches geſchah, als er an der Ausgabe des Hieronymus arbeitete, ſ. *Epist. apologetica ad Mart. Dorpium* (*Opp. T. IX. v. d. Hardt hist. reform. liter. I, p.* 22.): Cum opus esset institutum, et fama jam percrebuisset, accurrere quidem graves ut habentur viri, et insignes ut sibi videntur theologi, per omnia sacra typographum obtestantes, ne quid Graecitatis aut Hebraismi pateretur admisceri: ingens in eis literis esse periculum, nec quicquam esse fructus: ad solam curiositatem esse paratas. Ueber die Aufnahme ſeiner Ausgabe des N. T. ſagt er *Ep. ad Leonem X. ann.* 1519 (*l. c. p.* 490): Hanc mire consentientibus calculis approbant omnes, exceptis perpaucis, quorum alii stupidiores sunt, quam ut possint rectis rationibus coargui, alii superbiores, quam ut velint meliora discere, — quidam ambitiosiores, quam ut sustineant videri nescisse quicquam antehac, sed omnes ejusmodi, ut non referat talium ambisse suffragium. — Metuebant tyrannidi suae, quidam etiam quaestui, si mundus resipisceret. Quid sibi persuaserint nescio, certe rudibus et indoctis persuadere conantur, linguarum cognitionem, bonasque, quas vocant,

ſchen Dominicanern über die Frage, ob alle Schriften der Juden zu verbrennen ſeyen, das Zeichen zu einem allgemeinen

---

literas adversari theologiae studio, cum nullis disciplinis ea magis vel ornetur, vel adjuvetur. Hi (ut sunt omnibus Musis et Gratiis iratis nati) sine fine belligerantur adversus studia, sese nostris temporibus ad meliorem frugem erigentia. Summa vero victoriae spes in meris sycophantiis illis est sita. Si libris agant, nihil aliud quam suam traducunt stultitiam, simul atque inscitiam. Si rationibus conflictantur, nimirum superat manifesta veritas: tantum apud imperitam plebeculam stultasque mulierculas vociferantur, quibus imponere facillimum est, praesertim religionis praetextu, cujus simulandae miri sunt artifices. Praetexunt horrenda nomina, haereses, antichristos: jactitant periclitari, nutareque religionem christianam, quam ipsi scilicet suis humeris sustinent, atque his tam odiosis admiscent mentionem linguarum, ac politioris literaturae. Haec, inquiunt, horrenda dictu nascuntur ex poëtica, nam hoc vocabulo traducunt quicquid est elegantioris doctrinae, hoc est quicquid ipsi non didicerunt. Hujusmodi naenias non pudet etiam in sacris concionibus deblaterare, qui se praecones evangelicae doctrinae haberi postulant. Abutuntur et Romani Pontificis et Romanae sedis nomine, videlicet apud nullos, ut par est, non sacrosancto. His technis, his cuniculis adoriri parant efflorescentes optimas literas, ac puriorem illam theologiam, suos fontes resipientem. Nihil non tentatum est, nullum calumniae genus non excogitatum in eos, quorum opera vident haec studia gliscere: inter quos me quoque numerant etc. Wie es gebildeteren Mönchen in den Klöſtern ging, ſchildert i. J. 1509 Joh. Butzbach, Prior im Kloſter Laach, ſ. meine *Symbolae ad hist. monasterii Lacensis ex codd. Bonnensibus depromtae. Bonnae* 1826. 4. *p.* 37 *s.* u. a. *p.* 38: Si quispiam auctorem aliquem legere coepit saecularem, si carmen vel simile aliquod edere tentaverit, quasi jam religionem abnegaverit, continuo exclamant: quid iste fantasticus fantisat? quid delirus hic insanit? Num et ipse vult esse poëta? Crimen est apud tales nunc legere poëtam; carmen recitavisse, scelus; sacrilegium, novisse Mantuanum.

Partheykampfe zwiſchen den Humaniſten und Scholaſtikern in Deutſchland gab z). Jacob v. Hochſtraten, Dominicanerprior in

---

vgl. *Hottingeri Analecta diss. I. p. 5 ss.* Hottinger's Helvet. Kirchengeſch. Th. 3. S. 125. 285 f.

z) Ueber die Geſchichte deſſelben ſ. *v. d. Hardt hist. liter. Reformat. P. II. Vita Jo. Reuchlini descr. a J. H. Majo p. 250 ss.* Meiners Lebensbeſchr. berühmter Männer Bd. 1. S. 97. ff. Erhard's Geſch. des Wiederaufblühens wiſſenſchaftl. Bildung Bd. 2. S. 292 ff. Mayerhoff's Reuchlin S. 114 ff. Johann Pfefferkorn, 1506 vom Judenthum bekehrt, ein begünſtigter Schützling der cölniſchen Dominicaner, hatte nach mehreren die Juden zur Bekehrung einladenden Schriften 1509 in einer Flugſchrift das Volk aufgefordert, bei den Obrigkeiten durchzuſetzen, daß die Juden aus dem Lande gejagt, alle ihre Bücher außer der h. Schrift verbrannt, und ihre Kinder chriſtlich erzogen würden. Mit Hülfe der Dominicaner erlangte er alsbald ein kaiſerliches Mandat, wonach alle jüdiſche gegen das Chriſtenthum gerichtete Schmähſchriften vertilgt werden ſollten: alsdann trug der Kaiſer dem Churf. v. Mainz 1510 auf, von mehreren Sachkundigen, namentlich auch von Reuchlin, Gutachten darüber einzuziehen, ob alle jüdiſche Bücher außer der heil. Schrift zu vernichten ſeyen (ſ. das kaiſerl. Schreiben im Augenſpiegel bei *v. d. Hardt II, p. 17*). Reuchlin entſcheidet in ſeinem Gutachten (abgedr. im Augenſpiegel *l. c. p.* 20 ff.) dahin, daß nur Schmähſchriften gegen das Chriſtenthum, nicht aber die andern Schriften, welche die Juden außer der Bibel beſäßen, vertilgt zu werden verdienten. Gegen dieſes Gutachten ließ Pfefferkorn, dem es auf unbekannte Weiſe zugekommen war, eine Schmähſchrift Handſpiegel 1511 erſcheinen, welcher Reuchlin alsbald eine heftige Antwort Augenſpiegel (abgedruckt *l. c. p. 16 ss.*) entgegenſetzte. In demſelben fanden die Cölner Dominicaner, welche die dortige theologiſche Facultät leiteten, Ketzereien: Reuchlin ſuchte ſie zuerſt durch Briefe zu begütigen (*Epistolae Reuchlini lib. II. p.* 115 *ss.* bei *Majus p.* 318 *ss.*), ſtatt der verlangten Unterdrückung ſeines Augenſpiegels und des Widerrufs mehrerer Sätze deſſelben gab er aber eine deutſche Erklärung der letzteren heraus (Ain klare Verſtantnus in Tütſch uff Doctor Johanſens Reuchlings Rathſchlag von den Juden Büchern, vormals auch zu Latin im Augenſpiegel außgegangen 1512): dagegen ließen die Cölner ſogleich erſcheinen: *Arti-*

Cöln, zog nach Mainz, um dort als Inquisitor den Reuchlin zu verdammen (1513) aa): die Entscheidung des Bischofs v. Speyer, als päpstlichen Commissarius, fiel zwar darauf völlig zu Reuchlins Gunsten aus (1514) bb): die Dominicaner aber appellirten von neuem, und boten in Rom ihren ungemessenen Einfluß auf cc). Leo X. wagte eben so wenig gegen diese fürchtbaren Diener seines Stuhls zu entscheiden dd), als er seine Schütz-

---

culi sive propositiones de judaico favore nimis suspectae, ex libello theutonico Domini Jo. Reuchlin, Legum Doctoris (cui Speculi oculariis titulus inscriptus est) extractae, cum annotationibus et improbationibus venerabilis ac zelosi viri, Magistri nostri Arnoldi de Tungeri, Artium et sacrae Theologiae Professoris profundissimi (Auszüge daraus bei *Majus p.* 345 *ss.*). Reuchlin verantwortete sich wiederum sehr heftig in der an den Kaiser gerichteten *Defensio contra calumniatores suos Colonienses. Tubingae* 1513 (abgedr. bei *v. d. Hardt II, p.* 53 *ss.*). Zugleich forderte er seine zahlreichen Freunde und Gönner zum Beistande auf, und es bildete sich ein zahlreicher Bund der Humanisten und ihrer Beschützer gegen die Cölner s. Meiners a. a. O. S. 143 ff. Diese letztern aber begannen jetzt das inquisitorische Verfahren.

aa) Ueber dieses Mainzer Verfahren s. Reuchlins Schreiben an Wimpheling *dd. Stuttgard. d. s. Andreae* 1513 zuerst gedruckt b. *Majus p.* 390 *ss.* Die Acten bei *v. d. Hardt II, p.* 94 *ss.*

bb) Das Urtheil bei *v. d. Hardt II, p.* 114.

cc) Besonders suchten sie dadurch Eindruck zu machen, daß sie die theologischen Facultäten in Paris, Mainz, Erfurt und Löwen veranlaßten, dem Urtheile der cölnischen Facultät gegen den Augenspiegel beizutreten, Meiners S. 187.

dd) Wie die cölnischen Dominicaner schon zu Allem entschlossen waren, s. *Buschii ep. ad Reuchlin.* (in dess. *Epistt. lib. II, p.* 168 *s.*): Praeterea audent aperte jactare perversissimi homines, nisi secundum se pronuntiatum fuerit in urbe, ab Ecclesia et summo ejus Pontifice se defecturos, et schisma novum suscitaturos. Alii ad futurum Concilium provocaturos se minantur Alii dicunt, quicquid contra se statuerit Papa nullius momenti esse, neque pro Papa habendum eum, qui ab se sua-

linge, die Humaniſten, preisgeben wollte: und ſo kam es zu gar keinem Urtheile ee). Um ſo mehr wuchs den Humaniſten der Muth: ſie ſtrömten eine Fluth beißender Satyren, unter denen die Epistolae obscurorum virorum die erſte Stelle einnehmen ff), über ihre geiſtloſen Gegner aus; der ritter-

---

que sententia dissentiat. Tam caeca, tam praeceps est arrogantia eorum, ut non pudeat etiam postulare obnoxium sibi summum Pontificem esse: se palam omnibus Ecclesiam esse dictitant, sine se in rebus fidei Papam nihil decernere nec posse, nec debere conclamant. Nihil hercle secius aut honorificentius de summo Pontifice loquuntur, quam de puero sub ferula adhuc vivente, cui nihil nisi ad paedagogi sui nutum integrum sit aut liberum loqui.

ee) Die Acten des römiſchen Verfahrens ſ. bei *v. d. Hardt II, p.* 117 *ss.*

ff) Das erſte Buch erſchien unter dem Titel: *Epistolae obscurorum virorum ad venerabilem virum Magistrum Ortuinum Gratium Daventriensem, Coloniae Agrippinae bonas literas docentem, variis et locis et temporibus missae* (b. Wolfg. Angſt. Hagenau 1516). 4. Das zweyte: *Epist. obsc. vir. ad Mag. Ort. Grat. non illae quidem veteres et prius visae, sed et novae et illis prioribus elegantia, argutiis, lepore ac venustate longe superiores* (Baſel b. Froben. 1517). 4. Das dritte Buch iſt weit ſpäter hinzugefügt. Neueſte Ausgaben: von D. E. Münch, Leipzig 1827 u. recognita et praefatione a Dno *H. W. Rotermundo* aucta, Hannoverae 1827. 8. An Ortuinus waren dieſe Briefe gerichtet, weil man denſelben für den wahren Verfaſſer der Pfefferkorniſchen Schriften hielt. Auch die Dunkelmänner gaben zu (Ausg. v. Münch S. 194): Pfefferkorn quidem composuit materiam, sed Mag. Ortuinus postea latinisavit. Erasmus und Reuchlin, obgleich bald in Verdacht gezogen, ſind bei der Abfaſſung ganz unbetheiligt. Ganz wird der Schleier über den Urſprung dieſer Briefe wohl nie gelüftet werden: die neueſten bedeutenden Unterſuchungen darüber ſind von Chr. Gottfr. Müller, Rector der Fürſtenſchule in Meißen, in einem lat. Schulprogramme von 1801, Mohnicke in Erſch und Gruber's Encyclopädie Th. 4. S. 105 Art. Wolfg. Angſt, u. E. Münch in der Einleitung zu ſ. Ausgabe S. 28 ff. Hauptverfaſſer ſind wahr-

liche Ulrich von Hutten gg) ging aber ſogar in ſeiner Entrüſtung über dasjenige, was die Deutſchen von Rom aus zu leiden gehabt hatten, zu Verhöhnungen des Papſtthums über hh).

ſcheinlich Crotus Rubianus u. Ulrich v. Hutten: wer aber von denſelben die erſte Idee gefaßt habe, ob dieſelbe vielleicht von dem gelehrten Buchdrucker Angſt herrühre, und ob Hutten ſchon an dem erſten Theile mitgearbeitet habe: darüber iſt Verſchiedenheit der Meinung. An dem zweiten Theile ſcheint von mehreren Humaniſten auf der Ebernburg gearbeitet zu ſeyn ſ. E. Münch's Franz v. Sickingens Thaten Bd. 1. S. 348. Wie treffend der Ton der damaligen Pfaffen nachgeahmt war, ſ. *Erasmi epist. ad Mart. Lipsium dd.* 5. *Sept.* 1528 (*Opp. III, II, p.* 1110): Ubi primum exissent Epistolae obscurorum Virorum, miro Monachorum applausu exceptae sunt apud Britannos a Franciscanis ac Dominicanis, qui sibi persuadebant, eas in Reuchlini contumeliam et Monachorum favorem serio proditas: quumque quidam egregie doctus, sed nasutissimus, fingeret se nonnihil offendi stylo, consolati sunt hominem. Ne spectaris, inquiunt, o bone, orationis cutem, sed sententiarum vim. Nec hodie deprehendissent, ni quidam addita epistola lectorem admonuisset, rem non esse seriam. Post in Brabantia Prior quidam Dominicanus et Magister noster, volens innotescere patribus, coëmit acervum eorum libellorum, ut dono mitteret Ordinis proceribus, nihil dubitans, quin in Ordinis honorem fuissent scriptae. Quis fungus possit esse stupidior! At isti sunt, ut sibi videntur, Atlantes Ecclesiae nutantis, ex his designantur cognitores de dogmatibus ecclesiasticis etc.

gg) Ueber ihn ſ. Meiners Lebensbeſchreibungen berühmter Männer aus den Zeiten der Wiederherſtellung der Wiſſenſch. Bd. 3. Ulrich von Hutten, nach ſ. Leben, ſ. Character u. ſ. Schriften geſchildert von E. J. Wagenſeil, Nürnberg 1823. 8. — *Ulrici ab Hutten opera quae exstant omnia* herausgeg. von E. J. H. Münch 5 Theile, Berlin 1821—25. 8.

hh) So insbeſondere die *Praef.* zu ſeiner Ausgabe von *Laur. Vallae de falso credita et ementita Constantini donatione* 1517 (in dem *Fasciculus rerum expetend. et fugiendarum ed. Brown p.* 128

Gleich darauf verſchwand dieſer Streit, gleich einem unbedeutenden Vorgefechte, in dem großen Kampfe der lutheriſchen Reformation ii), in welchem die meiſten Humaniſten ſich als-

in Münch's Ausgabe Th. 2. S. 401 ff.). Gewiß gehören ihm aber auch viele der jetzt zahlreich anonym erſcheinenden ſatyriſchen Schriften an: von den gegen das Papſtthum gerichteten wahrſcheinlich *Julius exclusus*, *dialogus* (abgedr. in Münch's Ausg. der *Epistolae obscur. virorum p.* 417 *ss.*) *Oratio ad Christum pro Julio II*, (*l. c. p.* 458 *ss.*) *Philalethis dialogus de facultatibus Romanensium nuper publicatis* (*l. c. p.* 471 *ss.*). Eine wahrſcheinlich von Caelius Secundus Curio veranſtaltete Sammlung ſolcher Satyren ſind die *Pasquillorum Tomi duo. Eleutheropoli* (Baſel) 1544. 8. Der zweite Theil enthält blos Satyren von Hutten und Crotus Rubianus.

ii) ſ. Luther's Brief an Reuchlin v. 14. Dec. 1518 (in de Wette's Ausg. Th. 1. S. 196 f.): Dominus tecum, vir fortissime. Gratulor misericordiae Dei, quae in te est, vir et eruditissime et humanissime, qua tandem praevaluisti obstruere os loquentium iniqua. Fuisti tu sane organum consilii divini, sicut tibi ipsi incognitum, ita omnibus purae theologiae studiosis exspectatissimum: adeo longe alia fiebant a Deo, et alia videbantur geri per vos. Eram ego unus eorum, qui tecum esse cupiebant, sed nulla dabatur occasio: eram tamen oratione et voto tibi semper praesentissimus. Sed quod tunc negatum est socio, nunc cumulatissime tributum est successori. Invadunt dentes istius Behemoth me, si quo modo sarcire queant ignominiam, quam retulerunt ex te. Occurro et ego ipsis longe quidem minoribus ingenii et eruditionis viribus, quam tu occurristi et prostravisti, sed non minore animi fiducia. — Fracta sunt in tua firmitate non parum quidem cornua horum taurorum. Hoc enim in te egit Dominus, ut tyrannus sophistarum aliquando et tardius et mitius discerét veris theologiae studiis resistere, ac respirare inciperet Germania, scripturarum doctrina tot heu annorum centenariis non tam oppressa, quam extincta. Non erant haec initia danda pulcherrimorum studiorum per hominem parvae gratiae: sed sicut Christum (sit venia comparationi) omnium maximum

bald an Luther anſchloſſen. Die kölniſchen Dominicaner wurden 1519 von Franz von Sickingen genöthigt, ſich dem ſpeyerſchen Urtheile zu unterwerfen kk).

